patrui jam erat factus rex Navarræ. Hii omnes cum suis copiis navigantes, Acchon
pervenerunt, ibique per aliquos dies quiescentes, ne tempus tererent[1] otiosi de-
liberare cœperunt quomodo inimicos crucis læderent, vel aliquam illorum muni- B
tionem expugnarent. Inter hæc, comes Britanniæ Petrus, communi neglecto
consilio, quibusdam sibi adhærentibus egrediens, expugnatis quibusdam muni-
cipiis, maximam prædam tum hominum, tum etiam animalium secum traxit.
Videntes vero reliqui quod comiti Britanniæ tam prospere cesserat, ejus exemplo
provocati, simile attemptare voluerunt. Igitur ordinatis copiis, mane[2] urbem egre- C
dientes, cum tota die illa ac nocte sequenti sine intermissione equitassent, mane
in locis sabulosis non longe a Gaza urbe se invenerunt. Erat forte in ea urbe illis
diebus multitudo non modica Sarracenorum quos ad præsidium regionis illius
illic soldanus posuerat. Qui christianorum per exploratores præscientes adventum,
insidiis positis nostros aggressi sunt. Ad quorum primum impetum quamvis D
aliquantulum restitissent, ad postremum fame ac lassitudine et vigiliis fessi cesse-
runt, factumque est ut omnes aut capti aut interfecti sint. Sed comes de Barro
Henricus (aut captus aut interfectus fuerit) nunquam repertus est; comes vero
Montis Fortis, et multi alii nobiles cum eo, vivi in manus hostium devenerunt.
Post hunc vero tam miserabilem casum comes Ricardus, regis Anglorum frater, E
cum magna comitiva militum ac peditum ad succurrendum Terræ promissionis
veniens, Acchon applicuit[3]. Qui inveniens turbatum ex illo infortunio peregrino-
rum exercitum, valde doluit. Unde cum videret[4] se non multum posse contra
hostes fidei proficere, ut captivos illos liberaret pro octo annis treugam cum Sar-
racenis composuit, eo pacto quod hii qui cum eo venerant, gratis ac cum securo F
conductu sepulchrum Domini visitarent. Almaricus comes Montis Fortis, ad pro-
pria remeans, Romam ad apostolorum visitanda limina venit, ibique infirmatus
moritur, atque ad orientalem portam basilicæ beati Petri honorifice sepelitur
prope capellam beati Gregorii papæ.

Eodem tempore, Auxentius et Vastasius, Græcorum principes, collecta suorum G
manu valida et, ut dicitur, cum infidelibus inita societate contra Latinos, Con-
stantinopolitanum Imperium plurimum infestare cœperunt. Unde Balduinus se-
cundus, dicti Imperii heres, de consilio principum ac prælatorum Latinorum
dicti Imperii, ad regem Francorum Ludovicum[5], consanguineum suum, venit ab
eo auxilium petiturus, Johanne de Brenna, rege Jerosolimitano, viro strenuo ac H
fideli, socero scilicet suo, dicti Imperii gubernatore ac tutore relicto; sed eo pro
dictis negotiis redire tardante, dictus Johannes de medio est sublatus. Quo mor-
tuo, Constantinopolitanæ civitatis et totius Imperii status ita est per incursus hos-
tium arctatus ut ipsi civitati obsidio pararetur. Quare dominus rex et regina
mater ejus, urbi et Latinis in ea habitantibus compatientes, magnam pecuniæ J
quantitatem Balduino conferunt, stipendiarios et milites adjungunt et strenuos
bellatores. Perpendens igitur Balduinus devotionem regis et matris erga Deum et
dictum Imperium, venerabilem[6] illum thesaurum, scilicet Coronam spineam, quæ
in Constantinopoli a longis retro temporibus ad stabilimentum Imperii conservata
fuerat, quam proceres inclusi, cogente inopia, civibus Venetorum obligaverant, K
quæ totius Imperii titulus erat et gloria, pro speciali gratia[7] eis donat. Quæ[8] statim
missis nunciis Venetiis ac pecunia pro qua obligata fuerat persoluta, Parisius in
vigilia beati Laurencii est cum multa sollempnitate recepta, ac in capella regia
collocata.

[1] *A*, traherent; *B*, tenerent; *C*, terrerent.
[2] *B*, *C*, de mane.
[3] *A*, applicavit.
[4] *B*, *C*, unde videtur.
[5] *Ibi codicis B margini hæc inscripta sunt:* In cronica Dionisii legitur quod iste fuit sanctus Ludovicus, et quod multæ aliæ reliquiæ erant cum spinea Corona.
[6] *A*, matris ad dictum venerabilem.
[7] *B*, *C*, et gloria specialis gratis.
[8] *Codd.* qui.

A De persecutione Frederici secundi contra Romanam Ecclesiam, et qualiter venientes ad concilium
prælatos captivavit, Romanam civitatem cum papa obsedit; et de fratre Raymundo de Penna
Forti, magistro ordinis Prædicatorum.

Hiis quoque temporibus orta iterum inter papam et imperatorem Fredericum
discordia, imperator excommunicatus acrius[1] ad persequendam Romanam Eccle-
B siam insurgit, atque itinera et vias obsidens, Romipetis insidiatur; insuper et
patrimonium Ecclesiæ in Italia occupavit. Ob quam causam Jacobus Penestrinus
episcopus, in Franciam a domino papa legatus, petendi auxilii gratia ad regem
destinatur; qui peracto[2] negocio rediens, ab imperatore capitur. Sed et dominus
Ottho cardinalis, jam pridem ab eodem domino papa Gregorio missus, cum re-
C diret, ab imperatore detinetur. Ipso quoque tempore, papa episcoporum concilium
Romam contra imperatorem incipit congregare; ad quod cum multi venirent, ab
imperatoris fautoribus capiuntur. E quibus fuit dominus Petrus de Colle Medio,
archiepiscopus Rothomagensis, sed et abbates de regno Franciæ, scilicet Cluniaci,
Cistercii et Claræ Vallis; omnes enim navigio venientes in mari capti sunt; in
D qua captione Bisuntinus archiepiscopus fuit submersus cum multis aliis qui in
sua galea ad concilium navigabant. Fredericus autem, in sua malicia perseverans,
ecclesias et hospitalia in suo dominio tyrannice occupavit. Qui antea crucesigna-
tus, ut diximus, durante excommunicationis sententia in subsidium Terræ sanctæ
profectus est; transitoque mari nichil ibidem ad exaltationem fidei gessit, sed
E amicitiam magnam cum soldano Babiloniæ contraxit. Sed et donaria et encenia
eidem magna misit, et ab eo, ut dicitur, majora recepit; unde et rediens semper
Sarracenos dilexit ac familiarissimos semper habuit. Rediens ergo in regnum,
maximum congregavit exercitum, veniensque Romam obsedit; cumque de die in
diem Romam ingredi crederet, quia jam pro majori parte Romanos nobiles pecu-
F nia et donis[3] ad se inclinaverat; quod cum papa[4] perpendisset et timeret de in-
gressu imperatoris in Urbe, convocato Romano populo, in platea Lateranensi
sermonem ad populum fecit, deinde capita apostolorum Petri et Pauli (quæ
in capella illa quæ dicitur Sancta sanctorum reconduntur) excipiens, populo ex-
hibuit; demumque processionem cum omni clero usque ad basilicam Beati Petri
G faciens, adeo Romanorum animos ad se revocavit ut pene omnes contra impera-
torem crucesignarentur. Quæ audiens imperator et timens Romani populi furorem
atque potentiam, soluta obsidione, Tybur[5], ubi suum erat receptaculum, fugit
nec ibidem contra Romanos se secure æstimans in regnum se recepit.

Hic summus pontifex Gregorius, vir pius et justus et misericors, beatum Do-
H minicum et beatum Franciscum canonizavit, et sanctam Elizabeth regis Ungariæ
filiam; sed et religiosos viros fovit ac dilexit, quibus multa monasteria et domos et
hospitalia construxit.

Claruit sub isto pontifice frater Ramundus de Penna Forti, genere Cathalanus,
tertius ordinis nostri[6] magister. Hic ante ingressum ordinis fuit excellens doctor
J in jure canonico, in quo rexit Bononiæ multis annis. Postquam autem habitum
sanctæ religionis assumpsit, propter sui[7] prudenciam ac sanctitatem assumptus
est in socium a domino Johanne de Abbatis Villa, cardinali legato in Hyspania.
Deinde rediens ad curiam, factus est familiarissimus et consiliarius secretus domino
Gregorio IX papæ, et capellanus et pœnitentiarius ejus et expeditor petitionum.
K Postmodum de ejus mandato compilavit decretales in uno volumine quod hodie
est in usu, cum antea essent in quatuor volumina distinctæ. Sed sicut vir[8] reli-
giosissimus erat, ita sancte se habuit et prudenter in curia, per omnia sui ordi-
nis servans humilitatem et omnimodam honestatem, quod vix fuit unquam de cu-
rialibus aliquis vel de euntibus et redeuntibus ab illa curia qui de ipso bona non

[1] *A, omittit* acrius.
[2] *A*, aperto.
[3] *B*, *C*, donariis.
[4] *Rectius fort.* papa cum hoc.
[5] *B*, Thiburtum.
[6] *B*, *C*, ordinis Prædicatorum.
[7] *Sic in codd.*
[8] *B*, idem vir.

diceret, et ipsum (ut erat) virum sanctissimum reputaret[1]. Cujus sanctitatem A
considerans, summus pontifex voluit eum ad archiepiscopatum quemdam maxi-
mum promovere; qui tam constanter, quadam sancta religione restitit, quod papa
coactus sit revocare coactionem quam cœperat, videns ejus contrariam voluntatem.
Hic, licet cum difficultate, obtenta a papa licentia, de curia Romana recessit. Qui
cum in conventu[2] Barchinonensi angelicam vitam duceret, electus est magis- B
ter ordinis; qui vix ad illud recipiendum induci potuit. Erat autem vir maximæ
perfectionis et zelator religionis permaximus, volens ut, etiam in minimis, ordi-
nis rigor servaretur. Hic est qui compilavit summam de Casibus toti Ecclesiæ per-
necessariam circa consilia et salutem[3] animarum. Per ejus etiam diligentiam
constituciones nostræ redactæ sunt ad formam debitam (sub certis[4] distinctionibus C
et titulis) in qua sunt hodie, quæ sub multa confusione antea habebantur. Cum
per duos annos ordinem rexisset, videns sibi vires de cetero ad subportandos la-
bores non suppetere, apud Bononiam, ad ejus magnam instanciam, diffinitores
ejus cessioni consenserunt[5]. Qui postmodum ad provinciam suam rediens, in vita
pariter et in morte miraculis[6] clarens, in conventu[7] Barchinonensi vitam finivit. D

Qualiter Turchi, qui viginti annis Tartaris pugnando restiterant, ab eis victi atque subacti sunt; et de nobilitate regni Turchorum, et de devastacione Hungariæ ac Poloniæ per Tartaros.

Anno ab incarnacione Domini M.CC.XL, Thurci, qui Tartaris pugnando per vi-
ginti fere annos restiterant, ad postremum ab ipsis victi atque subacti sunt; qui
postquam in illos suam crudelitatem exercere potuerunt, una die plusquam cen- E
tum millia occiderunt, et ut alia refert cronica, tercenta millia[8] ab eis truci-
data. Retribuit ergo illis Deus pro crudelitate atque immanitate quam exercue-
rant in Christianos, eorum sanguinem in orientalibus partibus effundendo.
Hoc enim regnum quod nunc Turquiæ dicitur, olim Minor Asia fuit, quæ est
pars majoris[9]. In qua quidem Asia septem magna regna antiquitus fuerunt; nunc F
autem totum fere[10] Turchi possident, quorum major pars est tributaria Tartaris,
licet imperator Constantinopolis adhuc aliquam portionem retineat. Erat eo tem-
pore regnum illud, antequam Tartari illud impugnarent, opulentissimum; in
quo fere centum civitates erant, absque castris et casalibus quæ adeo erant in po-
pulo innumerosa[11] ut civitatibus æquarentur. Soldanus autem Ychonii, qui fere G
totum illud possidebat regnum, adeo in divitiis potens erat ut omni die anni so-
lum ex X mineriis argenti quas sub dominio suo habebat, deductis omnibus ex-
pensis, LVII millia marcarum haberet, absque aliis proventibus qui erant quasi in-
finiti[12]. Legi quod non longe ab Ychonio inventa est mineria auri[13] optimi; sed
supervenientis terræ motus cujusdam causa[14] est operta [ita] ut de cetero reinve- H
niri ab incolis non potuerit. Itaque hic dominus, scilicet Turquiæ soldanus, ad sua
stipendia L millia militum optime eis solvendo tenere poterat. Denique[15] eo anno
quo victus est a Tartaris dedit XVI millia paria vestimentorum, solûm de panno
aureo et samito. Cum autem Tartari prœlium cum Turchis committere delibe-
rassent, se in duo agmina diviserunt, hac intentione ut si una pars bello cessis- J
set, altera superveniens bellum restitueret; et cum hoc nichilominus vinceban-
tur Tartari, nisi Georgiani et Armeni christiani cum eis in illo prœlio militassent,
quorum virtute et pugnandi instantia Turchi victi sunt, atque usque ad interne-
cionem[16] cæsi. Fugiens ergo soldanus e bello castra sua omnibus referta divitiis
Tartaris diripienda dimisit; quarum divitiarum copia tanta narratur fuisse, ut K
omnem humanam excedat credulitatem : inter quæ fuerunt vasa aurea et argen-

[1] *B*, dicerent... reputarent.
[2] *B*, comitatu; *A*, contrata.
[3] *B*, *C*, consilia *vel* concilia salutis.
[4] *Codd.* ceteris.
[5] *A*, *C*, concesserunt *vel* concesserant.
[6] *A*, mirabilis.
[7] *A*, contrata; *B*, comitatu.
[8] *B*, *C*, *non habent voces* occiderunt *usque* tercenta millia.
[9] *B*, *C*, quæ pars Asiæ majoris fuit.
[10] *B*, *C*, totam *pro* totum fere.
[11] *B*, *C*, numerosa.
[12] *De soldano Iconii ejusque divitiis vide Joannem de Joinville*, tomo nostro XX, p. 212 c.
[13] *A*, *C*, azuri.
[14] *B*, *C*, sed superveniente terra cujusdam montis.
[15] *B*, deinde.
[16] *Codd.* internicionem.

A tea, et pecunia in auro innumerabilis. Num thesaurus domini Emanuelis[1] imperatoris? qui apud Turchos remansit in eo prœlio quando ipse a Turchis victus est; in quo thesauro, ut in historiis Græcorum legitur, mille currus onerati[2] auro et argento fuerunt[3].

Eodem tempore, quædam pars Tartarorum, duce Bacho[4], Ungariam et Polo-
B niam vastaverunt. Hic autem Bacho, cum sua gente ad partes aquilonares declinans, multa regna dominio Tartarorum subjecit. Nam omnes has provincias quæ mari Pontico adjacent, ad nichilum quasi redactans, ditioni Tartarorum subjecit, scilicet Russiam, Gazariam, Gothiam (in qua Ostrogothi[5], id est Orientales Gothi habitant), Ziquiam, Alaniam, Appolloniam[6], utramque Comaniam[7]: in quibus pro-
C vinciis triginta regna fuisse dicuntur. Denique usque in Ungariam penetravit. Cum autem Ungariam esset ingressurus dictus Bacho, Tartarorum princeps, ac dæmonibus immolans peteret[8] ab eis utrum contra Ungaros[9] christianos congredi deberet, illi ab idolo cui immolabat responsum est : « Vade audacter, quia mittam « ante te tres spiritus ante quorum faciem adversarii tui tibi resistere non vale-
D « bunt. » Quod ita factum est. Fuerunt autem hii tres nequam spiritus, scilicet discordiæ, incredulitatis et timoris. Siquidem si viriliter restitissent Ungari, facile Tartaros debellassent; tantum enim christianorum formidabant audaciam ut jam ipsi fugere temptaverunt; sed dux eorum Bacho evaginato gladio illos redire ad bellum compulit, dicens : « Si fugimus, nullus nostrorum evadet; unde aut vincendum aut
E « simul moriendum est. » Sic igitur animati ad bellum irruentes, Ungaros incompositos et in bellando discordes[10], bello victos ad[11] multitudinem maximam occiderunt, magnamque partem Ungariæ vastaverunt. Post quorum recessum tanta fames dicitur invaluisse in Ungaria ut homines mortuorum cadavera comederent, sed et canes et catos et alia animalia inmunda pro deliciis reputarent.

F De Cœlestino papa IIII° et de quibusdam gestis regis Francorum Ludovici, et quomodo Innocentius quartus papa[12] concilium apud Lugdunum celebrans imperatorem Fridericum Imperio privavit, et qualiter idem imperator apud Parmensem urbem quam obsederat[13] victus est.

Eodem anno, dominus Gregorius papa nonus, post multas tribulationes quas a Frederico imperatore passus est, moritur. Post cujus mortem, convenientes cardi-
G nales dominum Gaufridum de Mediolano, qui erat episcopus Sabinensis, in papam elegerunt, qui Cœlestinus IIII appellatur; sed quia senex et infirmus erat, nonnisi XVIII dies Ecclesiam valuit regere, et non consecratus[14] mortuus est. Quo defuncto, dissentientibus paucis cardinalibus qui residui erant, XXII mensibus vacavit Ecclesia.

H Anno sequenti, Hugo, comes Marchiæ, iterum a rege Franciæ recedens, regi Anglorum confœderatus est, atque ipsum in terram suam adduxit. Quo audito, rex Francorum Ludovicus, congregatis suorum agminibus, venit in Pictaviam; ad cujus primum adventum urbem scilicet Xantonas[15] atque castrum Fontanetum et plures alias munitiones cepit, atque repulso Anglorum rege, ipsum Marchiæ co-
J mitem, cum uxore et filiis et toto comitatu, in deditionem accepit[16].

Anno autem dominicæ incarnacionis M.CC.XL.III, post biennalem Romanæ Ecclesiæ vacationem electus est in papam dominus Sinibaldus[17], Januensis natione, de comitibus Lavaniæ; sedit hic annis XI et mensibus VI; vocatus est Innocentius IIII^us.
Hic non multo post electionem suam plures cardinalium ecclesias, ex multo tem-
K pore vacuas, personis quibusdam nominatis ex diversis mundi partibus ad se vo-

[1] *Id est* Manuelis Comnene.
[2] *Codd.* honerati.
[3] *Verbum* erat *hujus sententiæ initio, ne quid claudicare videatur, subaudiendum esse censemus :* Num thesaurus erat domini Emanuelis imperatoris?
[4] *B*, Baccho.
[5] *Codd.* Estrogothe, Astrogothe.
[6] *C*, Apolinam.
[7] *B*, *C*, Comoniam.
[8] *B*, *C*, immolaret petens.
[9] *A*, Ungarios.
[10] *B*, et inter eos valde discordes; *C*, et inter se valde discordes.
[11] *B*, *C*, *non habent* ad.
[12] *B*, *C*, et de Innocentio quarto papa qui.
[13] *B*, obsedit.
[14] *B*, *C*, *non habent* non consecratus.
[15] *B*, *C*, in cujus primo adventu urbem Zantonas.
[16] *A*, in deditione cepit.
[17] *Codd.* Funbaldus.

catis replevit. Inter quos fecit dominum Hugonem de . . . . . .[1] provincialem prio- A
rem fratrum Prædicatorum provinciæ Franciæ, virum vitæ et scientiæ toto in orbe famosum. Hic totam bibliam postillavit; cujus postillæ hodie nostra ætate super[2] omnes alias reputantur, sed et concordantiarum bibliæ primus actor fuit; qui, licet esset cardinalis, tamen humilitatem sui ordinis in omnibus conservavit.

Factus igitur papa, dominus Innocentius magnum tractatum cum imperatore B
Frederico de pace habuit; sed cum ipsius adversus Ecclesiam obstinatam pertinaciam perpendisset, clam urbe Roma relicta, occulte Januam venit. In quo itinere, inter Narniam et Iteranem[3] urbem, imperator in insidiis positus[4] ipsum capere voluit; sed Deo volente et suum protegente vicarium, incolumis Januam pervenit, atque gloriose a clero et toto populo receptus est. Quorum[5] adjutorio, navigio C
transivit in Galliam, atque Lugduni generale concilium convocavit, atque ipsum imperatorem Fredericum tanquam schismaticum et Ecclesiæ Dei hostem et persecutorem excommunicavit, atque ab Imperii fastigio deposuit. Mandavitque Alamanniæ principibus, quos ab ejus fidelitate absolverat, ut ad electionem imperatoris procederent. Qui mandato summi pontificis obedientes, langravium Thuringiæ[a] D
in regem Alamanniæ elegerunt. Quo infra tempus brevissimum defuncto, iterum ad electionem convenientes, ab eis comes Hollandiæ Guillelmus denuo est electus; qui non multo post tempore a Frisonibus, contra quos bellum moverat, est occisus. Et sic uterque electus imperiali caruit benedictione.

[a] Henricum Raspon.

Innocentius autem, celebrato concilio, contra Fredericum legatum misit in Ita- E
liam, qui utroque gladio cum Frederico pugnaret. Qui Parmam veniens, contra Fredericum acriter procedebat, Parmensibus sibi ad votum faventibus. Unde motus imperator, qui in Lombardiam transierat cum magno apparatu, dictam urbem Parmensem, in qua legatus erat cum hiis quos contra Fredericum congregaverat, obsidione vallavit. Cumque aliquandiu ibidem stetisset, erumpentibus F
hiis qui infra urbem obsidebantur, imperatoris castra subito invadunt atque divinitus animati omnia prosternunt atque diripiunt. Quorum subito adventu perterriti hii qui in exercitu erant fuga saluti consulunt: in eo facto omnem apparatum bellicum imperator amisit; sed et tentorium illud mirabile imperatoris quod Victoria dicebatur, cum magna parte thesauri sui imperator[6] perdidit. Multi etiam G
de exercitu imperatoris ibidem capti atque interfecti sunt; inter quos et Thadeus, imperatoris judex atque consiliarius[7], est occisus. Imperator autem[8], hoc incommodo accepto, verecundia atque confusione indutus in regnum Apuliæ se recepit.

Quam ob causam rex[9] Ludovicus crucem accepit; et qualiter dominus Innocentius papa misit fratrem Anselinum[10] de ordine fratrum Prædicatorum ad Tartaros; et de hiis quæ dictus frater H
Anselinus apud eos egit, et de ejus reditu.

Eodem fere tempore, Ludovicus, rex Francorum illustris, apud Pontiseram usque ad mortem infirmatus est, adeo ut amissis omnibus corporis sensibus multi judicarent eum esse defunctum. Ut autem ab illa extasi ad se rediit, crucem transmarinam instanter petiit et accepit. Et ideo ad ejus suggestionem in prædicto J
generali concilio apud Lugdunum celebrato, crux transmarina prædicata est, atque ob hoc a latere domini papæ missus legatus in Franciam dominus Ottho cardinalis, episcopus Sabinensis, qui in Franciam veniens verbo exhortacionis suæ multos tam nobiles quam alios ad subsidium Terræ sanctæ armavit.

Qua quidem tempestate, cum Tartari fere totum mundum, maxime orientales K
et aquilonares provincias territarent, dominus papa de fratrum suorum consilio ad illos suos nuncios delegavit, scilicet fratrem Anselinum de ordine Prædicatorum, cum tribus fratribus sui ordinis, cum litteris apostolicis, in quibus hortabatur

[1] *Supple* Sancto Caro, *aut* Sancto Theodorico.
[2] *B*, melior super.
[3] *C*, Iteranam; *rectius*, Interamnum.
[4] *B*, *C*, imperator insidiis positis.
[5] *B*. *C*, receptus, eorum.
[6] *B*, *C*, ibidem *pro* imperator.
[7] *A*, consolarius.
[8] *B*, *C*, igitur.
[9] *B*, rex Francorum.
[10] *B*, *C*, Ancelinum.

A eos ut ab hominum strage desisterent et fidei christianæ reciperent sacramenta.
Qui frater Anselinus, litteris domini papæ acceptis, cum laboribus atque periculis,
multis emensis[1] provinciis, anno domini M.CC.XL.VII, circa finem mensis Madii
pervenit in Persidem, ubi tunc erat pars exercitus Tartarorum sub Boiotuoy[2]
principe. Qui cum audisset nuncios papæ ad eum venisse, mire gavisus est. Cum-
B que per internuncium requisitus frater Anselinus ad quid papa misisset eum,
dixit quod « pro eo quod dominus papa audivit[3] quod gens quædam barbara, quæ
« dicitur Tartarorum, de finibus orientalibus jamdudum exivit, et multas regiones
« bellando[4] suo subjugavit imperio, inter quas contra jus gencium desæviens
« stragem horribilem[5] fecit. Quare idem dominus papa eis et maxime chris-
C « tianis compatiens, de fratrum suorum cardinalium consilio, nos qui ejus
« subditi et fideles sumus, misit ad primum[6] exercitum Tartarorum ut ex parte
« ipsius, qui est christianorum dominus, illorum exhortaremur principes ut ab
« hominum strage et maxime christianorum cessarent, ac de perpetratis flagitiis
« pœniterent, sicut tenor litterarum ipsius plene manifestat legentibus. Rogamus
D « igitur eum per vos, qui ejus estis nuncii, ex quo ore tenus eidem vestro prin-
« cipi loqui non possumus, ut litteras domini nostri papæ recipiat et sive per nun-
« cios, sive per me, sive per litteras domino papæ respondeat. » Tartari autem
qui ab eorum principe ad fratres erant missi, inter cetera quæ a fratribus[7] cum
multa cautela petierant, inquirebant utrum Franci adhuc in Syriam transfretas-
E sent; audierant enim a Græcis mercatoribus qualiter rex Francorum, inter Chris-
tianos potentissimus, cum magno christianorum exercitu contra Sarracenos trans-
fretare deberet in Syriam. Timebant enim valde duces Tartarorum ne[8] terras eis
subjectas christianorum impugnaret exercitus Francorum, scilicet Alapiam vel
Turquiam. Post multa demum verba, petierunt nuncii Tartarorum ut in præsen-
F tacione litterarum domini papæ, ipsum principem cui litteræ præsentari deberent,
fratres adorarent tamquam Dei filium regnantem super terram, cum terna genu-
flexione. Quo audito, frater Anselinus, cum suis sociis deliberato consilio, potius
elegerunt mori quam sic adorando genuflectere coram Barotuoy[9], et hoc propter
honorem universalis Ecclesiæ observandum[10], tum propter Georgianorum, Arme-
G norum, Græcorum omniumque orientalium nationum scandalum evitandum, ne
scilicet per hujusmodi reverenciam, quasi per signum subjectionis atque tributi
quandoque Tartaris impendendi a christianis, occasio et materia exultacionis om-
nibus Ecclesiæ inimicis per partes orientales divulgaretur. Unde Barotuoy[11] in-
dignatus contra eos mortis sentenciam protulisset[12], nisi quidam ejus principes
H obstitissent et quædam de ejus uxoribus, quæ mortem fratrum contra jus gentium
esse persuasit. Quare ira ejus emollita, sententiam de fratrum morte revocavit.
Iterum cum illos ire ad magnum imperatorem Tartarorum Cingiscam[13] præce-
pisset, omnino recusavit frater Anselinus, dicens se habere in mandatis a domino
papa, non ad Cingiscam, sed ad primum Tartarorum exercitum ire debere. Cum-
J que ad eundum nullo modo inclinari possent, litteras domini papæ, in tartarico
translatas, ad magnum illorum imperatorem per suos nuncios misit. Sed et ipse
domino papæ litteras misit, atque dato fratribus conductu eos absolvit. Steterunt
autem fratres per annum in eorum dominio, et in eundo, stando et redeundo,
dictus frater Anselinus per tres annos et quatuor menses stetit antequam ad do-
K minum papam rediret.

[1] *A*, emersis.
[2] *B*, Baccho; *C*, Baranon.
[3] *B*, *C*, respondit: Audivit dominus papa.
[4] *B*, exivit, multas regiones debellando.
[5] *A*, hostiliter.
[6] *A*, primum ad; *sed altera lectio, quæ nullam dubitationem habet, paulo inferius iterum occurrit.*
[7] *B*, quæ fratribus ipsis.
[8] *B*, *C*, ne Franchi, *vocibus* Francorum scilicet *paulo post omissis.*
[9] *B*, Bacchoni; *C*, Baiocnon, *super addita compendii nota.*
[10] *A*, observande.
[11] *B*, Bayotuey; *C*, Bayocnon, *addita compendii nota.*
[12] *B*, *C*, protulerat.
[13] *B*, Singiscan

De morte imperatoris Frederici et de causis quare ab Imperio extitit depositus; et de beato Petro A
martire ordinis Prædicatorum, et de beato Edumundo[1] archiepiscopo Cantuariensi, et de electione ejus in archiepiscopum Cantuariensem[2].

Interea postquam Fredericus sic fugatus et devictus a Parmensibus in regnum
rediit, in gravem incidit infirmitatem. Sed Manfredus[3], ejus filius naturalis, qui
tunc secum erat, ad regnum Siciliæ aspirabat; unde timens, ut dicitur, ne pater B
de illa infirmitate convalescens aliter ordinaret de regno, uno solo imperatoris
cubiculario sibi favente et conscio, pulvinar super faciem ejus posuit atque tamdiu
tenuit donec ille miser spiritum exhalaret. Mortuus est autem vinculo anathematis
innodatus et Imperii dignitate privatus. Causæ autem suæ deposicionis
assignantur : prima perjurii, quia non servaverat juramentum quod fecerat Ec- C
clesiæ tum de Imperio tum de regno ratione[4] feodi; secunda fuit sacrilegii, quia
manus injecit in clericos, capiendo et captivos detinendo cardinales et alios prælatos
qui veniebant de mandato papæ ad concilium generale; tercia, quia notatus
erat de hæresi, pro qua causa vocatus comparere renuerat et se purgare neglexerat[5];
quarta, quia annuum censum de regno Siciliæ quod tenebat, Ecclesiæ non D
solverat[6], et solvere denegabat.

Florebat eo tempore beatus Petrus, origine Lombardus, ex civitate Verona,
ordinis Prædicatorum, vir vita et doctrina[7] mirabilis, qui in dicto ordine triginta
fere annorum spacio virtutum fultus caterva, circa fidei maxime defensionem pro
qua totus ardebat, sic prævaluit et profecit quod contra diros ejus hostes, intre- E
pida mente ferventique spiritu, continuum certamen exercens, fideliter[8] illud
martirio consummavit, ut infra suo loco dicetur.

Eodem etiam tempore, sanctus Edmundus[9], Cantuariensis archiepiscopus, cujus
sacrum corpus in Pontigniacensi monasterio requieverat, de terra est elevatus;
qui anno præcedenti, scilicet ab incarnacione Domini M.CC.XLVII, a domino In- F
nocentio papa fuerat canonizatus. Hic ab ipsa ineunte ætate et deinde processu
temporis omne virtutum culmen attigit[10]. Nam et in scientia ita profecit ut primo
magister in artibus, postmodum vero magisterium theologiæ meruerit. Itaque
sacræ Scripturæ doctor effectus, quasi lucerna supra candelabrum positus, ac si
omnibus esset natus, omnibus proficere studuit. Erat enim prædicator egregius, G
disputator acutissimus[11], lector pius, et in hiis omnibus effundebat aliis quod ipse
hauserat[12] de fontibus Salvatoris. Frequenter multi et magni viri, qui eum[13] in
scholis ad audiendum confluebant, inter legendum[14] a lacrimis continere se non
valentes, libros claudebant. Mel siquidem et lac habebat sub lingua, ideoque dulcedinem
non modicam discipulorum mentibus instillabat[15]. Unde multi de scholis H
ejus exierunt doctores eximii qui vestigia sanctitatis ejus pro viribus sunt secuti,
ex quibus etiam[16] multi mundialibus beneficiis ac divitiis se exonerantes, facibus
lectionis ejus succensi, vitam religiosam elegerunt. Hic autem postquam[17] in Angliam
rediit, cum fama sanctitatis ac scientiæ jam ubique[18] esset diffusa, uno omnium
consensu fuit electus Cantuariensis archiepiscopus. Itaque sollempnes nuncii J
ad ecclesiam Salesberiæ venientes, ubi tunc thesaurarius erat, electionem de eo
factam illi præsentaverunt; at ille nullatenus electioni consentire voluit, dicens :
« Ego vermis et non homo; non sum[19] tanti meriti nec tantæ litteraturæ sum ut
« creditis, sed et mundus in hoc quoque deceptus et vos erratis. » Et cum nullatenus
vellet consentire, Salesberiensis episcopus illi ut electioni consentiret, in K

[1] *B*, Eumondo; *C*, Emundo.
[2] *B*, *C*, *omittunt voces* et de electione, *etc.*
[3] *B*, *C*, Mayfredus.
[4] *A*, Romani.
[5] *A*, et purguare; *C*, noluit et purgare neglexit; *B*, renuit... neglexit.
[6] *B*, *C*, ab Ecclesia, non solvebat.
[7] *B*, *C*, vitæ et doctrinæ.
[8] *B*, *C*, feliciter.
[9] *A*, Edumundus.
[10] *A*, actingit.
[11] *A*, astutissimus.
[12] *A*, quæ hauserat.
[13] *A*, qui per eum.
[14] *A*, legenda.
[15] *B*, distillabat.
[16] *A*, sed quibus.
[17] *B*, *C*, post.
[18] *A*, ibique.
[19] *A*, *C*, non solum.

A virtute sanctæ obedientiæ præcepit, asserens illum mortaliter peccare si dispositioni divinæ reluctaret. Tandem illorum persuasionibus victus, assensum præbuit isto modo : « Novit Ille qui nichil ignorat, quod nisi me mortaliter peccare crede-« rem, electioni de me factæ nullatenus consentirem. » Pastor autem in populo Dei factus, in omnibus magis ac magis virtutibus enituit, ut in ejus vita plenius
B legentibus apparet. Hic ad vitæ finem veniens, jussit sibi afferri corpus Domini gloriosum; quod cum illi a sacerdote fuisset allatum, monachis et aliis circumstantibus, cum ingenti fiducia dexteram ad corpus Domini extendit et dixit : « Tu « es, Domine, in quem credidi, quem prædicavi, quem veraciter docui, et tu mihi « testis es quod in terra penitus nichil aliud quam te[1] quæsivi. » Tandem pretiosam
C resolutus in mortem, ad eum quem tota mente dilexerat migravit.

Præerat[2] hoc tempore in officio magisterii ordinis Prædicatorum frater Johannes natione Theutonicus, de provincia Saxoniæ; hic vir miræ sanctitatis et austeritatis fuit. Erat enim in multis linguis egregius prædicator, scilicet Theutonica, Italica, Gallica et Latina, et qui prædicando in multis provinciis et[3] locis magnum
D fructum fecit. Qui cum esset prior provincialis in Ungaria, factus est episcopus Bosnensis; sed postmodum[4] per multam instantiam obtinuit a papa Gregorio IX° cessionem, et ad fratrum humilitatem et consortium est reversus. Sub isto in diversis privilegiis multum augmentatus est ordo, et ex ordine ad diversos episcopatus assumpti sunt multi fratres cum magna sui displicentia et fratrum qui or-
E dinem diligebant.

Qualiter Ludovicus, rex Francorum, cum multitudine exercitus in subsidium Terræ sanctæ transfretavit, veniens in Insulam Cypri ibidem hiemavit; et de nunciis Tartarorum ad eum missis.

Anno Domini M.CC.XLVIII, rex Francorum illustris dominus Ludovicus iter transmarinum arripuit, atque sexta feria[a] post Penthecosten, exivit Parisius. Ive- [a] 12 jun. 1248.
F runt cum eo venerabilis Oddo, Tusculanus episcopus, apostolicæ Sedis legatus, et duo fratres germani ejusdem regis, scilicet dominus Robertus Attrebatensis et dominus Karolus Andegavensis comites, cum aliis pluribus comitibus et regni baronibus[5]. Veniensque apud Aquas Mortuas, ubi classem suam parari fecerat in crastino[b] beati Bartholomæi cum suis intravit mare, recedensque a portu et duce [b] 25 aug. 1248.
G Domino navigans, feria quinta[c] ante festum beati Mathæi in Cypro apud Nimo- [c] 17 sept. 1248.
cium applicuit. Sed quia galeæ suæ ac cetera classis cum balistariis ac peditibus suis nondum advenerant et propter hiemis instantiam, in Cypro usque ad Paschale tempus expectavit. Quo medio tempore, rex Cypri et omnes nobiles illius regni contra Sarracenos crucis signaculum receperunt.

H Eodem tempore, soldanus Babiloniæ, qui ad invadendas christianorum terras magnum exercitum conduxerat, audito de adventu regis Francorum, consilium revocavit, et in Ægyptum rediens Alexandriam et Damiatam urbes victualibus[6] et bellatoribus munire cepit. Qua quidem hieme multi de exercitu Francorum, grassante epidemia[7], sunt defuncti, scilicet episcopus Belvacensis, comes Montis Fortis
J et comes Vindocinensis, Guillelmus de Melloto et Guillelmus de Barris, dominus Archebaldus de Borbone et comes Drocensis[8], et alii quamplures milites quorum numerus usque CC.XL æstimatur[9].

Quo quidem tempore, cum adhuc dictus rex Francorum esset in Cypro, quidam magnus Tartarorum princeps, Erchaltay nomine, litteras et nuncios misit[10]; quas
K litteras scriptas in persica lingua primo in græcum, demum in latinum transferri mandavit. Continebatur autem in litteris illis quod princeps maximus Tartarorum, qui vocatur Chaam, a tribus annis citra per Dei gratiam factus erat christianus, et tam ipse quam ex principibus ejus plurimi et maxima pars populi ejus

[1] *Cod.* quem.
[2] *A*, erat.
[3] *Vocem* et *in cod. A omissam supplevimus; codd. B, C, non habent* et locis.
[4] *A*, postremo.
[5] *B, C*, comes, multisque aliis baronibus regni.
[6] *B, C*, et victualibus.
[7] *A*, epythimia; *B, C*, epidimia.
[8] *Voces inter* Melloto *et* Drocensis *positæ in cod. A desiderantur.*
[9] *Codd.* extimatur, *vel* extimantur.
[10] *B*, sibi misit.

sacrum baptisma susceperant, fidem catholicam profitentes. Hic etiam princeps A
qui ista regi nunciabat, similiter antea per aliquos annos fidem et baptismum susceperat; et nunc a dicto Chaam missus veniebat cum multitudine bellatorum, et erat, ut ipse scribebat, ipsius intentio fidem quam susceperat in omnibus promovere ac pro viribus adversarios impugnare; multumque desiderabat ipsum regem
Francorum[1] esse benivolum; audierat enim de ipso quod cum suo exercitu ap- B
plicare deberet in Cyprum. Dicebant autem ipsius nuncii quod credebant pro certo quod dominus[2] Erchaltay circa proximum Pascha civitatem Baldach deberet obsidere, in qua caliphus habitabat; a quo calipho Babiloniæ soldanus contra christianos pluries fuerat adjutus. Hiis auditis dominus rex mire gavisus est, dictosque
nuncios apud se honorifice habitos liberaliter eis fecit necessaria ministrari. Roga- C
bant autem prædicti nuncii dominum regem ut cum suo exercitu impugnaret soldanum Babiloniæ in Ægypto, ne idem soldanus in aliquo juvare posset caliphum. Tandem habuit rex Francorum consilium ut ad dictum principem Tartarorum, qui sibi per speciales nuncios scripserat, ipse nuncios cum litteris et joca-
libus mitteret, quorum aliqui usque ad curiam magni principis Tartarorum, Chaam D
scilicet, accederent. Fecit autem idem rex fieri tentorium pulcherrimum de scarleto, in cujus tentorii brodatura tota Christi historia usque ad ejus Ascensionem miro opere depicta erat; misitque illi præterea multa alia jocalia et ad cultum Dei apta. Inter quæ misit illi capellam unam cum omnibus necessariis pulcherrimam,
ad devotionem christianæ religionis illi excitandam. Sed et dominus Oddo[3] legatus E
misit eidem Chaam, Tartarorum imperatori[4], litteras et prælatis eorum[5], denuncians eis quod sancta Romana Ecclesia eos ut filios carissimos libenter reciperet, audiens illorum gratulabundam conversionem[6] ad fidem; prælatos etiam illorum admonuit specialiter ut id ipsum omnes saperent, et in eis schismata non essent, sed in veri-
tate fidei (scilicet in quatuor primis generalibus conciliis editæ et a Sede apostolica F
approbatæ) immobiliter permanerent. Fuerunt autem nuncii domini regis Francorum ad Tartaros, quidam frater Prædicator Andreas nomine, cum duobus aliis fratribus sui ordinis; quibus adjuncti fuerunt duo clerici seculares; quorum unum adhuc viventem ego vidi ætate jam valde decrepitum, qui erat subcantor in ec-
clesia Carnotensi, Robertus nomine. G

De nunciis regis Armeniæ ad regem Francorum Ludovicum missis in Cyprum, et de quibusdam gestis ipsius in Cypro[7] antequam transiret in Syriam.

Præterea dum rex adhuc moram in Cypro traheret, Armeniæ rex, audito ejus adventu, sollempnes nuncios cum regalibus enzeniis ad eum misit, se ejus offerens
voluntati. Cum autem rex audisset inter dictum regem et Anthiocenum principem H
esse discordiam quæ plurimum christianitati erat dampnosa, ad utrumque ipsorum misit nuncios, egitque cum eis ut inter se treugam per duos annos facerent, misitque principi sexcentos balistarios, propter Turchomannos qui ejus fines graviter infestabant.

Hiis diebus, capti sunt quidam qui confessi sunt quod ipsi et quidam alii a sol- J
dano Babiloniæ missi erant, ut quocumque modo possent, regem et ejus principes veneno vel maleficio[8] enecarent. Audierat autem Babiloniæ soldanus adventum ejus in Cyprum, unde sibi et suo regno vehementer timebat; et ob hanc causam nisus est omnibus modis Alapiæ soldanum, qui sibi inimicabatur, sibi re-
conciliare : qui ejus cognoscens versutias, ejus promissiones contempnebat. Ob K
quorum etiam concordiam caliphus Baldacensis et Senex de Monte nuncios suos ad utrosque destinaverant; sed minime potuerunt. Quare indignatus soldanus Babiloniæ urbem Chamele[9], quæ soldani Alapiæ erat, obsideri per gentes suas fecit,

[1] *A*, ipsius et Francorum; *C*, ipsum Francorum.
[2] *B*, *C*, dictus.
[3] *A*, Ottho.
[4] *A*, in praesenti *pro* imperatori.
[5] *A*, etiam *pro* eorum.
[6] *A*, conversationem.
[7] *Codd.* Cyprum.
[8] *B*, *C*, veneni maleficio. *Nihil de hoc tentamento Joannes de Joinville.*
[9] *B*, *C*, Camele.

A et ipse Damascum se contulit. Soldanus autem Alapiæ audiens urbem obsessam,
collecto exercitu, properabat ut obsidionem solveret; sed caliphi nuncii instabant
ut inter se componerent, proponentes eis pericula quæ Sarracenorum genti ex eo-
rum discordia imminerent, propter christianorum exercitum qui contra eos per
regem Francorum potentissimum congregabatur in Cypro. Sed ille nullatenus
B verbum pacis admittere voluit quamdiu in ejus terra Babilonicus moraretur exer-
citus; sed asserebat procul dubio cum illis die sequenti pugnaturum. Unde dicti
nuncii considerantes quantum esset periculum, si duo potentissimi exercitus inter
se committerent bellum, tantum apud duces exercitus institerunt quod Babilo-
nicus exercitus, obsidione soluta, ad propria remearet.
C Inter hæc autem magister Templi et marescallus Hospitalis scripserunt domino
regi Francorum quod soldanus Babiloniæ cum magno exercitu erat in Damasco,
unde timebant ne Joppen vel Cæsaream vellet obsidere. Post hæc, non multis
diebus elapsis, dictus magister iterum notificavit per litteras dicto[1] regi quod solda-
nus Babiloniæ per quemdam suum admiratum fecerat illum requiri ut de inten-
D tione domini regis illum certificaret, quia libenter dictus soldanus pacem cum illo
vellet habere. Quod rex valde moleste tulit, ex eo quod publice dicebatur quod
soldanus dictum admiratum, ad dicti magistri peticionem, ad eum miserat. Quare
mandavit eidem magistro ne de cetero tales nuncios absque mandato suo speciali
reciperet aut colloquium de cetero habere præsumeret, præsertim quia Turchi ex
E hoc ipso poterant præsumere quod ideo per christianos talia tractarentur quia
Francorum regem viribus inferiorem existimarent. Interea misit dominus rex pa-
triarcham Jerosolomitanum ac Suessionensem episcopum et conestabularium
suum in Acchon pro vasis et marinariis conducendis, et sedanda discordia quæ
inter bailivum regni Cypri et Venetos ibidem fuerat exorta. Sed et inter Pisanos
F et Januenses etiam valde periculosa intervenit dissensio.

Qualiter Ludovicus rex Francorum recedens de insula Cypri cum suo exercitu applicuit in Ægyptum, atque in primo adventu fugatis Sarracenis absque bello Damiatam urbem cepit.

Igitur hii qui iverant, Domino coadjuvante ad tempus, hiis sopitis dissensionibus,
conduxerunt[2] navigia sufficientia ad populum deducendum; qui prospera usi[3]
G tempestate ad portum Nimocii in Cypro applicuerunt. Applicuerunt etiam de
insulis naves et galeæ quæ per diversa loca[4] hiemaverunt, in quibus erat popu-
lus crucesignatorum valde magnus qui ex diversis regionibus Francorum prin- * 15 maii 1249.
cipem fuerant secuti. Itaque die Sabbati* post Ascensionem Domini, postquam
dominus rex cum omni exercitu navem ascenderat[5], publicatum est quod versus
H Ægyptum dirigerent gressus suos, Damiatam urbem cum Dei adjutorio obsessuri[6].
Dantes igitur vela ventis versus Ægyptum cursum dirigebant; sed ventis agitati
contrariis, jactati sunt prope Paphum Cypri urbem. Sed cum non potuissent ibi-
dem applicare, redire[7] Nimocium unde recesserant sunt coacti, ubi aliquibus ste-
terunt diebus. Quo tempore, applicuerunt ibidem dux Burgundiæ et princeps
J Achonæ, qui in partibus Romaniæ hiemaverant. Postmodum[8] aptatis omnibus se
iterum mari exponentes, prospero usi vento, die sequenti apparuit illis terra
Ægypti, et post paululum civitas Damiatæ. Anchorantes igitur vasa aliquamdiu
steterunt immoti; videbant enim littora tam equitum quam peditum Sarracenorum
plena, insuper et Nili ostium[9] navibus eorum refertum ad nostrorum transitum
K impediendum.
Sequenti itaque mane, christianis intrantibus in vasis parvis quæ in insula Cypri
fabricata fuerunt, armati appropinquaverunt ad terram, ac protecti clipeis qui-
dam in aquam descenderunt atque hostes viriliter invadentes repulerunt a ripa,

[1] *B*, domino.
[2] *A*, adduxerunt.
[3] *B*, prospere absque.
[4] Loca *deest in C.*
[5] *B*, conscenderat.
[6] *B*, dirigeret... obssessurus.
[7] *Cod. A*, rediere.
[8] *B*, *C*, postremo.
[9] *Codd.* hostium; *cod. C*, multis hostium navibus *pro* Nili ostium navibus.

adeo ut reliquæ naves sine difficultate applicantes ad terram, hostes qui defendere A
littora conabantur, multis occisis atque vulneratis, fugaverunt. In hoc quidem con-
flictu de majoribus eorum aliqui ceciderunt, videlicet Damiatæ capitaneus et duo
alii admirati. Soldanus autem Ægypti ibidem præsens non extitit, quia in quodam
loco qui per unam dietam distabat a Damiata gravi languebat infirmitate. Chris-
tiani autem tota die illa in loco ubi pugnaverant steterunt. Sequenti vero die, arma B
et ceteros apparatus bellicos deponentes, civitati appropinquaverunt. Cumque in-
terea rex cum ceteris principibus de modo obsidendi urbem tractaret, Sarraceni
qui erant in urbe divina virtute perterriti, tam equites quam pedites, desperantes
civitatem contra nostros posse defendere, clam illa nocte relicta civitate fugerunt[1],
atque ignem in multis locis urbis ponentes ut urbem christianis inutilem relin- C
querent, dimiserunt. Quo percepto, nostri primo mirati sunt hostium fugam, et
quod[2] sine assultu civitatem relinquerent; quare dolum in fuga existimantes, no-
luerunt statim fugientes sequi nec urbem introire, sed motis castris transierunt
pontem quem de navibus fabricaverant Sarraceni. Quo facto dominus rex, electis
quibusdam de exercitu expeditissimis, mandavit ut urbem ingrederentur. Ipse autem D
armari præcepit exercitum ut si infra urbem a Sarracenis locatæ essent insidiæ,
a nostris citius hiis quos præmiserat posset major exercitus subvenire. Intrantes
igitur nostri, ac urbem totaliter vacuam invenientes, regi et legato nunciaverunt;
qui lætati ac Domino gratias referentes urbem ingressi sunt: in qua, præter illa
quæ ab igne consumpta fuerant, multa victualia reperta sunt, multa præterea E
quæ ad ceteros usus exercitui profuerunt. Itaque extincto igne atque emundata
urbe, dominus legatus cum patriarcha Ierosolimitano mahomeciam reconciliavit,
atque redditis inibi de concessis beneficiis Domino Deo gratiarum actionibus, ibi-
dem præsente rege in honore beatissimæ Virginis missa celebrata est. Capta est
civitas Damiata secundo a christianis, duce Francorum rege Ludovico illustri, F
6 jun. 1249. anno[3] incarnacionis dominicæ M.CC.XLIX, dieª VIII post festum Trinitatis. Mansitque
ibidem dominus rex cum christiano exercitu per totam illam æstatem; non enim
consulebatur quod inde ad ulteriora procederet contra hostes propter fluvium
qui illo tempore debebat inundare, quia alias in illis partibus christianus exer-
citus irreparabile[4] dampnum ab aquis inundantibus fuerat passus. G

Eodem anno, circa festum beati Johannis Baptistæ, dominus Alfonsus comes Pictavensis, frater domini regis Ludovici, iter transmarinum aggressus atque apud Aquas Mortuas mare intrans cum multitudine bellatorum, in vigilia Symonis et Judæ applicuit Damiatam.

Qualiter rex Ludovicus, exacta æstate, cum suo exercitu a Damiata recedens, contra Sarracenos H
processit; et qualiter comes Attrebatensis frater ejus, a Sarracenis circumventus, nunquam com-
paruit.

Transcursa æstate, dominus Ludovicus, illustris rex Francorum, de consilio suo-
rum præparato tam navali quam terrestri exercitu, XX die mensis Novembris, contra
inimicos crucis Damiatam egressus est, atque non longe a villa quadam quæ Mas- J
sora dicitur contra Agarenorum[5] castra et ipse castra locavit, et qualiter bellum
disponeret cum suis cum magna maturitate tractabat. Fiebant interim inter nostros
et hostes quotidie quasi levia prælia ex quibus semper nostri fugatis hostibus su-
periores erant. Quibus diebus soldanus Babiloniæ miseram finivit vitam, sed in
infirmitate positus scripserat filio, qui tunc temporis ad conducenda auxilia ad K
Orientem profectus fuerat, ut omni mora postposita rediret in Ægyptum. Moriens
ergo totius exercitus curam necnon et Ægypti dominium commiserat cuidam de
admiratis suis, viro strenuo ac fidelissimo nomine Farchadino. Igitur rex cum
suis cum confligere cum hostibus omnino deliberassent, non tamen ad eos pate-
bat accessus, propter quoddam brachium fluminis Nili quod inter utrumque L

[1] *Cod. A*, fugierunt.
[2] *Cod. B*, quod primo.
[3] *Post* anno *abundat in cod. A vox* ab.
[4] *A*, irrecuperabile.
[5] *Lectio margini codicis A inscripta; in ipso contextu*, Aragenorum; *cod. B*, Agarenorum.

A erat exercitum, qui propter aquarum profunditatem in loco illo non erat vadabilis. Cum autem ibidem aliquandiu noster stetisset exercitus ac multis modis transitum temptassent, nec illis pateret pro tunc ad hostes accessus, per quemdam captivum nostris capitaneis notificatum est quod quidam locus erat, non longe a nostrorum castris, in quo sine periculo fluvius ille poterat transvadari. Igitur die
B carnisprivii[*] sequentis, deducentes[1] conductorem venerunt ad locum, atque ordi- * 8 febr. 1250.
nati secundum rei militaris disciplinam, in Dei nomine flumen transire cœperunt, non tamen sine difficultate[2], nam in aliquo loco equos natare oportebat; attamen sine dampno totus transivit exercitus. Postquam autem nostri, transito fluvio, jam sine difficultate manum[3] cum hostibus conserere poterant, versus
C castra eorum iter arripiunt, omnia igne et ferro consumentes. Nam effractis quibusdam casalibus quæ supra ripa[4] Nili sita erant, nec ætati, nec sexui pepercerunt. Progredientesque ultra, cum parte exercitus Sarracenorum qui nostris viriliter occurrerant conflictum habuerunt; quibus in fugam versis, multos ex illis occiderunt : inter quos et illorum capitaneus occubuit. Cum autem jam de hos-
D tibus plenam habere victoriam crederent, acies nostrorum se inconsulte dividentes universam illam regionem lustrare cœperunt. Sarraceni autem perpendentes illorum inconsultos processus et videntes nostrorum acies hinc inde dispersas, resumptis viribus, irruerunt in nostros tanta instantia[5] uti pene in fugam verterentur. Resistebant tamen ut poterant, cum undique ab hostibus premeren-
E tur et de eis fieret strages horribilis, maxime nobilium et baronum, qui vexillum regium sequebantur; inter quos dominus Robertus Attrebatensis comes, domini regis frater, ibidem, ut creditur, est occisus : nam ab illa die nunquam postea comparuit. Duravit autem usque ad horam nonam conflictus et christianorum strages. Circa vesperas vero nostri, ut poterant, insimul coeuntes ac receptui
F canentes, se ad quemdam locum etiam invitis hostibus reducentes, castra locaverunt. Quiescentesque aliquibus diebus, invenerunt se magna pertulisse dampna in hominibus et equis, qui ex magna parte perierant. Nichilominus autem cum se ad resistendum hostibus pararent, subito hostes fidei, qui ex præcedente victoria animosiores fuerant effecti, tanto impetu nostrorum castra aggressi sunt,
G ut pene castrum ab eis expugnarent[6]. Tamen nostri, cum sic undique ab hostibus premerentur, eruptione facta, hostes aggressi repulerunt, magna illorum multitudine interfecta.

Qualiter idem rex Ludovicus, Deo permittente, cum duobus fratribus suis captus est a Sarracenis, unde pro sua liberacione coactus est, facta treuga, Damiatam Sarracenis restituere.

H Cum autem, Deo permittente, nostrorum ita attenuatus esset exercitus, et illis balistarum subsidium, optimum contra Sarracenos armorum genus, totaliter defecisset[7], non videbatur ultra procedendum; sed erat quorumdam consilium ut antequam soldani filius rediret, qui cum infinita nefandæ[8] illius gentis multitudine in proximo adventare dicebatur, Damiatam nostrorum copiæ quæ supere-
J rant remearent. Sed cum gallicana militia indignum duceret hostibus dare terga, ultra[9] procedendum censebat. Cumque super hoc disceptaretur ut quid eligendum esset deliberarent, subito tum illa multitudo et soldani filius supervenit; pro cujus adventu mire lætati sunt hostes, atque illum, ut illorum dominum receperunt. Qui audiens nostros superiori bello attenuatos, habito suorum consilio nos-
K tros aggredi statuit. Nostris autem de die in diem deteriorabatur condicio, atque irata illis Divinitate omnia in contrarium succedebant. Nam pestis et mortalitas castra illorum invasit tam in hominibus quam in equis, ita ut non solum diminutus nostrorum sed etiam consumptus videretur exercitus. Accedebat[10] autem ad

[1] *B*, sequentes ut diximus; *C*, sequentes dediximus.
[2] *Cod. B addit* et periculo.
[3] *B et C*, manus.
[4] *A*, litus.
nere. Forte Saturnus per multas annorum revolutiones anhelans in domicilium
suum venerat, et ob hoc effectum proprium dominatius exercebat. Nam a xxx
B annis ante transactis, quando scilicet Parvus Pons nimiis fluctuum illisionibus
impulsus cecidit, nullo anno visum fuit tantum pluisse tantumque fluvios ex-
crevisse. Tanta dampna faciebat illud particulare diluvium in satis, in vineis, in
ædificiis, in arbustis, in diversis quoque mobilium generibus, quod siccis genis
non poterat a multis enarrari. Cur referam quomodo res varias in hortis sive præ-
C diis seu plateis positas sine licentia dominorum tollens, quo trahebat impetus
fluminis asportabat? Nam quod dampnosius est, pecudes in ovilibus, porcos in
aris, armenta in stabulis hominesque in domibus ingressu subito turbare non
reverens, habitacula eorum dissipans in sepulcra convertebat, vel ipsa habitantia
pro viribus renitentia proferens parumper palpitare tolerabat, sed tolerantiam vitæ
D brevis immani pretio redimebat. Cives Parisius se voluerunt aliquandiu defendere;
sed laborem suum cernentes incassum cedere, redierunt ad cor, et in ipsa tribu-
latione malorum et dolore cognoverunt humanas vires contra gravamen duplicis
elementi, aquæ scilicet et aeris, non posse sufficere, sed divinum auxilium postu-
landum. Inde quod frequentant ecclesias, orationes multiplicant, elemosinas dant,
E nec audeo dicere largiuntur, quia pro supplicationibus suis, nec nubes cessabant
pluere, nec excedens Sequana cepta per me deservire[1]. Quid facerent? Ubi vident ur-
gens instare periculum, auxilium humanum deficere, deesse divinum, argumento
probabili conjecturant se esse indignos in tanto negocio per se pro se agere apud
Deum, sed ad conciliandam Omnipotentis clementiam opus habere medio præ-
F valenti. Medium illud timore sollicito quæritur, spe rediviva invenitur, memoria
approbatur beneficia præterita recolente. Omnes consentiunt in beatam virginem
Genovefam, ut ipsa piis precibus imploretur, dignis obsequiis honoretur, devotis
supplicationibus demulceatur, sollempni processione ad ecclesiam sanctissimæ Dei
genitricis Mariæ venerabiliter deportetur, quatinus corporali præsentia petitionem
G populi roboret, felix ancilla felicem dominam intercedat, favorem quem sibi in
æternum meruit periclitanti patriæ vel ad modicum nunc acquirat. Multumque
confidunt quod hoc triplici funiculo, id est contritione[2] miserabilis populi, subsidio
gratiosæ virginis, præsidio gloriossimæ Matris, ut mel in favo, Deus homo Jesus
Christus ad misericordiam inclinetur. Placet consilium, studiose mancipatur ef-
H fectui, dicto citius restrictio fluminum impetratur. Quid enim neget Filius mise-
ricors karissimæ Matri suæ, dilectæ et prælectæ sibi a constitutione mundi? Aut
Regina virginum quid negare sustineat familiarissimæ suæ Genovefæ, quæ a pri-
mæva ætate vitæ fragilis[3] tam fideliter, tam ferventer, tam perseveranter in humi-
litate, in virginitate et in omnibus virtutibus eam studuit imitari? Revera dignum
J est Matrem pulchræ dilectionis vitam[4] pulchræ dilectionis supereffluenter re-
pendere adolescentulis quæ dilexerunt eam nimis. Inde est, dilectissimi, quod
quamvis piissima Dei Genitrix quandoque dissimulet filios dissimilitudinis exau-
dire, tamen exauditionis suæ sacrarium dilectissimæ suæ Genovefæ semper patu-
lum invenitur. Ignoravit tamen aliquorum ruditas beneficium jam indultum,
K Sequanamque obedientem cœlesti imperio putabant adhuc procedere in aug-
mentum. Judicium eorum fallebant, ut puto, fides parva, devotio remissa, den-
sitas[5] nubium, copia imbrium, fluctuum commotio, malorum conturbatio, ti-
moris consternatio, quem a se vix potest, etiam in exiguis casibus, ignava pusilla-
nimitas relegare. Sed quidam alii nubes et inania attendere non contenti, signa
L posuerunt quibus certissime cognoverunt quod ab ipsa hora processionis Se-
quana paravit reditum, et hoc videre volentibus, Deo et beatæ Genovefæ gratias
agentes, ostendere curaverunt. Illi vero qui beneficium Dei ignorabant, proces-

[a] Quartier de la rue Galande.

[1] *Locus corruptus; fortasse legendum* septa per media desævire.
Cod contrictione.
[3] *Cod.* flagilis.
[4] *Cod.* vitem.
[5] *Cod.* dempsitas.

sione feliciter facta, murmurabant dicentes bonum fore processionem iteratum A
iri die crastina vel sequente. Quo cum querulosam suggestionem audierimus tot
movisse quod timuimus ne de hac ineptitudine rogaremur, mane ergo crastinæ
diei missi fuerunt tres de fratribus nostris ad capitulum cathedrale, qui amicis
sermonibus, aptis rationibus averterent illos moliri petitionem ineptam, honestati
dissidentem et merito refutandam. Cumque majoribus de capitulo, videlicet de- B
cano, cancellario et quibusdam aliis, secundum quod injunctum nobis fuerat lo-
queremur, circumspicientes vidimus in parietibus domorum manifesta signa di-
minutionis Sequanæ. Quibus et illi lætati nobis per omnia consenserunt, et in
hoc favore reversi gaudebamus per viam nos auxilio Sequanæ compendiosius pe-
rorasse. Omittere non debemus quod in ipsa die processionis per urbem seminatum C
est tempus in nocte sequenti mutandum esse in serenum, et cum novilunium
esset, serenum illud longo tempore duraturum. Hoc forte ab aliquibus astrono-
mis[1] emanavit, qui opus gratiæ voluerunt attribuere naturæ, beneficium Creatoris
creaturæ, ut nomen non Dei sed suum cognitione talium exaltarent, nescientes
quod per eos machinaretur invidia diabuli beneficiis Dei et laudi sanctæ Virginis D
derogare. Quam sententiam fallaciter disseminatam ita revocavit in irritum Do-
minus qui dicit *perdam sapientiam sapientum et prudentiam prudentium reprobabo*, ut
nocte illa et quotidie per tres septimanas sequentes plueret sicut ante, aere quoque
nubiloso et turbido permanente, Sequana quoque quotidie decrescente donec a
ripis depulsus et ad solitum coercitus satis haberet medium alveum adaquare. E
Mirabantur omnes super hoc quod abundans pluvia videbatur in aquas fluminis
effectum habere contrarium, tanquam aqua aquam ebibere et humor humorem
intenderet desiccare[2]. Hoc opus mirabile vix crederent qui magnalia Dei ratione
conspicantur humana, nisi communitas populi per singulos dies illud mirans
miraculum visus certitudine comprobaret . . . . F
. . . .

Item miraculum de domino Roberto, fratre regis Franciæ, comite Attrabatensi.

Unus de fratribus regis, Robertus Attrabatensis comes, acutissima febre cor-
reptus decumbebat Gonessiæ, multumque timebatur ne infirmitas illa esset ad
mortem. Missus ergo Parisius magister Albericus cognomine Cornutus, Carnotensis G
tunc electus[3], ut laboranti juveni succursum perquireret salutarem. Qui veniens
legationem suam capitulo Parisiensi primo exposuit, rogans eos ex parte regis ut
processionem suam et omnes alias civitatis ad ecclesiam Sanctæ Genovefæ virginis
die certa facerent adunari; acceptaque responsione, sicut dignum erat, favorali,
statim venit ad ecclesiam nostram et supplicavit nobis cum lacrimis ut doloribus H
et periculo tam validi juvenis, strenui videlicet et illustris genere, potentia, dig-
nitate, moribus, audacia, probitate, compati vellemus, et sanitatem ipsius pro-
cessionali deportatione nostræ sanctæ dominæ comparare. Abbas et seniores nostri
inter se consilium habentes adjudicaverunt concedendum esse delatæ petitioni,
dummodo processionem quam petebat procuraret fieri sollempniter, ut decebat. J
Omnibus rite paratis, et processione facta sollempniter, devote et humiliter cele-
brata, itum est ad infirmum et inquisitum de statu suo, inventumque jam ipsum
esse in convalescentia et etiam in bona spe recuperandi plenariam quantocius
sanitatem. Perscrutantesque diligentius qui processioni affuerant in qua hora
cœpit ei melius esse, agnoverunt quia hora illa erat in qua gloriosa virgo de loco K
sancto suo fuit mota et pro eo in hymnis et confessionibus suppliciter deportata.
Nec reor quod immemor fuerit beneficii sanitate indulta; nam postea quodam in
[a] Alfonso. loco fuimus aliqui ex nobis ubi illi et domino Aufurno[a] fratri suo, comiti modo
Pictavensi, narrabantur quædam miracula sanctæ Genovefæ, inter quæ narratum
fuit et istud. Quo ille audito, statim protestatus est coram omnibus qui aderant, L
dicens : « Ego sum ille cui Deus hoc miraculum fecit per auxilium gloriosæ vir-
« ginis Genovefæ. »

[1] *Cod. male* austromis. — [2] *Cod.* disiccare. — [3] *Albericus Cornutus anno 1236 exeunte electus est.*

EXCERPTA

E TRACTATU DE TRANSLATIONE BEATÆ GENOVEFÆ VIRGINIS, AUCTORE MAGISTRO JACOBO DE DINANT[1].

A Translationem sacratissimæ virginis Genovefæ devotissime celebrantes, primitus
translatæ dignitatem, et si non ad plenum, saltem aliquatenus declaremus; se-
cundo loco translationis misterium recolamus; tertio transferentium propositum,
studiosum progressum, felicem consummationem consequamur . . . .

. . . .

B Præmissis quasi præfationibus ad nostram eruditionem annexis, narrationem
prosequamur. Fuit siquidem rex illustris Francorum, felicis recordationis Phi-
lippus[a], christianissimus princeps, quem, ab adolescentia promotum in regem, [a] Philippus Augustus.
divina sic illustravit et protexit gratia ut, cum ipsum insidiæ proditorum subvertere
et inimici niterentur opprimere, ac multiplicium guerrarum et bellorum urgerent
C discrimina, nichilominus Dei auxilio insidias evitavit, inimicos superavit, bel-
lorum victoriam obtinuit, regnum munivit, ampliavit et ditavit ut inexpugnabile
redderetur. Hunc, quia sanctam Ecclesiam et fidem dilexit, in obitu suo tanto
decoravit honore ut magna multitudine episcoporum qui auctoritate sanctæ Sedis
apostolicæ fuerant evocati assistente necnon et baronum, dictæ Sedis legato et me-
D tropolitano Remensi voce consona simul missam celebrantibus, corpus honorifice
traderetur sepulturæ[2]. Hujus tempore, canonici ecclesiæ Sanctæ Genovefæ sub
beati Augustini regula degentes, licet quamplurimum gauderent quod digni habiti
sunt tantæ virgini cum omni humilitate servire, tam pretioso thesauro corporis
ejus, tam fideli pignori incumbere[3], majores divitias quibuscumque opibus oculis
E desiderabilibus illud æstimantes, tacti dolore intrinsecus cordis anxietatem non
modicam concipere cœperunt super eo quod vasculo non decenti, non convenienti,
non valde pretioso, non auro, gemmis non competenter ornato, tantæ sanctitatis
et virtutis cumulus, tam pretiosissima gemma clauderetur, cum in Ecclesiastico
legatur, *gemma carbunculi in ornamento auri*[b], et alibi *quasi vas auri solidum ornatum* [b] xxxii, 7.
F *omni lapide pretioso*[c] (Hæc vere carbunculo comparatur, radios exemplorum igneos [c] lx, 10
exsufflans, illuminans doctrinis, inflammans igne divini amoris). Cogitaverunt
itaque canonici magno ardore desiderii novum habitaculum sanctis reliquiis præ-
parare. Capsa quidem fortis erat, et ferrata clavis, et laminis munita; sed lignum
consumptum aliquatenus vetustate, et superficiei pulchritudo et deauratio pluri-
G mum deleta, sola diligentiæ antiquorum vestigia præferebat, ut dici posset illud
Machabæorum : *Ecce sancta nostra et pulchritudo nostra et claritas nostra desolata est*[d]. [d] I, ii, 12.
Pium autem propositum suspendebat et differebat deficiens facultas sumptuum,
timens ne diceretur illud euvangelii : *Iste homo cœpit ædificare, et non potuit consum-
mare*[e]. Ex una parte deterrebat labor operis, ex alia confortabat sæpius experta [e] *Luc.* xiv, 30
H subventio beatæ virginis. Et creditur fuisse Divinæ Majestatis quoddam præsagium,
ut quod futurum præviderat præcederet voluntatis intensæ permanentia, et inde
meritum augeretur.

Interea successit Ludovicus, prædicti regis filius, illustris fide, audacia, virtute
et potentia constanter armatus, qui velut Judas Machabæus induit se lorica sicut

[1] *Hic tractatus, de quo pauca jam disseruimus (vide monitum præcedenti fragmento præfixum) in codice 5333 sic inscribitur :* Tractatus de translatione beatæ Genovefæ virginis, quem composuit magister Jacobus de Dignant; et legitur ad mensam in die ejusdem translationis, quæ est v Kalendas Novembris.

[2] *Philippi Augusti exsequias quasi oculatus testis describere videtur Jacobus de Dinant.*

[3] *Cod.* incombere; *sed et quædam alia a nobis emendata fuisse lectorem præmonemus, exempli gratia* . habundantes, ymagines, accelo, accumine, ysopo, laycorum, choruscantibus, oportunitate.

[a Mach. I, III, 2 et 3.] gigas, et succinxit se arma bellica, et præliabatur prælium Domini cum lætitia[a] [A] contra incredulos in partibus Avenionensibus[1], Tholosanis et Albigensibus abundantes, quem post victoriam et expugnationem quarumdam partium cito rapuit divina bonitas ne mundi malitia ejus intellectum mutaret, non tamen sine maximo totius regni dolore ac detrimento : flevit populus fletu magno, et luxit dies multos. Tempore etiam hujus fuit voluntas et cogitatio præmissa crescens, non [B] deficiens, facta semper seipsa robustior, sicut sequens probavit eventus.

Procedente tempore, regnante Ludovico juniore, præfati Ludovici filio, Godefridus, senex corpore, spiritu promptus, æstuans et inebrians amore gloriosæ virginis, non valens satiari laude ipsius et miraculorum recordatione, hujusce modi verbis bonæ memoriæ Herbertum, tunc abbatem, ex corde puro, conscientia [C] bona et fide non ficta interpellavit dicens : « Domine abbas, quid tardatis? Quare « non inchoatis opus Deo acceptum, beatæ virgini honorificum, hominibus profu- « turum? » Et cum idem abbas se excusaret, asserens ecclesiam multis causis gravatam, debitis obligatam, operi tam sumptuoso non posse sufficere, obtulit ille Godefridus devotione non minima sexaginta libras tamquam operis primitias ad [D] comparationem auri et argenti in opere necessarii[2]. Tunc ad fratrum instantiam et viri devoti desiderium fervens commotus abbas, Bonardum (quasi bonitate arduum) mandavit aurifabrum, artificem probatum, quem operi præfecit. At ille gaudens benigne suscepit, et susceptum fideliter exequens, capsam novam construxit argento coopertam, auro rutilantem, gemmarum varietate distinctam, [E] cælaturas, scripturas, imagines, columpnas, capitella ordine multiplici decenter ornata habentem. Congruit autem huic aptari quod in Ecclesiastico legitur : con- [b XLV, 13.] tinet *opus artificis in gemmis pretiosis, figuratis in ligatura auri, et opere lapidarii sculptis*[b]. Si enim legitur in libro Regum Salomonem domum fecisse miri operis, lapidibus [c III, VII, v. 8 et 9.] pretiosis ibidem serratis, filiæ Pharaonis quam uxorem duxerat[c], quanto magis [F] tantæ matronæ nobili, patronæ indeficienti, jam in cœlis regnanti, vas aptum in honorem oportebat condi? Deo igitur et ipsi gratias agamus qui dedit incipere, perficere, solidare.

[d II. Cor. VI, 2.] Contigit tempus acceptabile, diem salutis[d], annum[3] placabilem Domino[e], regno [e Is. LXI, 2.] Francorum feliciter adventasse, non tam humana industria quam dispositione di- [G] vina. Christi enim patientis insignia, arma, vexilla, fidei munimenta, spei præludia, caritatis exenia, quibus de diabolo triumphavit, mortem superavit, genus humanum redemit, infernum spoliavit, paradisum ditavit, angelos lætificavit in regnum benedictum allata. Sic hæc labore gravi, multis intercedentibus periculis, maxima sollicitudine, sumptibus immensis, modo mirabili, dictus rex junior Lu- [H] dovicus, bonitate conspicuus, fidei pollens integritate, multimodis virtutibus præclarus, ad prædicta habenda animo anxius, cogitatione pervigil, persecutioni incessanter insistens, nunciis fidelibus per loca varia destinatis, ab imperatore Constantinopolitano et Imperii baronibus necnon et aliis, sub fideli testimonio vivæ vocis et instrumentorum cum sigillis authenticis fide dignis, efficaciter ac- [J] quisivit. Primum fuit spinea Corona sancto capiti superni Regis imposita, deinde Crux adoranda membris Redemptoris coaptata, demum Spongia quam aceto plenam hyssopo circumponentes obtulerunt perfidi ori ejus, et ferrum Lanceæ cujus acumine percusso Christi latere continuo exivit sanguis et aqua; nichilominus et

[1] *Cod. male* Aviniensibus.

[2] *Quanti totum opus constiterit docet instramentum quod jam a doctissimis Galliæ Christianæ auctoribus editum* (t. VII, col. 739) *rursus e chartulario Genovefano* (p. 280), *quod retenuit bibliotheca Genovefana, proferre operæ pretium est.*

Sciant omnes tam præsentes quam futuri quod in opere capsæ beatæ Genovefæ, de quo superius sermo habetur, continentur IX.XX et XIII (193) marchæ et dimidia marcha argenti, quæ costaverunt CCCC et XXXV libras ad rationem XLV solidorum Parisiensium pro marcha. Continentur etiam in dicto opere VIII marchæ et dimidia marcha auri, quæ costaverunt VI.XX et XVI libras Parisiensium ad rationem XVI librarum Parisiensium pro marcha. Bonardus autem, qui construxit dictum opus, recepit pro labore suo et pro lapidibus pretiosis in dicto opere contentis, per manum fratris Thomæ, tunc temporis cellerarii, CC libras Parisiensium. Summa totius expensæ pro dicta capsa VII.C et LX et XI libræ Parisiensium, excepto tabernaculo et canibus de cupro qui sustinent dictam capsam, quæ costaverunt XL libras et amplius.

Erraverant autem doctissimi Galliæ Christianæ auctores in exscribendo numero marcharum auri; nam apud eos legitur VII marchæ et dimidium *pro* VIII marchæ et dimidia marcha auri.

[3] *Cod. male, ut videtur,* dies *pro* diem *et* agnum *pro* annum.

A fascia qua quædam pars inferior tegebatur, cum alia reliquiarum multitudine. Om-
nibus hiis, diversis temporibus, rex devotus cum fratribus suis, episcopis, baro-
nibus, religiosorum clericorum et laicorum multitudine copiosa, nudo capite,
nudis pedibus reverenter, humiliter occurrit et portavit, civitate pannis sericis,
tapetis, cortinis variorum[1] vestimentorum et aliorum (quæque pretiosa et pulchra
B videbantur) præornata, resonantibus vocibus ad laudem divinam pertinentibus;
necnon et organis et aliis hujus modi instrumentis, thuribulis odore redolentibus,
luminaribus accensis quasi stellis novis coruscantibus, et cymbalis et campanis
pulsatis. Fuerunt autem ostensæ reliquiæ sanctæ populo, prædicatione præmissa,
indulgentia concessa, juxta Beatum Antonium in gradu ligneo ad loquendum et
C ostendendum parato, et postmodum ad Beatam Virginem, tandem usque ad do-
mum regiam conductæ ubi ad honorem Dei honorifice reservantur.

Anno M.CC.XLII ab incarnatione Domini numerando, Parisius allatum est ferrum
Lanceæ prædictum cum Spongia et multis aliis reliquiis. Eodem anno, Robertus,
tunc abbas, præfati Herberti successor, et seniores ecclesiæ Beatæ Genovefæ ca-
D nonici, deliberato consilio, divina gratia inspirante, firmaverunt dictæ virginis
corpus in capsam novam sive novum feretrum transferre, diem sollempnitatis
quæ de translatione fiebat retinentes non mutatam. Deliberaverunt insuper pri-
vatim et de nocte post matutinas hoc opportunius compleri, ne plebis Parisiacæ
et populi aliarum partium concursus immoderatus afflueret et oppressionem fa-
E ciens ac tumultum, pium negotium impediret, ne prælati et nobiles de minutis
ossibus et aliis ad sanctam pertinentibus aliquid importunitate[2], comminatione
vel modo quocumque, extorquere niterentur: quod sine ira et indignatione vitari
non valeret. Commonitione ergo hujus modi facta ab abbate salubriter (*sanctifica-*
mini et estote parati; cras enim videbitis auxilium Domini super vos[a]), præfati fratres et [a] Par. II, xx, 17.
F canonici, de revelatione ejus quod prius secretum fuerat gaudentes, studiose se
parare curaverunt ut interius et exterius mundi sancta tractarent. Matutinis
siquidem decantatis usque ad noni responsorii completionem, pedes discalciati
in sanctuarium ascenderunt et manibus lotis ante altare beatæ Genovefæ secundum
ordinem humiliter ad orationem prostrati, septem psalmos pœnitentiales cum
G lætania devote dixerunt, et dicta confessione ac recepta domini abbatis absolu-
tione, capsam deposuerunt in qua corpus beatæ virginis claudebatur.

Viri religiosi ad hoc officium deputati, induti stolis et manipulis, super majus
altare deportaverunt. Alii vero omnes et singuli superpelliciis induti, tenentes
cereos ardentes in manibus, devote astabant. Capsa quidem magna vi reserata,
H scrinium invenerunt bendis, vinculis et clavis firmiter communitum, cum certis
intersignis indicantibus ibidem corpus sanctissimum beatæ virginis contineri. Erat
enim fortiter obseratum propter dissensiones, guerras et prœlia in regno pericu-
lose ac frequenter evenientes.

Scrinio sic invento, ad visionem ossium beatorum ardentes, anhelabant astantes
J ut non solum præsentia, sed rei desideratæ contuitu manifesto, tamquam mercede
maxima satiarentur oculi, animæ sitienti et esurienti sacri pignoris inæstimabile
gaudium nunciantes. Unde deliberatione et tractatu præhabitis, dictus abbas
scrinium fecit aperiri, et intro aspicientes qui aderant, invenerunt congeriem
ossium totius corporis integraliter (involutam samito niveo ita recenti[3] quod non
K videbatur necesse brandeum rubeum ad hoc paratum apponi), excepto dente quem
quidam[4] prophanus excussit; sed reatus sui pœnam gravissima ultione persolvit.
Caput vero sacratissimum super ossa in capite scrinii, ab illa parte quam crux
exterior præsignabat, collocatum præfatus abbas cum reverentia, timore et lætitia
sublevavit, et præsentibus obtulit osculandum, supposito panno mundo et albo
L lineo in altari, ut post visum delectaretur et tactus. Beati oculi, os et manus ad
hujus modi pertingentes, ubi contactus labiorum complexum et confœderationem
signat animorum! O sanctum osculum et fidem faciens infirmis, et in desiderio
satisfaciens perfectis! Sed numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo

[1] *Cod. male, ut videtur,* vasorum.
[2] *Cod.* in oportunitate.
[3] *Cod. male* recendi.
[4] *Cod. male* quidem.

ut vestimenta ejus ne ardeant? Quod Salomon prædixit cernitur impletum : ardor A
mentis in flammas erumpit, amor fragrans omnem moderationem non recipit,
modum nescit, opportunitatem non quærit, non attendit ordinem aut legem, si-
[a] Matt. XII, 34. Luc. VI, 45. lentium rumpit; ex abundantia enim cordis os loquitur[a], silere non potest cum
totius suavitatis odorem sentit. Adest jubilus cordis et strepitus oris, junguntur
motus gaudiorum et sonus labiorum, excitant voluntatum et vocum consonantia. B
Fratres enim canonici, quasi vir unus, velut uno spiritu, una anima, Spiritu
Sancto permoti, a felicitate inchoantes cantaverunt *O felix* et cetera, *Te Deum*
laudamus voce altisona eructaverunt[1], qua permoti plures in ambitu murorum
quiescentes velociter accurrerunt, et ultra modum admirantes, nichilominus con-
gaudentes, sanctas reliquias reverenter osculati sunt. Erat mixtum gaudium exul- C
tationis cum mœrore compunctionis. O dulcis mixtura quam caritas imperabat,
pietas commovebat! Voces in excelso resonabant, campanæ simul toto nisu pul-
sabantur.

Demum sanctæ reliquiæ integraliter, absque diminutione aliqua, simul in
scrinio fuerunt repositæ, ubi visa est res admiratione et relatu condigna, vide- D
licet ut scrinium ita decenter novo coaptaretur operi ac si artifices alterum alteri
infallibili mensura coaptassent, cum tamen antea moderni scrinium non vidis-
sent. Deinde ipsum scrinium optime communitum in capsam novam induxerunt,
et capsam in archam ligneam intulerunt, quæ super altare aliquantulum mansit,
sacerdotibus vestibus indutis sacerdotalibus adhibitis ad custodiam, ministerium E
et honorem. Prædictis vero interfuerunt fratres canonici circa quinquaginta,
Bonardus aurifaber et Petrus carpentarius; et qui viderunt testimonium perhi-
buerunt ut et vos credatis . . . .

BREVE CHRONICON AD CYCLOS PASCHALES[2].

M.CC.LII. Obiit Blanca regina Franciæ.

M.CC.LIII[3]. Ludovicus de ultra mare rediit. F

M.CC.LIIII. Obiit Innocentius IIII.

[b] 16 Maii. M.CC.LV. Tenuit Ludovicus curiam suam Parisius in die Pentecostes[b] et dedit filiam suam regi Navarræ[4].

M.CC.LIX. Composuit pacem Henricus rex Angliæ cum Ludovico Francorum rege. G

[c] 25 Maii. [d] 29 Aug. M.CC.LXI. Obiit Alexander papa IIII in die beati Urbani[c], et in die Decollationis Baptistæ[d] electus fuit Urbanus papa, natione Trecensis.

M.CC.LXIIII. Captus fuit Henricus rex Anglorum, et filius ejus Eduardus, et Ricardus frater ejus a domino S. de Monteforti.

[e] 26 Febr. 1266. (N. S.) M.CC.LXVI[e]. Manfredus occiditur apud Beneventum a K. comite ndegavensi. H

M.CC.LXX. Hoc anno mortuus fuit rex Ludovicus Tunis.

M.CC.LXXIIII. Hoc anno fuit concilium generale Lugduni.

[1] *Cod.* altissona eructuaverunt.
[2] *Edit. e cod.* 2544 (*olim* 4353.5, *prius* Colb. 4284).
[3] *Corr.* 1254.
[4] *Theobaldi et Isabellæ nuptias anno 1257 celebratas fuisse constat; sponsalia autem biennio ante contracta probant litteræ anno 1255 mense Augusto datæ in quibus Margarita Navarræ regina Isabellam Theobaldi uxorem dicit* (*Thes. Chart.* J. 195). *Quod quidem cum ipso Joannis de Joinville testimonio optime concordat, qui hoc matrimonium a rege Navarræ petitum fuisse narrat paulo post quam beatus Ludovicus e partibus transmarinis rediit.* (*Vide tomum nostrum XX*, p. 289 d.)

EX BREVI CHRONICO ECCLESIÆ S. DIONYSII

AD CYCLOS PASCHALES[1].

A Concessus est ecclesiæ Beati Dionysii usus tunicæ et dalmaticæ et benedictio-
nis super populum a domino papa Gregorio, vivente Petro abbate.
Hoc anno, obiit Petrus de Autolio, abbas Sancti Dionysii, in festo sanctorum
Vedasti et Amandi[a], et electus fuit Odo Clementis in abbatem ejusdem ecclesiæ; [a] 6 Febr. 1229
in festo sanctæ Scolasticæ[b] facta fuit electio, et in ipsa die idem Odo recepit a [b] 10 Febr.
B rege Ludovico regalia : a domino Romano cardinali et apostolicæ Sedis legato
confirmatus fuit, et in crastino ab episcopo Carnotensi[c] benedictus. [c] Galtero.
MCCXXXI. Hoc anno, cœpit Odo abbas renovare capitulum ecclesiæ Beati Dio-
nysii Areopagitæ, et perfecit illud usque ad finem chori, hoc excepto quod turris
ubi sunt cymbala a parte revestiarii non erat perfecta, nec voltatus erat chorus;
C sed a parte Sancti Hyppolyti totum erat perfectum, et etiam voltatum erat a parte
vestiarii.
MCCXXXIII. Hoc anno, obiit Philippus, filius Philippi, regis Francorum, comes
Boloniæ, Claromontis, Albæ Marlæ, Domni Martini, de Moretel, Domnofrontis
en Passois; et sepultus est in ecclesia Beati Dionysii ad sinistram partem altaris
D matutinalis, anno vitæ suæ XXXIII. Hoc anno, obiit Ferrandus, comes Flandriæ.
MCCXXXIV. Hoc anno, Margarita, filia comitis Provinciæ, inuncta est in reginam
Franciæ apud Senonas ab archiepiscopo Senonensi; cui inunctioni et dispensationi
interfuit Odo Clementis, abbas Sancti Dionysii, cum episcopalibus ornamentis.
MCCXXXVI. Hoc anno, in Purificatione beatæ Mariæ, translatum fuit cum magna
E sollemnitate corpus sancti Hippolyti ab oratorio quod diu fuerat in medio navis
ecclesiæ, in novum oratorium in sinistra parte novi operis; et tunc fuit maxima
inundatio aquarum.
MCCXXXVII. Hoc anno, fuit maxima mortalitas fratrum monachorum in ecclesia
Beati Dionysii fere usque ad XLIV.
F MCCXXXVIII. Hoc anno, profecti sunt Jerosolymam rex Navarræ[d], qui et comes [d] Theobaldus.
Campaniæ, et comes Montis Fortis[e], et tota fere nobilitas baronum, tam militum [e] Amalricus VI.
quam populorum. Et eodem anno, Alfonsus de Hispania duxit in uxorem comitis-
sam Boloniæ[f]. [f] Mathildem.
MCCXXXIX. Hoc anno, regnante Ludovico rege, filio Ludovici regis, fuit conven-
G tus ecclesiæ Beati Dionysii apud Vicenas, feria V post Adsumtionem beatæ Ma-
riæ virginis, quæ tunc erat XV Calendas Septembris; et illucescente aurora, in-
duerunt se albis et pretiosissimis cappis, ut honestius ceteris processionibus, cum
Corona Dominica, de Constantinopoli ad regem per certissimos nuncios aspor-
tata, usque ecclesiam Beatæ Mariæ Virginis Parisius deveniret; ubi domnus Odo
H Clementis, tum temporis ecclesiæ Beati Dionysii abbas, cum ceteris archiepisco-
pis, episcopis, abbatibus, ornatus episcopalibus indumentis, mitram habens in
capite, annulum in digito, et manu baculum pastoralem, ad dextram altaris
Beatæ Virginis adstitit. Processio vero nostra, a ceteris separata, in media navi
ecclesiæ Beatæ Virginis remansit. Guillelmus vero, cantor tunc temporis ecclesiæ
J Beati Dionysii, a Vicenis usque ad dictam ecclesiam Beatæ Virginis omnes can-
tus, tamquam inter ceteros cantores specialis præcentor, mirabiliter inchoavit,
maxime in navi ecclesiæ Beatæ Virginis *Ave Regina cœlorum* intonans ita alte quod
omnes stupefacti sunt audientes. Inde usque ad regis palatium Coronam Domini-

[1] Apud Acherium, tom. II *Spicilegii* in fol. p. 496; in-4° tom. II, p. 813. — Quæ proxime antecedunt ea require tomo nostro XVII, p. 422.

cam cum divinis responsoriis deducentes, in capella domini regis cereos, quos in A
manibus portabant in honore dictæ Coronæ, similiter obtulerunt; et capella et
etiam dicta sacrosancta Corona, cum toto palatio, palliis et ornamentis pretiosis-
simis, de domo nostra ad hoc Parisius delatis, cunctis aliis ornamentis vilipensis,
decentissime fuerunt ornatæ.

MCCXL. Hoc anno, nata est Blanca, primogenita Ludovici regis, in Translatione B
[a] 11 Julii. sancti Benedicti [a].

[b] 18 Martii 1242. MCCXLI. Hoc anno, nata est Ysabellis, filia Ludovici regis, die Martis [b]. Eodem
anno, fuit siccitas magna a Dominica post Natale Domini usque ad Exaltationem
sanctæ Crucis mense Septembri. Eodem die, cœperunt pluviæ: et eodem anno, fue-
runt omnia vina tam fortia, quod non poterant bibi commode sine aqua; et multi C
in anno illo patiebantur malum maximum in oculis eorum.

MCCXLIII. Hoc anno, natus est Ludovicus, primogenitus Ludovici regis, in festo
sancti Matthæi Apostoli.

[c] 10 Dec. 1244. MCCXLIV. Hoc anno, cœpit rex Francorum Ludovicus, die Sabbati [c] ante festum
sanctæ Luciæ, valida febre et vehementi fluxu ventris, apud Pontisaram, graviter D
infirmari. Et eo anno, paucis diebus revolutis, devenit Lugdunum Innocentius
papa IV.

MCCXLV. Hoc anno, fuit natus Philippus, filius Ludovici regis, in festo apostolo-
rum Philippi et Jacobi.

MCCXLVI. Odo, abbas Beati Dionysii, fuit archiepiscopus Rotomagensis; et Guil- E
lelmus factus fuit abbas.

Hoc anno, dixit rex quod Johannes haberet comitatum Hannoniæ [1].

MCCXLVII. Hoc anno, in festo beati Dionysii, comedit Ludovicus rex, et Rober-
[d] Raimund. VII, Tolosæ comes. tus, Alfonsus, Carolus, fratres ejus, in refectorio nostro, et comes Sancti Egidii [d],
et multi alii barones. F

[e] 12 Jun. 1248. MCCXLVIII. Hoc anno, feria VI[e] Pentecostes, Ludovicus rex accepit vexillum, et
peram et baculum in ecclesia Beati Dionysii, et fratres ejus, ab Odone cardinali.
Et post accepit licentiam in capitulo nostro, et Robertus et Carolus, fratres ejus,
[f] 14 Junii. cum magna humilitate; Dominica post [f], Margarita, uxor ejus, similiter fecit.

[g] 24 Martii 1253. MCCLIII. Hoc anno, dominus Guillelmus, abbas Sancti Dionysii, vigilia [g] Annun- G
ciationis, misit duos sollemnes nuntios ad Ludovicum, regem Franciæ, ultra
mare, videlicet Thomam cantorem et Nicholaum tertium priorem ejusdem eccle-
siæ [2], qui in Natali Domini post, et eorum familia integra, cum prosperitate et
gaudio, per Dei gratiam, ad propria remearunt. Et in Dedicatione sequente [3], mor-
tuus fuit Guillelmus de Macouris, abbas istius ecclesiæ; et successit ei Henri- H
cus dictus Malet.

MCCLVIII. Matthæus Vindocinensis consecratus est abbas Beati Dionysii.

MCCLIX. Translati sunt Sugerius, Henricus, Petrus, Adam, Yvo, Hugo abbates.

MCCLXIII. Hoc anno, translati sunt, die sancti Gregorii, reges Odo, Hugo Capet,
Robertus, Constantia, ejus uxor, Henricus, Ludovicus Grossus, Philippus, filius J
Ludovici Grossi, Constantia regina, quæ venit de Hispania [4].

MCCLXIV. Translati sunt reges in dextro choro, scilicet Ludovicus rex, filius Da-
goberti, Carolus Martellus rex [5]; Berta regina, uxor Pipini, Pipinus rex, Hyrmin-
trudis regina, uxor Caroli Calvi, Kallomagnus rex, filius Pipini, Kallomagnus
rex, filius Ludovici Balbi, Ludovicus rex, filius Ludovici Balbi. K

MCCLXVII. In die Pentecostes, fuit Philippus, filius Ludovici regis, miles novus
Parisius.

[h] 25 Aug. 1270. MCCLXX. Christianissimus rex Ludovicus obdormivit in Domino in die Lunæ [h]

[1] *Ed.* Flandriæ; *constat autem Johanni de Avesnis Hanoniam, et Guillelmo de Dampetra Flandriam a Ludovico IX adjudicatam fuisse.*

[2] *De hac legatione confer tomum nostram* XX, p. 385 a. b.

[3] *Id est* die 24 Februarii 1254; *nam dedicatio ecclesiæ Beati Dionysii eadem die ac festum sancti Matthiæ notata est in veteri calendario quod habet Bibliotheca imperialis* (cod. lat. 976, fol. 62). *Ibi autem reperies* (fol. 63) *anniversarium Guillelmi de Macourris post octavas dedicationis, id est die 4 Martii, inscriptum, quia scilicet, cum funebri anniversario solennia dedicationis concurrere non poterant.*

[4] Constantia, Alfonsi VIII Castellæ regis filia, quæ Ludovico VII anno 1254 nupsit.

[5] *Nota regis titulum Carolo Martello datum.*

A post octavas Adsumtionis, circa horam nonam. Eodem anno, in Quadragesima,
natus est Carolus, filius Philippi regis de prima uxore.

MCCLXXI. Coronatus est Philippus, filius ejusdem Ludovici.

MCCLXXVI. Hoc anno, mense Maio, natus est Ludovicus, filius Philippi regis de uxore secunda.

B MCCLXXX. Prior Sancti Dionysii factus est abbas Sancti Launomari Blesensis.
Eodem anno, sic crevit fluvius Sequanæ quod aqua posset accipi cum manibus de super Magnum Pontem, de quo majores duæ arcæ totaliter corruerunt. Eodem anno et tempore, fecit conventus processionem ad fluvium Sequanæ cum Clavo et Corona Domini, et brachium sancti Simeonis deportaverunt.

C MCCLXXXI. Consummatum est novum opus ecclesiæ Beati Dionysii a domino
Matthæo abbate.

MCCLXXXII. Condemnatus est Petrus, rex Aragonum.

MCCLXXXIII. Johannes de Pontisara, prior Argentolii, factus est abbas de Ferrariis.

D MCCLXXXIV. Hoc anno, venit quidam in Allemaniam, qui dicebat se Fredericum
esse, et multos deceptionibus suis ac magicis artibus, de quibus peritus erat, decepit; ita ut multum comitatum, ut dicebatur, haberet, et multi credebant illum esse eumdem Fredericum qui quondam imperator fuerat. Tandem, cognita malitia sua, tamquam maleficus et execrandis artibus operator, in eisdem partibus
E concrematus est.

Hoc anno, VI Calendas Februarii, translata sunt corpora domini Johannis, quondam comitis Nivernensis et ducissæ de Brabant[1] de priori loco, et posita ad pedes Ludovici regis, patris sui

Eodem anno, Carolus, rex Siciliæ, in capitulo Beati Dionysii, præsente con-
F ventu, ejus orationes impetrando, flexis genibus sacra Evangelia osculando et eos Deo commendando, humiliter recessit ab eis.

Philippus, filius Philippi regis, factus est miles in festo Adsumtionis beatæ Virginis; et duxit uxorem filiam regis Navarræ. Et factus est cum eo miles frater ejus dominus Carolus, et filius[a] comitis Atrebatensis, et multi alii. Cui domino Ca- [a] Philippus.
G rolo[2] concessum est regnum Aragonum a Sede apostolica.

Eodem anno, profectus est super regnum Aragonum Philippus, rex Franciæ, cum exercitu suo. Accepit autem peram et baculum in ecclesia Beati Dionysii, Dominica die in medio Quadragesimæ, quæ fuit IV Nonas Martii[b]; et ab illa die cœ- [b] 4 Mart. 1285.
pit iter.

H Eodem anno, mense Januario[3], obiit famosissimus Carolus, rex Siciliæ. Eodem
anno[4], III die Octavæ beatæ Virginis Adsumtionis, Johannes Cholet, apostolicæ Sedis legatus, apud Parisius congregavit concilium; et advenit ibi maxima multitudo prælatorum.

MCCLXXXV. Hoc anno, obiit Philippus, rex Franciæ, filius Ludovici regis, III No-
J nas Octobris, apud castrum quod dicitur Parpegnien : sepultus est autem in ecclesia Beati Dionysii, III Nonas Decembris, a venerabili viro Johanne Cholet, tunc temporis Sedis apostolicæ legato.

Eodem anno, coronatus est Philippus rex, filius ejusdem Philippi regis, cum uxore sua, in die Epiphaniæ.

K MCCLXXXVIII. Obiit venerabilis abbas Matthæus Vindocinensis apud Belnam.
Eodem anno, Reginaldus Gifardi electus est in abbatem in capitulo Beati Dionysii a toto conventu.

MCCLXXXIX. Hoc anno, circa festum Resurrectionis Dominicæ, Parisius magnum argumentum fidei nostræ nobis ostensum est. Quidam Judæi Hostiam sacram a
L quodam pessimo habuerunt, quam in aquam calidam positam cum cultello percusserunt : de qua, virtute divina, sanguis copiose effluit in tantum, quod tota aqua

[1] Margarita, Ludovici IX filia, Johanni I, Brabantiæ duci, nupta.

[2] *Idem qui postea Valesii comes.*

[3] *Ed.* Martio; *Carolum autem* die 7 Januarii 1285 *obiisse constat.*

[4] *Id. est* anno 1284.

rubefacta est. Qui capti veritatem confessi sunt; quorum quidam confusi sunt, alii baptizati sunt[1]. A

MCCXC. Hoc anno, missi fuerunt a Curia Romana duo legati in Franciam, quorum nomina, dominus Gerardus, et dominus Benedictus[2]; qui, convocatis omnibus prælatis ejusdem regni, tenuerunt concilium in ecclesia Beatæ Genovefæ Parisius. B

Eodem anno, frater Johannes de Auteul, magnus prior ecclesiæ Beati Dionysii, factus est abbas Beati Audoëni Rothomagensis a domino papa.

MCCXCI. Isto anno, capta est civitas Achonensis a soldano. Propter quod facta est prædicatio generalis de cruce.

MCCXCII. Isto anno, motum fuit bellum inter regem Franciæ et comitem de Henault[3]. C

FRAGMENT

D'UNE GÉNÉALOGIE DES ROIS DE FRANCE.

AVERTISSEMENT.

La généalogie qui nous a fourni ce fragment accompagne, dans le manuscrit français 4961, la chronique du ménestrel du comte de Poitiers; elle a été écrite sous le règne de Philippe le Bel, après l'année 1293 et avant que la canonisation de saint Louis fût publiquement proclamée.

Loeys li Preudons fu couronnez à XIII anz[4] et VII mois, le premier diemenche des Avens. Et fu delivrez Ferranz li quens de Flandres, qui avoit esté XII anz em prison pour la bataille de Bouvines. Après ala Loeys à Saintes contre les Anglois, et ot victoire. Après ala il outre mer, et prist Damiete. Après il alla à Thunnes, et morut en Cartage quant il ot regné XLIIII anz; et avoit d'aage LVIII anz. Pais fu el règne à son tens; il aima Dieu et sainte Eglise, et dist on que il est sainz[5]. D

Phelippes li Hardiz, filz Loeys le Preudhomme, fu couronnez en l'an de grace M.CC.LXX anz[6]; et fist venir à merci le conte de Foiz qui estoit revelez. Et morut el service de sainte Eglise, au revenir de seur les Arragonnois, qui estoient condampné. Et disoit on que il estoit li plus hardiz de touz; et regna XV anz. E

Phelippes li Biaus, fiulz Phelippe le Hardi, fu couronné à Rainz en l'an de grace M.CC.IIII.XX et V, et regnera tant com à Dieu plaira seur II roiaumes France et Navarre. Et est li plus biaus hons de son règne; et à son tens est mute la guerre des Anglois et des François en l'an de grace mil deuls cenz et quatre vins et treze. — Explicit. F

[1] *Cf.* tomos nostros XX, p. 638, XXI, p. 127 et 132, XXII, p. 32.

[2] Gerardus de Parma et Benedictus Gaytani, postea Bonifacius VIII.

[3] Johannem de Avesnis (*Art de vér. les dates*, III, 32).

[4] *Corr.* douze ans.

[5] *On lit dans une autre généalogie, inscrite aussi en tête de la chronique du ménestrel du comte de Poitiers* : « Cist Loeis devant diz fu rois XLV anz, et fu morz en Cartage; et fu enterrez ou moutier Saint Denis en France, en l'an de grace mil deus cenz soisante et onze, le venredi devant Penthecoste; et fu enterrez à ses piez mesire Pierres li chanberlans » (*Ms. fr.* 5700).

[6] *Corr.* M.CC.LXXI.

E LIBRO MORTUALI SANCTÆ CATHARINÆ

VALLIS SCHOLARUM PARISIENSIS

VULGO NUNCUPATÆ LA COUSTURE[1].

A Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, nos prior et fratres Beatæ
Catharinæ Parisiensis ordinis Vallis Scolarum, scientes quod in officiis charitatis
illis præcipue tenemur obnoxii quos speciali dilectione erga nos intelleximus esse
beneficos ac devotos, unanimi consensu statuimus ut saltem bis in anno, videlicet
in Nativitate Domini et in festo beati Johannis Baptistæ, in capitulo, coram omni-
B bus, nomina magnorum benefactorum nostrorum recitentur, ut sciamus et posteri
nostri pro quibus orare debemus et tenemur, ne per oblivionem aliquem negliga-
mus. Inprimis orare debemus et tenemur pro animabus illustrissimorum regum
Franciæ, videlicet Philippi et Ludovici filii ejus, pro quibus instituta fuit domus
ista pro gaudio et victoria quam habuerunt de inimicis regni in conflictu ad pon-
C tem Bovinarum anno Domini M.CC.XIIII.

Benedictus[2] Philippus decessit anno Domini M.CC.XXIII.

Ludovicus filius ejus rex decessit anno Domini M.CC.XXVI.

Ludovicus filius prædicti Ludovici, rex sanctissimus, qui primus in Francia re-
fulsit sanctitate, gratia simul et virtute, voluit et ordinavit anno Domini M.CC.XXIX
D quod pro animabus regum prædictorum construeretur ecclesia nostra, et primum
lapidem posuit, et dotavit eam qualibet die de triginta denariis redditus perci-
piendis quolibet anno tribus terminis, videlicet in Purificatione, in Ascensione,
in festo Omnium Sanctorum. Item voluit idem pius rex quod pro animabus præ-
dictorum regum haberemus quolibet anno circa Purificationem, ad sustentatio-
E nem unius fratris qui quotidie pro eis missam de Requiem celebraret, viginti libras
Parisiensium per manum eleemosinarii sui, et unum modium bladii in granario
suo, et duo millia alecum in capite jejunii, et duos pannos in festo Omnium Sanc-
torum. Hic anno Domini M.CC.LXX decessit ante Tunas, et migravit ad Christum;
cujus intercessio nobis obtineat veniam et sempiternam gloriam.

F Item, orare debemus pro anima illustrissimæ reginæ Franciæ Blanchæ, quon-
dam matris beati Ludovici secundo dicti, quæ dedit nobis trecentas libras pro
constructione ecclesiæ nostræ.

Item, pro anima illustrissimi regis Franciæ Philippi, filii secundi Ludovici, qui
decessit in Arragonia anno Domini M.CC octogesimo quinto.

G Item, pro animabus omnium servientium regis arma gerentium, pro quibus et ad
quorum petitionem ecclesia nostra primo cœpit ædificari, prout in litteris episcopi
plenius continetur. Proinde dicti servientes, de voluntate dicti regis, ordinaverunt
inter se ut quilibet serviens regis arma gerens qui tunc erat, et etiam futurus, da-
ret nobis in eleemosinam quamdiu viveret et regi serviret puginatas suas, videli-
H cet in qualibet quarta decima per anni circulum quattuor denarios, hoc est per
annum decem solidos et quattuor denarios[3]. Hoc autem dederunt nobis ad susten-
tationem unius fratrum nostrorum qui pro servientibus qui jam decesserant et
pro decedentibus quotidie unam missam de Requiem in ecclesia nostra celebraret.

[1] *Hoc fragmentum edimus e codice Bibliothecæ imperialis Buheriano 29.*

[2] *Hic in margine codicis legitur :* « quia Adeodatus dictus. »

[3] *Hic in margine codicis legitur :* « Inde colligitur solidum aureum decem tantum denariis tunc constitisse, quia annuo dierum 365 numero, quartus decimus numerus vicies sexies continetur, qui quaternario multiplicatus in 104 excrescit, ita ut, resectis quattuor denariis, 100 residui decem solidos constituant, et denarius tunc dictus videatur, quod decima solidi pars, non quod decem assibus æstimaretur. » *Cui quidem interpretationi favere non possumus; hunc locum voce* Puginata *reperire est apud Cangium qui scilicet* solidi aurei *mentionem regnante Ludovico IX fieri potuisse non arbitrabatur, nedum inde collegerit aureum aut argenteum solidum eo tempore decem tantum denariis constitisse. Habemus 124 denarios, ex quibus 20 solennibus festis fortasse erogabantur.*

BONIFACII VIII SERMONES ET BULLA

DE CANONISATIONE

SANCTI LUDOVICI, REGIS FRANCORUM.

Sermones a Bonifacio VIII de canonisatione sancti Ludovici factos solemni bullæ qua novum festum celebrari jussit adjungere decuit ne lectori passim perquirenda essent ea quæ ad unum spectant et ex eodem fonte plerumque fluxisse videntur. Quemadmodum enim omnia ibi de beato Ludovico agunt, ita etiam ex authenticis instrumentis quæ ad præparandum canonisationis negotium conscripta fuerant pleraque extracta fuisse arbitramur. Alia autem causa est cur maxima Bonifacio VIII fides adhibenda sit, cui hoc contigit ut in Francia versatus, nonnulla de beato rege audierit, Romamque reversus totius rei summam, antequam suprema sede potitus fuisset, cum aliis cardinalibus diligentissime inspexerit. Cuilibet denique attendenti multa, tum in priore sermone, tum in ipsa bulla reperiri quæ ab historica narratione non multum abhorrent, minime mirum videbitur quod ea quæ chronicorum vicem implere possunt ipsis chronicis interjicere non dubitaverimus.

Nullum codicem in quo duo exstarent sermones a Claudio Menard dudum editi, inspicere nobis contigit; bullam autem quam publici juris simul fecerat[1], cum instrumento originali partim deleto necnon cum veteri apographo[a] conferendam curavimus.

[a] Archives de l'Empire, J. 940.

Domini Bonifacii papæ VIII sermo de canonisatione regis Ludovici sanctissimi, factus in palatio A
apud Urbem Veterem, die Martis ante festum beati Laurentii martyris.

« Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo. » (Matth. XXII.)
Notandum quod reddit Deus, et reddit homo. Deus reddit bonis bona, malis
supplicia, utrisque justa. De malis in Psalmo dicitur : « Reddet retributionem
« superbis[b]. » De bonis etiam in Psalmo : « Redde mihi lætitiam salutaris tui[c], » B
id est, gloriam æternam, quæ est lætitia sempiterna. De utrisque dicit Apostolus
(II Cor. v) : « Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat[2]
« unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum. »
Item, reddit homo Deo, reddit proximo. Primo debet reddere Deo illa quæ vo-
vit. Unde in Psalmo : « Vovete, et reddite Domino Deo vestro, etc.[d] » Hoc intelli- C
gitur tam de voto tacito, quam expresso. De voto tacito, sicut de illis quæ in
baptismo, licet tacite, promittuntur. De expresso dicitur (Lucæ XVI) : « Redde
« rationem villicationis tuæ. » Hoc specialiter dicitur de illis qui ex voto seu pro-
misso expresso obligati sunt Deo specialiter servire. Secundo reddit homo proximo
caritatem et concordiam. Unde Apostolus (Rom. XIII) : « Nemini cuiquam debea- D

[b] XCIII, 2.
[c] L, 14.
[d] LXXV, 12.

[1] *Histoire de saint Loys.. par Jean sire de Joinville.... nouvellement mise en lumière.. par Mr Claude Menard.* Vide operis appendicem sive alteram partem, p. 143, 157 et 162. *Eamdem bullam editam reperies in Actis sanctorum,* Augusti tomo V, p. 528

[2] *Vulg. edit.* referat

A « tis, nisi ut invicem diligatis. » Istud vero debitum est, quod quantumcumque,
et quotienscumque redditum, semper nihilominus hominem detinet debitorem.

Ista vero verba primo proposita accipi possunt in persona summi pontificis, et
totius Ecclesiæ militantis, ut dicatur eis pro sanctæ memoriæ rege Ludovico :
« Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, etc., » ut per Cæsarem intelligamus istum sanc-
B tum regem, cui honor merito debetur. Unde concluditur (Rom. XIII) : « Reddite
« ergo omnibus debita; cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timo-
« rem, timorem; cui honorem, honorem. » Et ita debemus reddere unicuique quod
suum est, tam Deo quam homini, et maxime illi sancto regi, de quo agitur. Red-
dendo enim honorem homini, redditur etiam Deo, qui est laudabilis in sanctis
C suis. Unde Psalmus : « Mirabilis Deus in sanctis suis, etc[a]. » Item ibidem : « Lau-
« date Dominum in sanctis ejus, etc.[b] »

Accedamus ergo ad propositum negotium venerandum, honorandum et desi-
derandum, quod jam per XXIIII annos vel amplius stetit in fornace examinis Curiæ
Romanæ, seu Sedis apostolicæ. Unde notandum quod multi vestrum viderunt,
D et nos etiam vidimus sanctum illum regem Ludovicum, cujus vita inclyta cunctas
illustrabat ecclesias. Et sicut nos in parte vidimus, et per probata audivimus et
scimus, vita ejus non fuit solum vita hominis, sed super hominem; non fuit in
terrupta, sed ab infantia continuata, et de bono in melius semper procedens,
semper augmentata, secundum id quod dicitur in Psalmo : « Ibunt sancti de vir-
E « tute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion[c]. » Ipse enim sic procedens,
jam de regno terreno Franciæ ascendit ad regnum æternum gloriæ, ut possit
dicere illud Psalmi : « Ego enim constitutus sum rex ab eo super Sion montem
« sanctum ejus, etc.[d] » Et quia dicitur in Proverbiis : « Justorum semita quasi lux
« splendens procedit, et crescit usque in perfectum diem[e], » idcirco non est pas-
F sus Dominus, ut lucerna ista poneretur sub modio, sed super candelabrum, ut
luceret his qui in domo Dei sunt[f]. Unde voluit Dominus manifestare hominibus,
qualis iste sanctus erat, et est coram eo. Et hoc tam per testimonium Dei, quam
hominum.

Testimonium enim hominum requiritur ibi, sicut testimonium veritatis, quan-
G tum ad certitudinem vitæ suæ sanctæ, quam in hoc mundo gessit. Vita vero ejus
sancta omnibus fuit manifesta faciem ejus aspicientibus, « quæ plena erat gra-
« tiarum, » sicut dicitur Esther[1] XV. Quantum vero ad opera, fuit manifesta specia-
liter in eleemosynis pauperum, in fabricationibus hospitalium, in ædificiis eccle-
siarum, et ceteris misericordiæ operibus, quæ omnia enumerare longum est. Nec
H fuerunt ista momentanea, seu parvo tempore durantia, sed usque ad mortem
continuata. Item quantæ fuerit justitiæ, apparuit evidenter non solum per exem-
pla, imo etiam per tactum. Sedebat enim quasi continue in terra super lectum,
ut audiret causas, maxime pauperum et orphanorum, et eis faciebat exhiberi
justitiæ complementum. Unicuique etiam reddebat quod suum est. Unde potest
J dici de ipso, quod dicitur (Ecclesiastici XVI) : « Opera justitiæ ejus quis enuncia-
« bit? » quasi dicat, enumerari non possent. Et ideo in pace et quiete magna tenuit
regnum suum. Concordes enim sunt pax et justitia. Et ideo sicut sedit in justitia,
ita regnum ejus quievit in pace. Unde verificatum est de ipso quod dicitur (Pro-
verb. XX) : « Misericordia et veritas custodiunt regem, et roborabitur clementia
K « thronus ejus. »

Voluit insuper Dominus manifestare sibi quod erat vas electionis ad portandum
verbum suum coram gentibus, et regibus, et filiis Israël. Et ideo ostendit illi
quanta oportebat eum pro nomine suo pati[g] : quia licet tot divitiis, deliciis et ho-
noribus abundaret, relinquens omnia, corpus suum et vitam suam exposuit pro
L Christo, mare transfretando, et contra inimicos crucis Christi et fidei catholicæ
decertando, usque ad captionem et incarcerationem proprii corporis, uxoris et fra-
trum suorum.

Quantam vero animi constantiam et quale exemplum justitiæ et bonitatis os-

[a] LXVII, 36.
[b] Ps. CL, 1.
[c] LXXXIII, 8.
[d] II, 6.
[e] IV, 18.
[f] Math. V, 15.
[g] Act. IX, 16

[1] *Edit.* Hester

tenderit in adversitate prædicta, hoc sciunt illi fide digni qui ab illis qui inter- A
fuerunt veritatem diligenter inquisierunt. Nam cum captus esset a soldano, et fra-
tres sui, et certa summa pecuniæ deberent redimi, volebat soldanus quod illa
pactio seu promissio pecuniæ tali pacto firmaretur, ut si dictus soldanus a pro-
misso recederet, legem suam et deos suos abnegaret; ipse vero rex e converso, si
pactum non teneret, fidem Christi negaret. Pius vero rex et catholicus hæc audiens B
exhorruit, et monitus a fratribus suis ut hoc faceret, dicentibus quod hoc satis li-
cite poterat promittere, postquam non intendebat a pacto seu conventione rece-
dere, respondit eis sic : « Dominus faciet id quod voluerit tam de me, quam de
« vobis. Vos ut fratres diligo, me etiam ut me diligo. Sed hoc avertat Deus, quod
« tale verbum de ore regis Franciæ unquam exeat, quicquid inde debeat accidere. » C
Soldanus vero videns ejus magnam constantiam tam in gestibus quam in respon-
sis, credidit verbo suo simplici, et ipsum ac fratres suos, ac etiam omnes reliquos
quos tenebat, dimisit.

Miracula etiam tempore captionis suæ acciderunt, inter quæ unum fuit præci-
puum, et relatione dignum. Quidam enim religiosus, qui eum secutus fuerat et D
cum eo captus, dum staret secum in una camera secreta, cœpit rex devotus mul-
tum conqueri et condolere propter hoc quod breviarium non habebat, ubi pos-
set dicere horas suas canonicas. Respondit frater ille, eum consolando : « Non est
« curandum in tali articulo : sed dicamus nihilominus *Pater noster*, et alia quæ po-
« terimus. » Sed cum multum affligeretur super isto, invenit juxta se subito bre- E
viarium suum proprium. Divinitus, ut credimus, sibi et per miraculum est appor-
tatum.

Item, postquam a carcere fuit liberatus, non vixit nec indutus fuit sicut prius :
licet vita et conversatio ejus prius fuisset satis honesta. Vestes enim quas postea
habuit, non erant regiæ, sed religiosæ : non erant militis, sed viri simplicis. Vi- F
tam etiam ejus, qualiter in ædificationibus ecclesiarum, et visitationibus infirmo-
rum, cæcorum et leprosorum, continuaverit, nullus enarrare sufficit.

Inter cetera vero, hoc exemplum notabile recitatum fuit nobis a fide dignis,
dum essemus in Francia, quod apud abbatiam Regalis Montis erat quidam mona-
chus lepra abominabiliter infectus, in tantum quod propter fœtorem et abomina- G
tionem ulcerum, vix inveniebatur qui ad eum accedere vellet : sed quæ necessaria
erant a longe eidem projiciebantur seu dabantur. Rex vero pius audiens hoc de
illo, pluries visitavit eum, et eidem humiliter ministravit; saniem ulcerum ejus
studiose detergendo, et eidem cibum et potum propriis manibus ministrando. Ta-
lia namque et consimilia consuevit facere in domibus Dei et leprosariis, et spe- H
cialiter in domo Dei Parisius, quod multi et multotiens viderunt. Unde in talibus
apparet, quantæ compassionis et pietatis fuerit iste rex sanctus.

Item, quantarum eleemosynarum fuerit iste sanctus homo, apparet per illos
qui statuta dandi eleemosynas suas noverunt. Inter alia namque statuit, quod quo-
tienscumque de novo intrabat Parisius, novæ eleemosynæ darentur religiosis, et J
specialiter mendicantibus; et ideo frequentius exibat, ut sæpius eleemosynæ hu-
jusmodi redarentur[1].

Præterea non suffecit ei dare sua, sed volens plus reddere Deo, reliquit mun-
dum, uxorem et regnum, exposuit filios suos, et reliquit seipsum, iterum in Ter-
ram Sanctam peregrinando. Unde poterat dicere Domino, cum beato Petro et reli- K
quis apostolis, id quod dixit Petrus (Matth. XIX) : « Ecce reliquimus omnia, et secuti
« sumus te. » Et in tanta perfectione, quam[2] secutus fuerat, vitam finivit sanctissime.
Nam secundum quod testificatum est ab assistentibus, iste non fuit finis hominis
humanati, sed quodam modo jam sanctificati servi : quod apparuit in verbis et
monitionibus sanctis quas in lecto mortis dicebat, et in signis quæ tunc tempo- L
ris evidenter in ipso apparuerunt. Quam vero salubria exempla et monita reliquit
posteris, indicant maxime documenta sancta quæ pius rex ante mortem filio suo
primogenito et filiæ suæ reginæ Navarræ scripsit, et quasi pro testamento eis re-

[1] *Id est*, iterum darentur. — [2] *Edit.* qua

A liquit. Cum etiam signis evidentibus appropinquaret ad finem, de nullo erat sol-
licitus, nisi de iis quæ ad solum Deum proprie pertinebant, et ad exaltationem
fidei christianæ. Unde in fine dixit: « Amodo nullus loquatur mecum. » Et sic stans
per magnum spacium, quasi nullus permissus est loqui sibi, nisi sacerdos sive
confessor proprius. Et sic ad extremam horam veniens, spiritum reddidit Creatori.

B Istum vero sanctum regem merito vocavimus Cæsarem, qui *possessor principatus*,
seu *possidens principes* interpretatur. Ipse enim principatum seu principem hujus
mundi possedit, tres inimicos humanæ naturæ, mundum, carnem, et diabolum
prosternendo. Vicit enim mundum, quia stans in mundo mundum prostravit et
calcavit contemnendo, et Deo subdidit; terrena, quæ mundi sunt, in eleemosy-
C nis distribuendo. Diabolum etiam calcavit, seipsum (sicut superius dictum est)
summe et perfectissime humiliando; et signo crucis, quod assumpsit et tamdiu
portavit, ipsum prosternendo. Carnem nihilominus vicit et domavit, eam spiritui
subjiciendo: maxime quia, sicut constat ex testimonio plurimorum, iste nun-
quam carnem suam divisit in plures, nec cum aliqua peccatum commisit, ita
D quod ipsemet, excepta uxore propria, virgo ab aliis permansit.

Videns ergo Deus istum talem et tantum virum sic bene ingressum, sic melius
progressum, sic sanctissime de mundo egressum, voluit quod non staret amplius
lucerna sub modio, sed per grandia et multa miracula voluit eum manifestare, et
quasi super candelabrum ponere. Nam sicut invenimus, vidimus, et nosmetipsi
E die propria examinavimus per plures inquisitiones a nobis et a nostris fratribus,
ac etiam pluribus summis pontificibus approbatas, sexaginta tria miracula, inter
cetera quæ Dominus evidenter ostendit, certitudinaliter facta cognovimus.

Quia, sicut alias dictum est, actus iste, scilicet ascribere in catalogo sanctorum
per canonisationem Romani pontificis, singularis excellentiæ reputatur in Eccle-
F sia militante, et ad solum Romanum pontificem pertineat hoc agere: idcirco sum-
mam gravitatem in facto tam singulari Sedes apostolica voluit observare. Quamvis
et vita sua fuisset ita manifesta, et multa miracula visa, sicut superius dictum
est, preces etiam regiæ, baronum, et etiam prælatorum pluries accessissent; nihi-
lominus cum inquisitionibus privatis pluribus jam factis, adhuc voluit inquisitio-
G nes solemnes per non parvum tempus facere. Duravit istud negocium jam per
XXIIII annos, vel amplius. Et licet dominus Nicholaus III ante dixisset quod ita nota
erat sibi vita istius sancti, quod si vidisset duo vel tria miracula, eum canonisasset
(sed morte præventus[a], non potuit hoc perducere ad effectum), ex abundanti ta- [a] An. 1280.
men fuit adhuc commissum negocium inquisitionis viris venerabilibus et discre-
H tis, archiepiscopo scilicet Rothomagensi, et episcopo Antisiodorensi, et magistro
Rolando de Palma episcopo Spoletano. Et isti de sexaginta tribus miraculis testes
receperunt, examinaverunt, rubricaverunt: et jam sexdecim annis transactis ad
Curiam remiserunt. Insuper per illos sexdecim annos continue aliqui ex parte re-
gis Franciæ, necnon prælatorum et principum, et specialiter frater Joannes de
J Samessio[1], continue institerunt.

Tandem pro dicto negotio, tempore domini Martini commissum est negotium
tribus cardinalibus ad examinandum, qui viderunt, examinaverunt, et pro magna
parte rubricaverunt. Sed cum ante mortem[b] domini Martini non fuisset facta rela- [b] An. 1285.
tio negotii, pervenit tandem ad tempora domini Honorii. Et tunc lecta sunt plura
K miracula, et coram fratribus nostris cardinalibus diligenter discussa. Sed dum
ventilaretur negocium, superveniente morte[c] domini Honorii negotium siluit. [c] An. 1287.

Tempore vero domini Nicholai IIII commissum est negotium tribus aliis car-
dinalibus, domino scilicet Hostiensi, domino Portuensi, et nobis in statu cardi-
nalatus adhuc existentibus, quia mortui erant illi cardinales quibus negocium prius
L fuerat commissum. Postea etiam mortuo domino Hostiensi, subrogatus fuit sibi
dominus Sabinensis. Et ita per tot et totiens examinatum est, rubricatum et dis-
cussum negocium, quod de hoc plus factum[2] est de scriptura quam unus asinus

[1] *Johannes de Samesio, factus anno* M.CC.XCIX *Lexoviensis episcopus, de quo tibi consulendus est Johannes de Joinville.* (*Vide tomum nostrum* XX, p. 303 c et 304 a.
[2] *Ed.* facta

posset portare. Nos et de manu propria scripsimus, et diligenter examinavimus A multa miracula fuisse sufficienter probata.

Temporibus autem nostris non sunt mutati examinatores, sed tamen iterum lecta sunt plura miracula, examinata et rubricata, non solum per illos prædictos examinatores, sed etiam per plures alios cardinales. Et voluimus ut quilibet sigillatim daret consilium suum in scriptis, ne odio, vel amore, seu etiam timore B aliquo aliquis taceret.

Ex istis ergo et pluribus aliis potest evidenter concludi quod servata fuit maturitas et plus quam maturitas in prædictis. Et ideo de tam manifesto viro, et sic in sanctitate vitæ et miraculorum probato, secure possumus asserere quod non debet amplius fama sanctitatis ejus sub modio latere, sed debemus ei dicere : C « Amice, ascende superius, ut sit tibi gloria in Ecclesia militante coram simul

[a] Luc. xiv, 10. « discumbentibus[a]. » Et ideo quasi ex ore Dei dicta sunt nobis et Ecclesiæ militanti verba proposita in principio : « Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, etc. » Ut in hoc reddatur Deo quod suum est, qui laudatur in sanctis suis, reddatur Cæsari isti quod suum est, scilicet honor, et gloria debita. Sanctis reddatur et matri nostræ D Ecclesiæ triumphanti quod suum est, scilicet debitum laudis; et hoc in isto sancto, qui connumerari debet merito cum aliis sanctis, quia civis effectus est patriæ cœlestis. Et sic cum matre nostra debemus conlætari et istum tanquam sanctum honorare, ut sic per consequens, exemplis vitæ ejus in Ecclesia militante recitatis, fides catholica roboretur, reges et principes ad bonum animentur, et omnes uni- E versaliter in bonis suis operibus et exemplis ædificentur, et ad majora bona provocentur. Quod nobis præstare dignetur, Qui vivit et regnat, etc. Amen.

Ejusdem domini Bonifacii papæ VIII sermo alter, factus in ecclesia fratrum Minorum apud Urbem Veterem, anno Domini M.CC.LXXXXVII, in crastino sancti Laurentii martyris, in canonisatione sanctissimi regis Ludovici, regis Francorum. F

Rex pacificus magnificatus est, quia eodem Spiritu Sancto, quo locuti sunt et illuminati patres Veteris Testamenti, patriarchæ videlicet et prophetæ, locuti sunt etiam sancti Novi Testamenti. Propter quod dicit Apostolus (I. Cor. XII) : « Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. » Et sequitur ibi : « Hæc omnia « operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. » Unde militans G Ecclesia, eodem Spiritu loquens, quasi exultando assumit verbum propositum, quoad sententiam, de tertio libro Regum X, et de secundo Paralipomenon IX; et tamen mutat verba, quæ licet ad litteram dicta sunt de rege Salomone[1] in Veteri Testamento, tamen quia de exaltatione Ecclesiæ loquitur, propter magnificationem et exaltationem sanctissimi regis Ludovici possumus eodem Spiritu de ipso H verba proposita exponere, in quibus sanctus rex Ludovicus in tribus commendatur : primo ab excellenti statu, quia rex; secundo, a donis et virtutibus, quia pacificus; tertio a præmiis et remunerationibus, quia magnificatus in Ecclesia scilicet militanti.

De primo notandum, quod qui bene regit seipsum et subditos suos, ipse vere J rex est. Sed qui nescit regere se et subditos, audacter dicendum est quod falsus rex est. Iste vero rex fuit in veritate, quia seipsum et subditos vere, juste, et sancte regebat. Seipsum enim rexit, quia carnem subjecit spiritui, et omnes motus sensualitatis rationi. Item subditos bene regebat, quia in omni justitia et æquitate ipsos custodiebat. Rexit etiam ecclesias, quia jura ecclesiastica et libertates Ec- K clesiæ illæsas conservabat. Sed qui de facto bene non regunt, reges non sunt.

Secundo, commendatur a donis et virtutibus, cum dicitur pacificus, id est pacem faciens. Per istud enim donum et per istam virtutem intelliguntur cetera dona et virtutes. Fuit autem pacificus in se et quoad omnes, non solum subditos, sed extraneos. In se fuit pacificus. Habuit enim pacem temporis, pacem pectoris, L

[1] « Magnificatus est Salomon. » (III Reg. x, 23; II Paralip. IX, 22.) *Verba autem mutavit Bonifacius VIII cum pro Salomon dixit in exordio* rex pacificus.

A et idcirco tandem consecutus est pacem æternitatis. Qualiter vero pacifice tenuit
regnum suum, hoc sciunt omnes qui sunt illius temporis. Ista vero pax non est
sine justitia; sequitur enim justitiam. Et quia iste justus fuit quoad se, quoad
Deum et quoad proximum, ideo pacem habuit.

Ex istis sequitur tertium, quod magnificatus est, id est magnus factus non
B solum in præsenti Ecclesia, sed etiam in patria. Notandum vero quod, vulgariter
loquendo, aliquis dicitur magnus quadruplici ratione, secundum quadruplicem
dimensionem : videlicet primo quia longus, secundo quia latus, tertio quia pro-
fundus, quarto quia altus, sive elatus. Ista habuit sanctus rex spiritualiter. Fuit
enim longus per perseverantiam et longanimitatem in bono. Ab infantia enim
C cœpit bene vivere, et usque in finem perseveravit. Unde potest exponi de ipso,
quod dicitur de Isaac (Genes. XXVI) : « Benedixit ei Dominus, et locupletatus est :
« et ibat proficiens atque succrescens, donec vehementer magnus effectus est. »
Iste spiritualiter loquendo fuit Isaac, qui *visus* interpretatur, quem peperit Sara
jam vetula, per quam potest significari Ecclesia istius temporis in senio novissi-
D morum temporum constituta, quæ nobis peperit istum Isaac, qui nobis merito
debet esse materia risus et gaudii. Sequitur : « Ibat proficiens, etc. » ut possit
dicere cum Apostolo (II ad Timoth. IIII) : « Bonum certamen certavi, cursum
« consummavi : in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, etc. »

Secundo dicitur magnus, quia latus, sive amplus; et hoc per caritatem. Unde
E (Ecclesiastic. XLVI) : « Fortis in bello Jesu Nave, » et sequentia : « Qui fuit magnus
« secundum verbum suum, maximus in salutem electorum Dei. » Non enim est
memoria apud homines, ut credimus, quod inventus fuit isti similis nostris tem-
poribus, qui tantum zelaret pro salute aliorum. Quod bene apparuit quando ipse
et fratres sui capti fuerunt a Sarracenis. Non enim sustinuit liberationem suam
F nec fratrum suorum, donec omnes alii, quotquot fuerunt capti, prius fuerint li-
berati.

Tertio dicitur magnus, quia profundus, et hoc per humilitatem. Quanto enim
magis profunde se humiliat homo, tanto major apud Deum reputatur, secundum
id quod dicitur (Luc. XIIII) : « Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humi-
G « liat exaltabitur. » Et quia iste profundissime se humiliavit, ideo apud Dominum
merito magnus extitit. Unde potest exponi de ipso quod dicitur (I Reg. II) de Sa-
muele : « Magnificatus est Samuel apud Dominum. » Ipse vero humiliavit se intus
et extra, in lingua, in corde, in veste, in orationibus. Et hoc possumus secure as-
serere quod facies sua benigna et plena gratiarum docebat eum esse supra homi-
H nem. Intelligitur vero congrue per Samuelem, quod interpretatur *obediens Deo.*
Obedivit enim Deo usque ad mortem.

Quarto dicitur magnus, quia altus sive elevatus fuit per intentionem rectam
ad Deum, omnia quæ agebat Deo attribuendo, et ei gratias agendo; secundum
quod dicitur in Psalmo[a] : « Non nobis, Domine, non nobis; sed nomini tuo da [a] CXIII, 1.
J « gloriam. » Unde de ista magnitudine loquitur Judith (XVI) loquens Deo : « Qui
« timent te, magni erunt apud te per omnia. »

Apparet igitur qualiter isti sancto competunt verba primo proposita : « Rex pa-
« cificus magnificatus est. » Et quia sic quadrupliciter fuit magnus in terris, sicut dic-
tum est, idcirco omnino tenere debemus quod etiam sit magnificatus in cœlis. Hoc
K enim pertinet ad divinam justitiam, quod qui bonus et justus fuit in vita, magni-
ficetur et exaltetur in gloria. Quod apparet de isto per multa et magna miracula,
quæ Dominus per ipsum ostendit. Et ideo merito ipsum glorificatum et magnifica-
tum credimus in cœlis. Et ideo eum catalogo sanctorum ascribimus, præcipientes
omnibus fidelibus christianis, quod ipsum tanquam sanctum, et per plura mi-
L racula notificatum venerentur, et ejus patrocinia corde devoto sibi postulent[1] suf-
fragari. Quod nobis præstare dignetur Qui vivit et regnat, etc. Amen.

[1] *Ed.* veneretur... postulet.

Regis Francorum beati Ludovici canonisatio. A

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, universis archiepiscopis et episcopis, exemptis et non exemptis per regnum Franciæ constitutis[1], salutem et apostolicam benedictionem. Gloria, laus et honor Patri luminum (a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum) a cunctis fidei orthodoxæ cultoribus, quorum spes tendit ad superos, summis et sedulis B devotionis et reverentiæ studiis referantur. Ipse namque in misericordia copiosus, liberalis in gratiis, et in retributione munificus, de supremis cœlorum ad ima mundi oculos suæ majestatis inflectens, et benigna consideratione discutiens beati Ludovici, quondam regis Franciæ inclyti suique gloriosissimi confessoris, merita grandia operaque mirifica, quibus ipse constitutus in sæculo, ceu lucerna lumi- C nosa resplenduit; eaque veluti justus judex et retributor laudabilis[2] intendens condignis recompensare muneribus, eum tanquam emeritum et retributione dignissimum, post vitæ præsentis ergastulum et laboriosa mundi certamina (quæ fervens in divinis obsequiis potenter et patenter exercuit) æthereis sedibus collocavit, ut sedeat cum principibus et solium gloriæ teneat, felicitatis æternæ dul- D coribus potiturus.

Exultet igitur mater Ecclesia, et sollempnia festiva concelebret gaudiorum, quod tantum et talem filium genuit, produxit natum, educavit alumnum, jam inter regum gloriosa cœlestium agmina rutilantem. Lætetur, inquam, et jubilet, ac in laudes Altissimi voces promat, quod sobolis tam præcelsæ, tam celebris E illustrata fulgoribus, insigniis[3] decorata conspicitur. Quæ sonoris attollenda præconiis summæque venerationis exhibitione colenda, enucleatius aperit, evidentius explicat, illos ad perennis beatitudinis gaudia et hereditatis æternæ participium[4] admittendos, qui prædictam Ecclesiam, matrem fidelium, sponsam Christi claris fidei et operis testimoniis profitentur, nullosque in supernæ patriæ gloriam, nisi F per ejus (utpote cœlorum clavigeræ) ministerium virtuosum, ostiis reseratis altissimis, introire. Gaudeant incolarum turbæ cœlestium, de tam sublimis, tam lucidi habitatoris adventu; quodque[5] ipsis expertus probatusque fidei christianæ colonus cultorque præcipuus aggregatur. Personet lætitiæ jubilum civium gloriosa nobilitas supernorum, quod tanti talisque concivis suscepisse dinoscitur adjectivum; G ac venerabilis sanctorum cœtus gaudio et exultatione refloreat, de nova dignis sibi adhibitione consortis. Exurge itaque concio numerosa fidelium, exurgite fidei zelatores, et una cum eadem Ecclesia laudis uberis hymnum concinite. Perfundantur imbre copioso lætitiæ vestra præcordia, et fecundo rore dulcedinis arcana pectoris repleantur, de tanta et tam[6] potentis et egregii principis exaltatione ter- H reni, spei tutissimæ plenitudine præconcepta, quod nobis de coindigena[7] terrenorum, compatriota cœlestium jam effecto, apud æterni Patris Filium efficax patronus accrevit, qui pro salutis nostræ profectibus, jam in ejus præsentia positus, solertis exercet officium oratoris.

Porro quis posset amplo famine præpotens, quis disertus quantumlibet aut I eloquentiæ[8] nitore coruscans, sufficienter exprimere præcelsa sanctitatis insignia et multiplicium excellentiam meritorum quibus beatus Ludovicus prædictus in terris constitutus effulsit[9], cum eo plura de ipsius laudabilibus actibus referenda se offerant, quo plura calamus exprimit, pandunt labia, lingua pangit? Sed ne ipsorum actuum claritas sub nubilo lateat, tenebris obducatur, dignum duximus K ut de illis aliqua sermo noster aperiat, et deducat in publicam notionem.

Hic profecto clarissimus genere, sublimis potentia, facultatibus opulentus, præcelsus virtutibus, moribus elegans, conspicuus extitit honestate, inhonestis et

[1] *Sic in edit.; originale autem habet*, universis Christi fidelibus. *In eodem originali papæ nomen male scriptum est* Bonifatius.
[2] *Post* laudabilis *ed. subjicit* dignanter; *quod quidem voci* condignis *ex abundanti accedit.*
[3] *Ed.* insignis.
[4] *Ib.* participationem.
[5] *Ib.* quod.
[6] *Ib.* tanta tam.
[7] *Ib.* nobis de indigena.
[8] *Ib.* eloquii.
[9] *Orig.* effulxit.

A turpibus a se penitus relegatis. Nam sic pudicitiæ adhæsit operibus, sic carnis
studuit evitare contagia, quod sicut habet certa credulitas plurimorum, nisi ei
nexus accessisset uxorius, candore virgineo rutilasset. Longi quippe temporis
spatio prædicti regni regimini præfuit, ejusque gubernacula, plena curis, provida
circumspectione, direxit. Nulli noxius, non injuriosus alicui, nemini violentus,
B justitiæ limites summopere servavit et coluit, æquitatis tramitem non relinquens.
Perversorum conatus nefarios pœnæ debitæ mucrone compescuit; malorum mo-
limina conterens, pravorum illicitos ausus frenans. Pacis zelator eximius, fer-
vidus amator concordiæ, promotor sollicitus extitit unitatis, dissidia fugiens,
vitans scandala, dissensiones abhorrens. Propter quod sui felicis regiminis tem-
C pore, sedatis undique fluctibus, subductis noxiis, turbinibus profugatis, regni
ejusdem incolis aurora dulcifluæ tranquillitatis illuxit, lætaque serenitas votivæ
prosperitatis arrisit.

Et ut de vita ipsius aliqua referamus (licet illa quo majori expositione discu-
titur, examine indagatur, eo referentis afferat gustui plus dulcoris, mentesque
D delectet obnixius auditorum), ab ineuntis ætatis primordiis Dei Filium tenera
mentis affectione dilexit, nec diligere desiit, studia continuando salubria, dum
vitæ sibi commoditas affuit temporalis; sed quanto majori profecit ætate ac in
tempora prolixiora prosiliit, tanto in ejus exarsit amorem fervore spiritus am-
pliori. Hic equidem cum esset annorum duodecim, paterno destitutus auxilio, sub
E claræ memoriæ Blanchæ, reginæ Franciæ, matris suæ, custodia et gubernatione
remansit : quæ circa divina obsequia ferventer intenta, eum prudenter dirigere,
ac diligenter instruere satagebat, ut ad præfati regni regimen, quod suæ direc-
tionis expetere providentiam noscebatur, dignus et sufficiens fieret, idoneus habe-
retur. Cumque per incrementa temporum idem rex ætatis annum quartum deci-
F mum attigisset, prædicta regina sibi magistrum proprium deputavit, qui eum
scientia litterarum imbueret ac bonis moribus informaret. Ipseque rex sub ejus-
dem magistri ferula positus, sic ei obediens et reverens existebat, sicque illius
recipiebat humiliter disciplinam, quod superna præventus gratia, profecit lauda-
biliter in utrisque : circa divina sic intentus officia, ut nequaquam ipsorum audi-
G tione contentus existeret, nisi ea quæ coram se die noctuque a suis faciebat cle-
ricis sollempniter celebrari, ab ipso cum eorum aliquo attentius dicerentur.

Demum successu temporis, in anno tricesimo[1] constitutus, et quadam sibi ægri-
tudine superveniente gravatus, a Parisiensi et Meldensi episcopis assistentibus
tunc eidem, vivificæ Crucis signaculum in Terræ sanctæ subsidium sibi cum
H multa instantia petiit exhiberi. Et licet hoc ei, rationabili causa moti, præfati
dissuaderent episcopi, ipse tamen, utpote fervens spiritu erga Deum eique votis
ardentibus famulari desiderans, illorum salubriter dissuasionibus non admissis,
signum hujusmodi de manu præfati Parisiensis episcopi cum multa lætitia et
exultatione recepit, prælatis, nobilibus et militibus plurimis signum ipsum assu-
J mentibus cum eodem.

Et tandem amplo præparato navigio, factisque apparatibus aliis qui in talibus
requiruntur, cum tricesimum quartum annum attigisset ætatis, in prædictum
subsidium transfretavit : consortem et quondam[2] Robertum Atrebatensem, Al-
fonsum Pictaviensem, et claræ memoriæ Karolum regem Siciliæ, tunc Andegaviæ
K comites[3], fratres suos (dum adhuc viverent) secum ducens, multa graviaque
pericula, quæ solent æquorei fluctus ingerere, sustinendo. Cumque ad partes illas
ingenti circumfultus potentia pervenisset, et habito de civitatis Damiatæ captione
triumpho, processisset ulterius, generali quasi totius ejusdem exercitus (sicut
Domino placuit) ægritudine subsecuta, et aliis adversis urgentibus, præfatus rex
L cum toto fere exercitu supradicto in soldani et Saracenorum manus ac potentiam
incidit; multa opprobria multasque injurias (quæ inferentium fœda conditio

[1] *Orig. et apogr. necnon ed. habent* vicesimo; *cum autem mense Decembri anni 1244 crucem accepit Ludovicus IX, tricesimum ætatis annum compleverat.*

[2] *Ed.* consortes ei, *voce* quondam *omissa; rectius fortasse* consortem *sive* consortes sibi.

[3] *Rectius, ut videtur,* comitem.

adaugebat) patienter et humiliter tolerando; præfato Roberto comite, pro fide A Christi, ab illis immaniter interempto.

Postmodum autem habito cum soldano tunc vivente tractatu de jam dicto rege ac exercitu liberandis, maxima interveniente pecuniæ quantitate, ipsoque soldano occasione hujusmodi a vassalis propriis interfecto, Sarraceni qui ejus dominium usurparunt, ad pecuniam anhelantes eandem, cum multa instantia pos- B tulabant ut in conventionibus ordinatis concorditer inter partes jurejurando firmandis penitus adderetur : quod nisi ipsi pacta servarent, omnino Machometum quem colunt (ut dicitur) denegarent; ac idem rex in suo similiter[1] adjiceret juramento, quod et ipse Dei negaret Filium ac extra fidem ejus existeret, si conventiones prædictæ ab eo minime servarentur. Quod præfatus rex prorsus abomi- C nans, id efficere constantissime recusavit : quin potius quadam indignatione commotus patenter asseruit quod talia tam nefanda suis labiis aliquatenus non proferret, neque in tam vesanam et reprobam prorumperet negativam; quanquam id ei jam dicti Pictaviæ et Andegaviæ comites, aliique tunc plurimi circumstantes instantissime suaderent, cum exinde sibi cæterisque Christicolis mortis periculum D verisimiliter imminere conspicerent; præsertim cum hoc ageretur cum illis qui (sicut præmittitur) soldanum prædictum occiderant, ejus sibi dominium usurpantes, ipsique regi apertius diceretur, quod nisi in actum perduceret[2] quod petebant, ipsum et suos crucifigere non differrent; ipsius regis ad hoc intrepida firmaque responsione[3] secuta, quod si Sarraceni prædicti ejus corpus occiderent, E ipsius tamen animam non haberent.

Sane cum jam dicti passagii tempore, post conflictus diversos et varios, validæ famis inediam, graves penurias, diraque vulnera quæ fideles Christi pertulerant, eodem rege tunc temporis fluxum ventris et ægritudines alias patiente, christianus reverteretur exercitus Damiatam, rex ipse nolens illum omnino deserere, F sed ejus potius clementer intendens communicare laboribus et participare periculis quæ tunc ex verisimili poterant conjectura[4] timeri, illuc rediit cum eodem, contra Sarracenorum rabiem truculentam insultusque nefarios sibi[5] efficax defensionis impendendo præsidium, ut ab hujusmodi hostium scelestis insidiis servaretur. Et tandem, cum Sarracenorum ipsorum astuta nequitia et dolosa G calliditas tam grandi bellantium copia christianum circumdedisset exercitum (valida tunc, sicut præmittitur infirmitate detentum), ipsumque tam graviter invasisset, quod regem et exercitum supradictos oportuit se præfatis reddere Sarracenis; ac idem rex, nisi facto voluntatis libitum obstitisset, per navis tunc promptæ potuisset evasisse suffragium, sibique hoc plurimi magnique præsentes H inibi, suaderent : ipse tamen propter nimiæ caritatis ardorem, quo vehementius æstuabat[6], volens potius periculis corpus exponere, ut christianus populus servaretur illæsus; licet Sarracenorum noticiam ipsius debilitas non latere exercitus, nec Sarracenorum existeret ignota potentia Christianis; evadere noluit remanentibus ceteris vinculo captionis astrictis, apertius asserendo quod militiam quam J secum duxerat, secum, si posset, reducere intendebat, vel capi seu mori pariter cum eadem.

Cumque inter regem et Christianos ac Sarracenos prædictos, de ipsorum regis et Christianorum (sicut superius est expressum) liberatione tractatus habitus et conventionum subsecuta ordinatio extitisset, Sarraceni pro quadam parte precii K redemptionis hujusmodi quæ solvenda restabat, securitatem habere plenariam intendentes, in electionem ipsius regis totaliter posuerunt : ut, vel ipse liberaretur a carcere, remanentibus ceteris Christianis in vinculis donec hujusmodi solutio perfecta succederet; vel quod idem in carcere remaneret, Christianis ipsis omnimode liberatis. Præfatus rex super hoc promptum nec dilatum re- L sponsum præbuit : quod ipse, quousque solutionis hujusmodi proveniret integritas, remanere in carcere intendebat, Christianis aliis libertati pristinæ re-

[1] Similiter *deest in ed.*
[2] *Ed.* produceret.
Ib. responsio est.
[4] *Ed.* verisimilibus... conjecturis
[5] *Rectius, ut videtur,* ipsi, *id est* exercitui.
[6] *Or.* extuabat.

A stitutis; quanquam præfati Alfonsus et Carolus, ac alii viri nobiles tunc astantes,
expresse dicerent et profiterentur apertius quod in hoc nullatenus consentirent,
supplici adjicientes instantia quod potius rex ipse recederet aliis minime absolutis,
rege ipso firmissime replicante contrarium, nec assentiente sermonibus eorumdem.
Et tandem rege et ceteris captivis eisdem plenæ redditis libertati, dictoque Alfonso
B pro ejusdem solutionis perfectione facienda obside dimisso, præfatus rex de galea in
qua erat egredi noluit, donec ipsius solutionis defectus extitit[1] adimpletus, dic-
tusque Alfonsus ad ejus præsentiam rediit, ac omnes etiam Christiani quos in
propinquo carcere detinebant inclusos, quosque in Babyloniam manus inimica
non traxerat, liberati a vinculis, ac illi etiam qui tunc in Damiata similiter tene-
C bantur, fuerunt in navibus collocati.

Demum præfatus rex, cum eodem liberatus exercitu, ad civitatem rediens Acco-
nensem, moramque inibi fere[2] per quinquennium contrahens, et[3] tanquam fer-
vidus salutis humanæ amator, multorum Agarenorum mentes (duras quantum-
libet) non solum salubris eloquii suadelis, sed etiam exemplo vitæ laudabilis
D convertit ad Dominum, ipsos faciens ad laudem divini nominis et exaltationem
catholicæ fidei honorifice baptizari, eos donis prosequendo largifluis, et gratiosis
favoribus confovendo; multosque milites et alios christianos redimi faciens, eis
de munificentia regia tam vestes quam cetera necessaria victui (prout singulorum
suadebat conditio) ministrabat. Muros quoque seu mœnia civitatum et castrorum
E quamplurimorum, quæ in illis partibus a fidelibus tenebantur, fecit reparari
solempniter, eaque firmiter muniri et integre[4], prout necessitas exigebat.

Verum prædictus rex processu temporis, intellecto quod matrem ejus mors
amara subtraxerat, et eidem regno grave periculum immineret, de procerum
suorum consilio ad regnum[5] Franciæ remeavit. Nunc sanctitatis insistens operi-
F bus, nunc monasteria et hospitia[6] pauperum, nunc domos aliis divinis obsequiis
dedicandas (quæ longum esset enarrare per singula) construi faciendo, eis de
bonis propriis amplis dotibus deputatis; nunc etiam infirmos et debiles in diversis
monasteriis et xenodochiis decumbentes personaliter visitans, ipsos verbis conso-
latoriis confovebat, eis manibus propriis flexo genu potus et cibaria ministrando.
G Cumque in monasterio Regalis Montis, Belvacensis diocesis, quod idem rex opere
plurimum sumptuoso construxit ac dotibus decoravit eximiis, monachus quidam
Leodegarius nomine moraretur, quem adeo lepræ morbus invaserat quod abomi-
nabilis et despectus[7] quamplurimum, manebat segregatus ab aliis in quadam
camera positus monasterii memorati, cujusque oculi ob gravis infirmitatis pondus
H seu malitiam jam consumpti nihil omnino videbant, eorum foraminibus sive locis
rubeis et horridis jam effectis; quique nasum perdiderat, ejus tumefactis non
modicum labiis et profunda fissura[8] destructis; ac idem rex eum, præsente
dumtaxat abbate monasterii supradicti, personaliter visitaret, ipsumque sumen-
tem cibum (ut poterat) invenisset, præfatus rex, præmisso benignæ salutationis
J alloquio, flexit genua coram ipso, et scindens manibus propriis carnes eidem
appositas, bolos in os ejus studiosissime immittebat. Et hujusmodi non contentus
obsequio, allatis ejus jussione dapibus regalibus, de ipsis eidem monacho minis-
trabat, loci aut ægri qualitatem horribilem non evitans, eodem abbate vehementi
stupore concusso quod tanti sublimitas principis talibus (quantumcumque salu-
K bribus) involvi studiis ac servitiis poterat occupari[9]. Præterea cum dictus rex
hospitale Compendiense ingressus ad impendendum humanitatis obsequium
infirmis in illo degentibus, et jam fessus non modicum ex labore, infirmum
quendam juxta se positum conspexisset, morbum qui sancti Eligii dicitur patien-
tem; et flexis genibus coram ipso, morsellum piri remoto cortice poneret in os
L ejus, sanies de illius naribus ejus defluens fœdavit turpiter manus regis : qui pie

[1] *Apogr.* extitisset.
[2] *Ed.* ferme.
[3] *Ib. deest* et.
[4] *Apogr.* aliter muniri plenarie.
[5] *Ib.* ad partes.
[6] *Ib.* hospitalia
[7] *Ib.* factus et despectus.
[8] *Or.* fixura.
[9] *Plura de Leodegario monacho retulit reginæ Margaritæ Confessor, tomo nostro XX*, p. 96 d. — 97 d.

benigneque id tolerans nec in aliquo exinde immutatus, lotis illico manibus, A
salubre quod inchoaverat obsequium diligenter extitit prosecutus[1].

Hic revera[2] circa servos Christi ac pauperes atque miserabiles et dejectas per-
sonas valde compatiens, se ipsis in eleemosynarum largitione munificum exhi-
bebat. Virginibus insuper, quibus inopia effectum maritalis copulæ denegabat, ne
illas in carnis lubricum labi contingeret de dotibus congruis providebat, illud[3] de B
bonis regalibus laudabiliter et salubriter expensum reputans quod in eleemosynas
et alios pios usus converti pro tempore noscebatur.

Hic prædicationibus, et aliis propositionibus verbi Dei attentum accommodabat
auditum, non auditor obliviosus factus, sed factor operis studiosus. Abhorrebat
hæreticæ pravitatis macula infectos[4], ne fidei christianæ cultores labe hujusmodi C
contagionis inficerent, de regni prædicti finibus efficacibus studiis expellendo; ac
alias circa statum ejus providendo sollicite, ut ab ipso fermentis talibus prorsus
exclusis, in eo fidei prædictæ sinceritas rutilaret.

Cum vero aliquibus partibus dicti regni, ob sterilitatem seu malitiam tem-
poris, victualium caristia imminebat, statim de ipsa rumoribus intellectis, certam D
illuc summam pecuniæ (prout ipsarum exigebat qualitas partium) per fidelem
mittebat nuncium inter pauperes dividendam.

Hic profecto humilitate sublimis, sublimitate humilis, in apparatu et vestibus,
quas frequenter pauperibus erogabat, post primum potissime de ultramarinis
partibus reditum summæ humilitatis insignia demonstravit. Non[5] enim aureis E
vel argenteis ornamentis, non regalibus vestibus, non variis vel griseis, sed aliis
humilibus pellibus usus fuit, sæcularibus pompis a se penitus abdicatis. Et ne
fervorem spiritus sociæ carnis ardor extingueret, sed mortificatione ac repres-
sione ipsius[6] illum potius accendi contingeret altiusque sustolli, carnem ipsam
quasi assidui asperitate cilicii, prout asseritur, edomans, effrene ipsius libitum F
arctæ abstinentiæ freno cohercuit ejusque nexibus alligavit, ut non voti proprii
ducta libidine, non sui desiderii directa remigio, sed salubri moderamine spiritus
tute ad licita pergeret, provide ab illicitis abstineret. Districtis etenim corpus atte-
rebat jejuniis, priscorum observantiæ a sanctis Patribus ordinatæ novorum auste-
ritatem adjiciens, sibi motu propriæ voluntatis indictam. Nam per totum qua- G
dragesimale tempus et quadraginta dies festum Natalis Domini præcedentes, ac
omnium festivitatum vigilias, necnon et Quatuor tempora quæ Catholica indicit
Ecclesia, in jejuniis et orationibus existebat, deliciosis et curiosis cibariis usui
proprio penitus interdictis. In festivitatum vero Virginis gloriosæ ac Natalis
Domini memorati vigiliis, et sexta feria majoris hebdomadæ, jejunium obser- H
vabat, panis et aquæ duntaxat modica sustentatione contentus. Qualibet etiam die
Veneris Quadragesimæ supradictæ ac totius Adventus, ab esu piscium abstinebat,
multis præterea vigiliis se occupans, ne aliqua sibi hora temporis inutiliter per-
transiret. Post ejus reditum supradictum, non in pluma vel paleis jacuit; sed
super ligneum lectum portatilem, mataratio simplici superjecto, stramine nullo J
supposito decumbebat.

Hic insuper vitæ puritate prælucidus, sincerus veritatis amicus extitit, hos-
tisque durissimus falsitatis. Cuncta quoque ipsius eloquia salutis augmentum
operaque salubria hortabantur; demulcebant auditorum præcordia, et in eorum
ædificationem multipliciter redundabant. K

Cumque ad incrementa catholicæ fidei et liberationem celerem Terræ sanctæ
votis ardentibus anhelaret, in ipsius Terræ subsidium assumpsit denuo signum
crucis. Et deinde potenti ac valido congregato navigio, copiosa et strenua comitiva
suffultus, cum præfato[7] Pictaviæ comite suisque liberis, et claræ memoriæ regina
Navarræ ipsius regis filia, quæ in reditu debitum naturæ persolvit, ad partes L

[1] *Ed.* est prosecutus. *Cf. Confessorem reginæ Margaritæ, tomo nostro XX*, p. 98 b. c.
[2] *Ib. deest* revera.
[3] *Ib.* illis.
[4] *Or. vocibus* studiosus, abhorrebat *et* macula *omissis, habet* : sed factor operis occurrebat hæreticæ pravitatis infectos.
[5] *Ed.* nec.
[6] *Ib deest* ipsius.
[7] *Ed.* cum ipso.

A rursum[1] se transtulit transmarinas, præfato[2] Carolo (qui tunc moram in Italiæ
partibus contrahebat) regis memorati vestigia subsequente. Ac tandem ad partes
Tunicii felici gressu perveniens, inibi de magnatum suorum consilio castra fixit,
et adversus Sarracenorum incursus exercens potentiæ suæ vires, gravissimas (ob
labores innumeros quibus premebatur assidue) infirmitates incurrit. Qui diebus
B lapsis aliquibus, infirmitatum ipsarum violentia superatus, sacramenta ecclesiastica
cum summa devotione recepit, ac instante sibi versimiliter hora mortis,
oratione pro exercitu christiano præmissa, suam Domino devotis precibus animam
recommendans, ac literaliter exprimens verba sequentia, videlicet : *Pater,
in manus tuas commendo spiritum meum*, feliciter migravit ad Christum, supernis
C deliciis fruiturus.

Verum cum vitæ hujus functus curriculis verius viveret quam vixisset, noluit
Altissimi Filius (quem idem tota mentis affectione dilexerat) tam devoti principis
tantique propugnatoris fidei orthodoxæ mundo supprimi sanctitatem; ut quemadmodum
meritorum pluralitate præfulserat, sic miraculorum diversitate claresce-
D ret, et qui cum plenissima devotione coluerat, jam secum in cœlesti palatio
collocatus venerabiliter coleretur. Nam contractis, artuum extensione subvenit;
curvis terram ferme tangentibus facie, plenam restituit eorum sursum erectis
vultibus sanitatem; strumosis, beneficium liberationis impendit. Mulierem quandam,
cujus brachium aridum et omnino impotens existebat, ab infirmitate hujus-
E modi liberavit. Quidam quoque, cujus velut emortuum pendebat brachium, per
ejusdem sancti virtutem, gratiam curationis obtinuit, quampluribus[3] paralytico
morbo percussis, et aliis qui diversis languoribus tenebantur, plena reddita
sospitate; cæcisque visu, surdis auditu, claudis gressu, illius invocato nomine
restitutis. His et quampluribus aliis sanctus ipse coruscavit miraculis gloriosis[4],
F quorum seriem præsentibus non duximus inserendam.

Gaudeat itaque domus inclyta Franciæ quæ talem ac tantum principem genuit,
per cujus merita sublimiter illustratur. Lætetur devotissimus Franciæ populus,
quod tam electum, tam virtuosum dominum meruit obtinere. Exultent prælatorum
et cleri præcordia, quod præfatum regnum tam claris miraculorum ipsius
G regis insigniis propensius decoratur. Jocundentur et procerum, magnatum, nobilium
et militum pectora, quod per sanctissima opera dicti regis, ejusdem regni
status honoris multiplicis prærogativa sustollitur et quasi solis radiis elucescit.
Ceterum, quia quos superni Regis clementia corona gloriæ in cœlo magnificat,
devote a fidelibus in hac terrestri patria convenit venerari, nos de sanctitate vitæ
H ac miraculorum veritate ipsius beatissimi Ludovici, curiosæ ac sollempnis inquisitionis
diligentia et districti examinis discussione præmissis[5], plenariam certitudinem
obtinentes, ipsum de communi fratrum nostrorum et prælatorum omnium
tunc apud Sedem apostolicam existentium consilio et assensu, die Dominica,
tertio Idus Augusti sanctorum catalogo duximus ascribendum.

J Ideoque universitatem vestram monemus et hortamur attente, per apostolica
vobis scripta mandantes, quatenus in crastinum beati Bartholomæi apostoli (cum
felix ipsius anima tunc de carnis eruta vinculis, astra petens, cœlestem aulam
adiverit æternis gaudiis potitura) festum ipsius sancti devote ac sollempniter celebretis
et faciatis per vestras civitates et dioceses a Christi fidelibus veneratione
K congrua celebrari[6], ut ejus intervenientibus precibus et hic ab imminentibus
possitis liberari periculis, et in futuro salutis perpetuæ præmium obtinere. Ut
autem ad venerabile sepulchrum ipsius ferventius et copiosius fidelium confluat
multitudo, ac celebrius ejusdem sollemnitas peragatur, omnibus vere pœnitentibus
et confessis, qui reverenter illuc in eodem festo annuatim accesserint, ejus
L suffragia petituri, de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli

[1] *Or. non habet* rursum..
[2] Præfato *deest in ed.*
[3] *Ed.* compluribus, *hic et infra.*
[4] *Ib.* gloriosus.
[5] *Ed.* præmissa.

[6] *De ordinanda festi celebratione agitur in hoc instrumento ad episcopos misso, cujus contextum edimus; aliter autem idem locus se habebat in bulla ad universos Christi fideles missa : ipsa tamen verba reddere non licuit quia originalis in Thesauro chartarum servati ea pars deleta est.*

apostolorum ejus auctoritate confisi, unum annum et quadraginta dies; acceden- A
tibus vero annis singulis ad prædictum sepulchrum infra ejusdem festi octavas, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxamus.

Datum apud Urbem Veterem, tertio Idus Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

BEATI LUDOVICI VITA

E VETERI LECTIONARIO EXTRACTA.

MONITUM.

Habes hic satis antiquam beati Ludovici vitam[1] quam sæculo quarto decimo ineunte, aut tertio decimo vergente, neque tamen ante annum M.CC.XCVIII, conscriptam fuisse arbitramur et in lectiones divisam, cum pii regis in canonem sanctorum nuper relati memoria publico cultu honorari incepit. Quod quidem opusculum fere integrum, paucis mutatis, in quarta Speculi sanctoralis parte reperies; utrum autem a Bernardo Guidonis conditum fuerit, an aliunde excerptum et amplissimæ compilationi coagmentatum satis non liquet. Desunt in Speculo sanctorali lectiones per octavas recitandæ, necnon novissima narratio cujusdam miraculi die XXX Aprilis, anno M.CC.XCVIII, facti Ebroicis, in ecclesia fratrum Prædicatorum, quam paulo ante, non autem anno sequenti, dedicatam fuisse constat. Desunt eædem lectiones in gallica hujus opusculi translatione quam exhibet codex numero 5517 in Bibliotheca Burgundiæ signatus, cujus quidem translationis exemplar doctissimus vir Kervyn de Lettenhove ad nos liberaliter mittendum curavit. Pleraque autem a Johanne de Vignay ampliori chronico quod *Primas* conscripsit adjuncta fuisse notavimus[2].

Lectio prima.

Beatus Ludovicus, quondam rex Francorum illustris, patrem habuit christia- B
nissimum regem nomine Ludovicum[3]. Hic de Albigesio et comitatu Tholosano hæreticos debellavit et hæreses exstirpavit; et dum reverteretur in Franciam, migravit ad Christum[a]. Puer igitur sanctæ indolis, patre strenuissimo sic orbatus, sub tutela matris, videlicet Blanchæ reginæ, quondam regis Castellæ filiæ, remansit;
quem ipsa[4] tenerrime diligens, sub cura specialis magistri et consilio religio- C
sorum, maxime ordinis fratrum Prædicatorum, in moribus et scientia tradidit imbuendum. At ipse, velud alter Salomon, puer ingeniosus et bonam sortitus animam, supra coætaneos suos profecit valde laudabiliter in utrisque. Cujus

[a] An. 1226.

[1] E cod. latino 10872, fol. 68.

[2] Vide supra, p. 64, n. 2; necnon, p. 69, n. 2.

[3] *Addit Bernardus Guidonis*, magnum fidei zelatorem, matrem vero dominam Blancham, filiam Alfonsi regis Castellæ.

[4] *Idem addit*, mulier prudens et sancta.

A sanctitatis congaudens pia mater pluries dicebat eidem: « Plus vellem, karissime
« fili, te mortem incurrere temporalem quam per aliquod peccatum mortale te
« tuum offendere Creatorem. Quod verbum devotus filius in animo sic firmavit
« quod, divina se protegente gratia, numquam sensisse letalis criminis contagium
« perhibetur. »

Lectio secunda.

B Demum providentia matris et procerum, ne tam nobile regnum[1] regali succes-
sione careret, uxorem duxit[a], de qua susceptam sobolem generosam vir sanctus [a] An. 1234.
summopere studuit educari ad amorem Dei, contemptum mundi et cognitionem
sui, salutaribus monitis et exemplis. Et quando sibi secreto vacare poterat, eos per-
sonaliter visitans, et de eorum profectu requirens, velud alter Tobias dabat eisdem
C monita salutis, docens eos super omnia timere Deum et ab omni peccato jugiter
abstinere. Serta quoque de rosis seu alios capellos[2] eos portare sextis feriis prohi-
bebat, propter Coronam spineam tali die impositam capiti Salvatoris.

Lectio tertia.

Et quia sciebat quod in deliciis castitas, et in diviciis pietas, et in honoribus
D humilitas periclitari solent, ideo sobrietati, humilitati et misericordiæ[3] animum[4]
dedit, ab insidiis mundi, carnis et diaboli sollicite custodiens semetipsum. Et
exemplo Apostoli corpus suum castigans, in servitutem redigens castigatione
multiplici, suo spiritui servire cogebat. Multo enim tempore cilicio utebatur ad
carnem; et quando propter nimiam debilitatem hoc dimittebat ad instantiam
E proprii confessoris, volebat quod idem[5] confessor quasi in recompensationem pro
qualibet die XL solidos Parisiensium secreto pauperibus erogaret. Jejunabat omni
tempore sextis feriis, et maxime in Adventu et Quadragesima; hiis diebus a piscibus
et fructibus abstinebat, laboribus, vigiliis et orationibus, et aliis secretis absti-
nentiis et disciplinis jugiter se affligens.

F Lectio quarta[6].

Omnium virtutum decor humilitas adeo refulgebat in eo ut quanto major[7]
erat, velut alter David tanto humilius se gerebat et coram Deo in oculis suis vilior
apparebat. Quolibet namque Sabbato consueverat in loco secretissimo quorumdam
pauperum propriis manibus abluere pedes, et deinde tergere ac humiliter oscu-
G lari, similiter et manus, cuilibet certam summam pecuniæ tribuendo. Pluries
etiam centum viginti pauperibus, qui in curia sua omni die reficiebantur abunde[8],
et in vigiliis sollempnibus, ac quibusdam certis diebus per annum, ducentis pau-
peribus, antequam ipse comederet, manu propria fercula ministravit. Semper
enim in prandio et cœna prope se tres senes pauperes recumbentes habebat,
H quibus de cibis sibi appositis karitative mittebat; et quandoque scutellas et cibos
quos Christi pauperes manibus contrectaverant (præcipue offas quas libenter
comedebat), ut iterum inde gustaret ante se reasportare præcepit, Christum
pauperem in suis pauperibus venerando; de quorum reliquiis sic comedere non
horrebat. Squarleto etiam seu burneto aut viridi vel alia veste pomposa uti nole-
J bat, nec pellibus variis aut nimium sumptuosis, maxime postquam de partibus
transmarinis rediit prima vice.

[1] *Cod.* regimen; *in gallica translatione quam supra laudavimus,* si noble roiaume.
[2] *Gall. transl.* chapeaux de roses ne de autres fleurs.
[3] *Cod.* miseriæ.
[4] *Rectius fort.* corpus et animum; *gallice,* il abandonna son cuer et son cors en euvres de misericorde, de sobriété e de humilité.
[5] *Cod.* eidem.
[6] *Hæc lectio cum Confessore reginæ Margaritæ, initio capituli XII, conferenda:* Humilité, qui est biauté de toutes vertuz, *etc. Vide tomum nostrum XX,* p. 101 a. b. *De humilitate vestitus, cf.* p. 103 c.
[7] *Cod.* magnus.
[8] *Cod.* habunde

Lectio quinta. A

Dilatationem vero fidei ardenti desiderio cupiebat. Unde, tamquam verus
amator fidei et zelator, dum adhuc esset juvenis, apud Pontisaram de gravi infir-
[a] An. 1244. mitate convalescens[a], de manu episcopi Parisiensis cum maxima devotione crucem
accepit; et fratres suos tres comites ac majores regni barones et milites secum
ducens, cum exercitu magno applicuit in Ægyptum. Qui descendens ad terram, B
illam famosam civitatem quæ Damiata dicitur et circumstantem regionem occu-
pavit[1] vi armorum. Postmodum vero, justo Dei judicio sed occulto, exercitus
christianus, infirmitate percussus multiplici, quamplurimis sublatis de medio (ut
pie creditur, ad superna), de triginta duobus milibus bellatorum ad senarium est
deductus. Volensque pater misericordiarum Dominus in sancto suo se mirabilem C
ostendere, pugilem fidei dominum regem tradidit impiorum manibus, ut mira-
bilior appareret. Et cum pius rex per navim propinquam evadere potuisset,
spontanee tamen se reddidit, ut occasione sui suum populum liberaret. Quis
enim non recognoscat miraculum gentem ferocissimam tam faciliter parcere tanto
regi, et gentem cupidissimam regem[2] ditissimum dimittere liberum pro multo D
minori redemptione quam habere potuissent. Pro cujus solutione complenda
tenere[3] carcerem præelegit pro aliis liberandis. Eductus itaque velud Joseph de
carcere Ægyptiaco, non ut fugiens vel timidus statim reversus ad propria, sed
per quinque annos continue remansit in Syria, multos Saracenos ad fidem con-
vertens, et captivos redimens christianos, ac circumdans muris fortissimis plures E
civitates et castra. Tunc enim circa Sydonem multa invenit christianorum cor-
pora occisorum, jam fetida et quamplura a bestiis lacerata; hæc propriis ma-
nibus, cum aliquorum de suis adjutorio qui vix illorum fetorem sustinere pote-
rant, recollegit et tradidit ecclesiasticæ sepulturæ humiliter et devote. Postmodum
vero, audita morte reginæ matris suæ, baronum suorum consilio, redire in F
Franciam acquievit. Et dum esset in mari, tertia nocte, prope diluculum, ad rupem
seu terræ lingulam navis deferens regem bina impulsione tam fortiter est collisa
quod a nautis et aliis fracta et submergenda protinus credebatur. Tanta igitur
concussione excitati et perterriti sacerdotes, clerici et alii sanctum regem invene-
runt devote orantem coram sacro corpore Jhesu Christi; et fuit eorum omnium G
firma fides quod ejus meritis et precibus eos omnipotens Deus a prædicto mortis
periculo liberasset.

Lectio sexta.

Reversus itaque in Franciam, cum ineffabili gaudio ab omnibus est receptus;
et extunc ferventius proficiens de virtute in virtutem, ad omnimodam vitæ perfec- H
tionem devenit. Et licet ab infantia secum creverit miseratio, extunc tamen evi-
dentius super afflictos et pauperes pia gestabat viscera, necessitatibus omnium
(prout commode poterat) succurrendo. Tunc enim cœpit fundare hospitales domos
pauperum, religiosorum ædificare monasteria, et in diversis regni partibus plus
aliis indigentibus multas annuatim pecunias erogare. Multos enim conventus or- I
dinis fratrum Prædicatorum et Minorum fundavit ex toto, et quamplurimis aliis
pauperibus religiosis claustra, dormitoria, ecclesias, loca et ædificia oportuna et
largas elemosinas erogavit. Cæcis, beguinis, filiabus Dei fere in omni civitate et
castro regni, cum certis elemosinis, de locis et domibus sibi competentibus pro-
vidit. Plura etiam monasteria diversorum ordinum, ab ipso fundata ex toto, magnis K
dotavit redditibus; in quibus miræ humilitatis et caritatis officia pluries exercuit[4],
propriis manibus serviendo infirmis humiliter et devote. Unde quando veniebat
Parisius aut ad alias civitates, hospitales domos in quibus magna copia infirmorum
jacebat misericorditer visitans, nullius infirmi deformitatem vel immunditiam

[1] *Cod.* occuperunt.
[2] *Cod.* et regem.
[3] *Cod.* teneri.
[4] *Cod.* excercuit.

A abominans[1], omnibus infirmis pluries propriis manibus et flexis genibus cibaria
ministrabat. In abbatia etiam Regalis Montis, Cysterciensis ordinis, quam tam
magnifice fundavit et dotavit, ut rei evidencia manifestat, pluries fecisse similia
perhibetur. Unde (quod est mirabile dictu) cuidam monacho leproso, abominabili et horribili jam effecto, utpote naso et oculis dicti morbi corrosione privato,
B beatus Ludovicus, flexis genibus, in quodam ejus prandio cibum et potum immittendo in os ejus, absque aliqua abominatione humiliter ministravit, abbate
qui aderat et qui hæc vix videre poterat, in gemitus et lacrimas prorumpente. Et
licet omni indigenti sinum misericordiæ aperiret, tamen divinis obsequiis et saluti animarum vacantibus majores et frequentiores elemosinas faciebat. Unde de
C magna elemosina quam annuatim dabat conventibus Parisiensium[2] fratrum Prædicatorum et Minorum sibi familiaribus dicebat quandoque : «O Deus, quam
«bene posita est hæc elemosina tot et tantis fratribus de toto orbe terrarum Pari-
«sius confluentibus, ut quod de divinis Scripturis hic hauriunt, per totum mundum
«diffundant ad Dei honorem et animarum salutem.» Ceteras autem elemosinas
D quotidianas et annuas[3] quis sufficeret enarrare?

Lectio septima.

Præcipua vero devotione sanctas venerabatur reliquias; Dei cultum et honorem
sanctorum jugiter augmentabat : Parisius siquidem, in regali palatio, capellam
speciosissimam construxit, in qua sacrosanctam Coronam Domini spineam, et
E maximam partem sanctæ Crucis, ferrumque Lanceæ quod Latus aperuit Salvatoris,
cum pluribus aliis reliquiis dignissime collocavit, quas a Constantinopolitano imperatore receperat cum immensis laboribus et expensis. Diem vero anniversarium
quo in dicta capella hujusmodi reliquiæ sunt receptæ solempnizari instituit,
magnis ad hoc indulgentiis a Sede apostolica impetratis; et tria festa in hujusmodi
F sollempnitate connectens, primum voluit fieri per Prædicatores, secundum[4] per
Minores, tertium vero per alios religiosos communes. In ecclesia vero dum celebrarentur divina, nullius colloquium admittebat, nisi urgeret necessitas aut evidens utilitas appareret; et tunc, ne sua impediretur devotio, breviter et succincte.
Et tamquam alter Jeremias, in sua devotione fontem lacrimarum sitiens, suo
G confessori quandoque familiariter recognovit quod aliquando in oratione Deus
lacrimas sibi dedit; quas cum sentiret per genas in os defluere, non solum cordi
sed et ori dulcissime sapiebant[5]. Obprobria vero fidei Christianæ audire non
poterat, sed zelando zelum Dei, tamquam Phinees[6], graviter puniebat. Unde
quemdam civem Parisiensem, qui turpiter jurando Christum blasphemaverat,
H juxta regale statutum quod de consilio prælatorum et principum contra sic enormiter blasphemantes posuerat, in sui peccati pœnam et aliorum terrorem ferro
candenti in labiis suis cauterizari præcipit. Cumque audiret propter hoc nonnullos
in se maledicta congerere: «Vellem, inquit, quoad vixero in labiis meis talem
«indecentiam sustinere, dummodo hoc pessimum juracionis vitium de regno meo[7]
J «penitus tolleretur.[8]» Similiter Sarracenis petentibus ut in pactione facta de solvenda pecunia, pro sua et suorum liberatione habenda, adderet quod fidem Christi
negasset si pactum non teneret, velud alter Eleazarus, constans in fide constanter
hoc facere denegavit, dicens quod si corpus occiderent, animam non haberent; et
persuadentibus qui sibi aderant quod hoc sine peccato poterat facere, clementer
K respondit : «Tantum, inquit, horreo verbum de neganda fide etiam sub conditione
«audire, quod non possem illud exprimere sono vocis.» Ibidem etiam quendam
nobilem Sarracenum, qui recenter soldanum occiderat, facere militem recusavit,
dicens quod nec pro morte nec pro vita infidelem quemcunque insigniret baltheo
militari.

[1] *Cod.* abhominans, abhominabili, abhominatione.
[2] *Cod.* Parisiencium.
[3] *Cod.* cotidianas et animas.
[4] *Cod.* reliquum.
[5] *V. Gaufridum de Bello Loco*, cap. XXI.
[6] *Cod.* Phinies.
[7] *Cod.* nostro.
[8] *V. Gaufr. de Bello Loco*, cap. XXXIII.

Lectio octava. A

In tantam etiam reverentiam habebat signaculum sanctæ Crucis quod desuper
calcare cavebat; et a pluribus religiosis exegit ut in claustris eorum in tumbis
cruces non sculperentur de cetero, et jam insculptæ penitus raderentur[1]. Quam
reverenter et devote omni anno in Parasceve ad adorandum lignum sanctæ Crucis,
flexis genibus, resoluto crine ac nudis pedibus[2] procederet, testantur eorum oculi B
qui tunc ipsum sine lacrimis non poterant intueri. In regimine vero regni ita
prudenter ac potenter se gerebat, quod absque personarum acceptione cum dili-
genti causarum discussione reddebat judicium et justitiam unicuique. Consiliarii
quoque sui et potentes regni, videntes sapientiam Dei esse in illo, cum dilectione
sincera ipsum etiam plurimum formidabant. Timens autem ne causæ pauperum C
vix ingrederentur, ad eos ad minus bis in ebdomada ad audiendum conquerentes
in loco patenti se ponebat, et mediante justitia et plerumque misericordia faciebat
celeriter expediri. Et quando negocium fidei per prælatos seu inquisitores defe-
rebatur ad eum, omnibus aliis postpositis faciebat illud citius expediri. Duella
vero, tamquam a jure prohibita, cujusquam instancia non admittebat; sed per D
aliam viam juri consonam etiam magnatum maleficia puniebat. Statuit insuper ad
abolendam voraginem usurarum ut obligatos Judæis aut aliis publicis usurariis
per litteras nullus justitiarius compelleret ad solvendum. Et quia pacem operatur
justicia, dedit Deus sibi pacem et regno tranquillitatem. De hoc etiam habebat
gratiam specialem quod inter se discordantes, ut communiter ad concordiam E
revocabat.

Lectio nona.

Tandem post multorum annorum curricula quibus se in omni genere virtutum
exercuit, audiens desolationes et pericula Terræ sanctæ, velud alter Matathias,
cum filiis suis mala gentis christianæ et sanctorum ferre non sustinens, Deo F
inspirante, secundo transfretare curavit, cum tribus filiis suis comitibus, et
magnatibus ac nobilibus regni, et communis populi multitudine copiosa. Sed
quando naves ascendere debuerunt, sanctus rex filios suos clementi vultu prospi-
ciens, et ad primogenitum specialius sermonem dirigens, sic ait : « Considera, fili,
« quod ego grandævus alias transfretavi, et quod regina mater tua jam processerit G
« in diebus suis, et quod regnum nostrum, favente Deo, possedimus pacifice et
« quiete, divitiis, deliciis et honoribus, quantum licuit et libuit, perfruentes. Vide
« igitur quod pro Christo et Ecclesia nec meæ parco senectuti, nec matris tuæ
« desolatæ misereor; delicias et honores relinquo, et expono pro Christo et corpus
« et divitias. Te quoque ac fratres tuos et sororem primogenitam mecum duco; H
« quartum etiam adduxissem filium si annos pubertatis plenius attigisset. Quæ
« idcirco te audire volui ut cum post obitum meum ad regnum perveneris, pro
« Christo et Ecclesia et fide catholica sustinenda nulli rei parcas, nec uxori, nec
« liberis, nec etiam regno. Tibi enim et fratribus tuis do exemplum ut, si opus
« fuerit, similiter faciatis. » Currente igitur navigio versus Tunicium et exercitu J
christiano libere capiente portum in Affrica, Carthaginis castrum et adjacentem
regionem vi armorum ceperunt. Demum inter Carthaginem et Tunicium fixerunt
tentoria, ibi aliquamdiu morari. Illic enim beatus Ludovicus post tot laudabilia
virtutum opera, post tot laboriosos agones, quos pro fide Christi indefesso animo
toleraverat, disponente Deo, qui labores illius voluit feliciter consummare et sibi K
laborum bonorum fructum retribuere gloriosum, lecto decubuit, febre continua
fatigatus. Et tunc documenta sancta, quæ prius in gallico conscripserat, domino
Philippo primogenito suo diligenter exposuit et imposuit efficaciter adimplenda.
Invalescente igitur morbo, sana mente, integro aspectu et auditu, psalmos dicens,
sanctos invocans, devote suscepit omnia ecclesiastica sacramenta. Demum vero ad L

[1] *Cod.* redderentur. — [2] *Cod.* genibus.

A extremam horam veniens, et supra stratum cinereum[1] in modum crucis extensus, verba proferens ultima « Pater in manus tuas commendo spiritum meum, » anno Domini M° CC° septuagesimo migravit ad Christum, hora videlicet nona, qua Dei Filius pro mundi vita in cruce moriens exspiravit. Corpus vero beati Ludovici delatum fuit ad sepulchrum patrum suorum apud Sanctum Dyonisium in Francia, B ubi et etiam alibi in diversis mundi partibus, crebris coruscat miraculis gloriosis.

Per octavas, lectiones[2].

In die sepulturæ beati Ludovici, quædam mulier Sagiensis diocesis visum quem prius perdiderat recuperavit omnino meritis et precibus pii regis.

C Non multo post, quidam juvenis de Borgundia, mutus et surdus a nativitate, cum aliis veniens ad sepulchrum beati Ludovici, prout videbat alios facere, nutibus exterioribus sancti suffragium implorabat. Et cum ibi aliquamdiu permansisset, virtute divina et meritis sancti regis apertæ sunt aures ejus, et solutum vinculum linguæ suæ; et qui nunquam gallicum audiverat, pure gallicum loquebatur. Et D cum audivit primo campanas pulsari, maximo terrore perterritus putabat statim totam ecclesiam supra se ruituram.

Eodem tempore, quidam clericus veniens de Britannia Parisius, transiens per Carnotum, ibidem incidit in tam gravem infirmitatem quod omnino medici desperabant de eo; sed emisso voto ad beatum Ludovicum statim sensit divinam adesse E virtutem, in tantum quod in crastino iter votum[3] arripuit et perfecit, meritis hujus sancti restitutus pristinæ sanitati.

Non multo post, magister Dudo, phisicus domini regis, qui beato Ludovico dum ageret in humanis medicus familiaris fuerat, sibi etiam astiterat in infirmitate qua decessit, febre acutissima Parisius tam graviter premebatur[4] quod ipsemet de F seipso et alii medici desperabant. In nocte vero quartæ diei suæ ægritudinis, in maximo dolore capitis, sompno arreptus videbat beatum Ludovicum, cui se devoverat, sibi assistere, vultu hylarem et quamplurimum gloriosum; et sibi petenti ab eo in tanta necessitate auxilium et levamen, videbatur quod beatus Ludovicus circa ipsum officium chirurgici valde dulciter exercebat. Et statim dictus infirmus G excitatus post rigorem fortissimum et sudorem, virtute divina et meritis pii regis fuit plenarie liberatus. Quod, ut dixerunt medici, tali die, nulla apparenti digestione, non potuit contingere per naturam.

Eodem tempore, apud castrum Luperæ Parisius, dominus Petrus de Lauduno, quondam cambellanus beati Ludovici, tunc custos puerorum domini regis Phi- H lippi, cum in brachio suo dolorem intolerabilem pateretur, ter apposuit ad locum doloris capillos beati Ludovici quos apud se cum magna devotione servabat. In tercia vero appositione plenarie liberatur[5], cum tamen prius non posset suum levare brachium nec ex eo aliquid operari.

Eodem anno, quædam mulier de Rothomago, lumine oculorum privata, adducta J ex devotione ad sepulchrum beati regis, ejus meritis et precibus visum recuperavit omnino.

Eodem anno, sed diversis diebus sibi succedentibus, aliquibus interpositis intervallis, quinque mulieres et duo viri, personæ bene notæ probis et fide dignis, usum recte et bene incedendi, quem ex diversis infirmitatibus et variis K languoribus amiserant, beati Ludovici implorantes suffragia, recuperaverunt ad[6] sæpe dictum sepulchrum, ejusdem sancti meritis et precibus gloriosis[7].

Publicata vero in Francia canonizatione beati Ludovici, quantus fuerit jubilus gaudii et exaltationis apud omnes nullus posset sufficienter referre. Tunc enim cœpit fides catholica in Francia constantissime roborari, spes firmissime erigi ad

[1] *Cod.* cynereum; *ibidem emendavimus* choruscat, dyocesis, Brittania, cyrurgici, intollerabilem.

[2] *Sex miracula quæ proxime sequuntur a G. Carnotensi fusius narrata sunt tomo nostro XX*, p. 38, 39 et 40.

[3] *Id est* iter quod voverat; *cod. male*, iter et votum.

[4] *Cod.* primebatur.

[5] *Cod.* plenarie liberarie liberatur.

[6] *Cod.* et ad.

[7] *Quæ sequuntur, ea apud Guillelmum Carnotensem desiderantur.*

superna et caritas ferventius dilatari, et ad beatum Ludovicum fidelium devotio A
sollicitius[1] excitari. Unde tunc temporis, in episcopatu Belvacensi, quidam operarii,
decem vel circa, fuerunt oppressi in quadam lapidicina a supercadente maxima
gleba terræ, et fere per diem et noctem sic steterunt. Tandem quidam clericus,
vir utique scientia et honestate famosus, iter faciens juxta locum, audivit gemitum
prædictorum; et appropians ac considerans miserabilem casum, et recolens beati B
Ludovici recentem canonizationem, confidens de ejus meritis et precibus, descendens de equo, cum fletu et lacrimis prostravit se ad orationem, specialiter
beati Ludovici suffragium inplorando. Et cum diutius in oratione permansisset,
assumpta fiducia de miraculo adfuturo[2], surrexit; et homines a longe transeuntes
vocavit, et deponens vestimenta cum aliis, ad suffodiendum et succurrendum C
prædictis viriliter hortabatur. Quid plura? Operante virtute divina per merita
beati Ludovici, exigente eorum fide et devotione, omnes fuerunt extracti incolumes et illæsi.

Fama autem prædicti miraculi per patriam discurrente, contigit quosdam antiquos cophinos per Belvacum deportari, qui dicebantur fuisse beati Ludovici: D
ad quorum tactum cum fide et devotione plures infirmi a variis languoribus
sunt curati.

Eodem tempore, rex Philippus, reversus de Flandria, devotissimus avo suo,
quoddam nobile monasterium sororum inclusarum ordinis fratrum Prædicatorum
instituit fieri in honorem Dei et gloriosissimi confessoris beati Ludovici apud E
Pysiacum, ubi prædictus sanctus exstitit oriundus. In hujus monasterii constructione plura antiqua ædificia oportuit dirui[3] ut ad hæc platea competens haberetur; et dum quidam magnus paries deberet cadere, clamantibus operariis qui
eum suffoderant quod omnes fugerent, abscederent, contigit quendam puerum
mussitantem a supercadente pariete quasi in medio deprehendi. Mira res! Stupe- F
factis omnibus et dicentibus! Mortuus est! et nescientibus ex qua parte deberent
puerum extrahere quem mortuum reputabant, quasi in medio illius parietis
apparuit quædam fissura[4], per quam mittentes brachia sua dictum puerum
extraxerunt vivum penitus et illæsum; et super hoc multitudo magna quæ aderat
testimonium perhibuit veritati. G

In eadem villa, postea satis cito, ad fontes in quibus beatus Ludovicus fuerat
baptizatus in ecclesia Beatæ Mariæ cœpit fidelium devotio beati Ludovici suffragium implorare et impetrare frequentius beneficia sanitatis. Unde præsente domino rege et regina cum sua nobili comitiva, contigerunt ibidem eodem anno
plura miracula gloriosa. Quædam enim mulier de Sancto Germano, nota pluribus H
de curia regis, percussa sacro igne in pluribus partibus corporis sui, venit cum
fide et devotione ad prædictum vas baptismale, et fusis ibidem lacrimis abunde,
gloriosi regis devote patrocinium invocabat. Mox vero ut tetigit illos[5] fontes, cœpit
illa nigredo et morbus prædicti ignis abscedere a toto corpore prædictæ mulieris,
exceptis digitis manus sinistræ, in quibus illa nigredo et etiam morbus diutius J
apparebant; et assistente ibi multitudine populi ac etiam pluribus de curia regis,
paulatim et visibiliter cœpit dicta mulier digitos movere; et tandem ille morbus
totaliter discessit, in tantum quod illius morbi nullum vestigium penitus apparebat. Hoc autem miraculum plures de curia fide digni clarissime probaverunt,
qui ad prædictos fontes beati Ludovici sæpe prædictam mulierem, eo modo quo K
dictum est, infirmam et postea penitus curatam cum diligenti perscrutatione propriis oculis conspexerunt.

Ibidem, feria secunda sequente, vir quidam de Sancto Germano, moribus
honestus et in temporalibus sufficiens sibi ipsi, multo tempore pedum ac renum
infirmitate depressus ire non poterat nisi cum duabus ligneis[6] potentiis et cum L
maxima difficultate. Hic cum fide et devotione veniens ad prædictos fontes beati
Ludovici, fusa oratione et facta oblatione, protinus se allevatum percepit, et di-

[1] *Cod.* sollicitus.
[2] *Cod.* afuturo; *ibidem, paulo inferius*, musitantem.
[3] *Cod.* dirimi.
[4] *Cod.* fixura.
[5] *Cod.* illorum.
[6] *Cod.* lineis.

A missis potentiis cœpit ire per ecclesiam potenter et recte sine adminiculo cujusquam. Et sic meritis et precibus beati Ludovici redditus fuit pristinæ sanitati.

Eodem modo, quidam serviens armorum, nomine Henricus de Bitulis[1], qui usum incedendi gravi languore amiserat, cum magno labore et adminiculo potentiarum ad prædictos fontes adductus, cum magna devotione beati Ludovici, cujus B serviens fuerat, suffragium implorabat; et dum ibidem devotam orationem fudisset, satis cito meritis et precibus gloriosi regis fuit propriis viribus restitutus. Et ibidem multa alia contigerunt et frequenter contingunt miracula meritis et precibus beati Ludovici, ad laudem et gloriam Redemptoris, cui est honor et gloria per infinita sæcula sæculorum. Amen.

C Anno quo beatus Ludovicus fuit ascriptus sanctorum catalogo[2] confessorum, in diversis mundi partibus ad invocationem ipsius, ejus meritis et precibus, multa contigerunt miracula laude digna. Ebroicis namque, quadam die Mercurii per quindecim dies ante festum Ascensionis Domini, videlicet ultima die Aprilis[3], contigit quendam puerum IIII^or annorum vel circa prope quoddam molendinum D fuisse submersum, et per longum tempus et post plura experimenta a multitudine magna populi concurrente mortuum judicatum, et post multas orationes et invocationes Dei et beatæ Mariæ et aliorum sanctorum nullum penitus in ipso sensum vel motum aut vitæ vestigium apparere. Tandem omnipotenti Deo misericorditer disponente mirificare sanctum suum, in illa turba populi insonuit vox E cujusdam ignoratæ personæ ut dictus puer nomine Johannes devoveretur beato Ludovico : quod quædam matrona statim fecit cum candela de proprio lucro. Et matri dicti pueri desolatæ dicebant quamplures ut statim puerum deferret ad ecclesiam fratrum Prædicatorum in honorem beati Ludovici noviter dedicatam[4]. Mira res! nam protinus, facto voto, cœpit puer gemere; et portatus ad dictam F ecclesiam, fuit plenarie resuscitatus et restitutus pristinæ sanitati. Amen.

BEATI LUDOVICI VITA,

PARTIM AD LECTIONES, PARTIM AD SACRUM SERMONEM PARATA[5].

Hunc libellum inter eos numerandum esse qui paulo post pronuntiatam beati Ludovici canonisationem conscripti fuerunt, probare videtur ipsum anonymi auctoris exordium. Cum enim de Ludovico VIII loquens ait : « Fuit in diebus nostris in Francia rex christianissimus, » se temporibus iisdem, quibus beati regis pater, vixisse significat. Eumdem flagrante Bonifacii VIII et Philippi IV discordia scripsisse conjicies si attenderis nullius papæ ab eo nisi Martini IV nomen laudatum fuisse, cum Ludovicum IX inter sanctos adscriptum commemorat, quamvis illius pontificis qui negotium jam pridem inceptum absolverat

[1] *Sic pro* Bituris; *Jean du Vignay traduit ce nom par* Bourges. *Vide tomo nostro XXII*, p. 874.

[2] *Cod.* cathologo.

[3] *Anno 1298 dies 30 Aprilis in diem Mercurii incidit, et Ascensionis festum in diem 15 Maii; quod quidem ante annum 1371 iterum non recurrit.*

[4] *Constat igitur male interpunctum fuisse titulum cujusdam libelli tomo nostro XX* (pag. 41) *editi, de Miraculis in domo fratrum Prædicatorum Ebroicensium factis, siquidem ad dedicationem ecclesiæ minime referenda est anni* M.CC.XCIX *nota, quam ad miracula proxime narrata spectare manifestum est. Quapropter eumdem titulum hic reponere operæ pretium est, primaque narrationis verba subjungere ab ipso titulo melius distincta :* « Hæc sunt miracula « facta in domo fratrum Prædicatorum Ebroicensium, « præsidio beati Ludovici confessoris, quæ fuit prima « ecclesia in regno Franciæ dedicata in nomine sancti « regis. — Anno Domini M.CC.LXXXXIX, in festo beati « Ludovici, in vigilia. Homo quidam, etc. »

[5] *E cod. latino 11754.*

memoria potissimum celebranda fuisset. Utcumque res se habet, nonnulla ibi occurrunt quæ aliis in chronicis frustra requiras.

Vita sancti Ludovici, regis Francorum.

I

Fuit in diebus nostris in Francia rex christianissimus,leariter de Francorum A
Ludovic. VIII. regia stirpe descendens, nomine Ludovicus[a], qui regno suo bene disposito, post
victorias celebres, divini fervoris amore succensus, dolore cordis intrinsecus mire
compatiens, hæreticos habitantes in partibus Tholosanis in nostræ fidei detrimentum
studuit toto conamine diaboli laqueis irretitos ad rectitudinem orthodoxæ fidei revocare. Ut igitur terram illam purgaret a zizaniis vanitatis, et verbo B
Dei salubre triticum seminaret, contra nefandos[1] hæreticos quos Albigenses communiter appellabant, ex indulgentia summi pontificis signaculum [crucis] assumpsit ducens secum exercitum christianum.

II

Multo labore sudatum est. Tandem post multos congressus partium, hæretici C
viriliter superantur. Tamen illa radix viperea non penitus dê terra illa germinante spinas et tribulas potuit exstirpari. Ibi Symon, comes venerabilis Montis Fortis, pugil invictus pro fide dimicans, sicut et ejus patres fecerant ab antiquo, petraria[2] percussus interiit; sic anno graciæ M° CC° XVIII° vitam in Christo feliciter comsummavit. Rex autem Ludovicus, obtenta victoria dum reverteretur in Franciam, vi- D
ribus corporis cœpit destitui et in castro quodam Arverniæ[3] quod Mont-Ponchier Gallice vocant cœlo bonum reddidit spiritum, et in ecclesia Beati Dyonisii juxta Parisius, non sine planctu publico, secundum regalem condecenciam venerabiliter est sepultus.

III E

Et quoniam arbor bona fructum bonum facit, dictus Ludovicus (piæ memoriæ) veritatis sapientia, severitatis recta justitia, pietatis affluentia plenus fuit. Ex nobilissima conjuge sua nomine Blancha, regis Castellæ filia, divino munere suscepit hæredem nomine Ludovicum, tam meritorum paternorum quam pietatis fidei successorem. F

IV

Et quoniam natalibus debetur reverentia (sicut Lucas evangelista, prosequens in Johannis Baptistæ laudibus, extulit progenitorum ejus puritatem et familiæ dignitatem), puer indolis bonæ de tanta progenitus dignitate, cum circa duodecimum ageret annum, paternæ devotionis et fidei strenuus imitator adolevit in G
gracia, crevit in sapiencia; Creatori caritatis ardorem, sibi castitatis decorem, proximis humilitatis honorem sedulus exhibebat. Corde pius, ore sobrius, opere strenuus, vultu verecundus, gestu maturus, affectu devotus, affatu benivolus, vestitu modestus, gratiosus in omnibus apparebat, tantam tandem in se demonstrans speciem honestatis ut in hominis exterioris dispositione legi posset habitus inte- H
rioris graciæ et virtutis. Sic enim in exteriori domus vestibulo conjicitur facile bonitas interior quæ latet in domo.

[1] *Cod.* nephandos; *ibidem emendavimus* extyrpari, voccant, dispossitione, conicitur.

[2] *Cod.* peccaria.

[3] *Cod.* quocdam Arveniæ.

A V

Puer igitur sortitus animam bonam cœpit ab infancia sua timere Deum et abstinere ab omni peccato. Et figens oculum cordis in vero omni salutari, ignito jaculo caritatis cœpit interius igne ferventissimo concremari, et sic in exemplari rectitudinis Dei bene placitum contemplari. Verum quoniam justorum semita
B quasi lux splendens procedit usque ad perfectam luminis claritatem, sicut Ludovicus puer adolescebat ætate, sic crescebat gratia et virtute.

VI

Tercio decimo siquidem ætatis suæ anno, secundum regni consuetudinem Remis accepit regiam unctionem, ibi coronatus in regem. Mater autem ipsius viriliter
C agens, et in sexu fragili virilem exhibens animum, cum multa sollicitudine et prudencia gubernabat regnum. Et licet plurimos adversarios tunc temporis regnum sustinuerit, tamen innocencia puerilis et diligencia piæ matris, Dei gracia protegente, quicquid erat regno contrarium et iniqua consilia dissipavit, secundum scripturam dicentem : « Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos ejus con-
D « vertet ad pacem[a]. » [a] Prov. xvi, 7.

VII

Sicut autem in ætate minori juvenilia declinaverat desideria, nichil agens in opere quod videretur levitatem prætendere, ita cum factus est vir manum suam misit ad fortia, carnem suam cum viciis et cuncupiscenciis crucifixit. Et plerumque
E tantum assumens rigorem abstinenciæ ut vix satisfaceret necessitati naturæ, omni sexta feria jejunabat de consuetudine, secunda vero et quarta a carne et sanguine consueverat abstinere. Sed invalescente nimis debilitate corporis, hæc aliquantulum temperavit de consilio discretorum et proprii confessoris. Quasi homo frugi, sequebatur mediocriter, prout decebat, personæ statum et regiam digni-
F tatem, atque superinfusione mirabiliter excessiva[1] potum suum reddebat velut immundum. Abstinendo, manducando, præbebat ædificationis exemplum. In quatuor festis præcipuis Virginis gloriosæ, similiter in Parasceve et in aliis sollempnioribus festis Ecclesiæ, in pane et aqua consueverat jejunare.

VIII

G Et si quando novi fructus ei primitus offerrentur, ex eis penitus non edebat, sed quasi primicias, illa vice abstinens, Domino immolabat, et in gratiarum actiones devotius assurgebat. Sextis feriis in Quadragesima et in Adventu similiter abstinebat a piscibus et a fructu. Tamen aliquando, de consilio proprii confessoris, uno genere piscium utebatur. In Adventu et Quadragesima, sextis feriis, et in qua-
H tuor solempnitatibus beatæ Virginis, carnem cilicio macerabat, licet a confessoribus suis frequenter audiret quod hujusmodi pœnitentia statui regio minime competebat.

IX[2]

Duos enim habebat de duobus ordinibus pauperum confessores, Prædicatorem
J scilicet et Minorem, ut amorem suum quem ad ordines istos habebat ostenderet. Et multis consiliis discretorum utens, ut in consciencia sua securior esse posset, ex istorum consilio prætermisit humiliter uti cilicio. Tamen in Quadragesima loco cilicii cilicina fascia se cingebat, et quod in se remittebatur austeritatis superimplebat opere pietatis. Sunt enim alia virtutum excitamenta quæ regem infor-

[1] *Cod.* decessiva.
[2] *Lectionum divisio numeris margini additis hactenus signata est; ultimum autem hunc numerum* IX *discernere vix licuit.*

mant atque principem, alia vero quæ subditum secularem vel etiam regularem : A
exerceant regulares corpus severitate, rex autem animum pietate. Et propter uni-
tatem corporis mistici, rex vel princeps in regulari jejunat, et regularis in rege
vel principe præmium pietatis expectat. Ex eodem enim fonte dilectionis oritur
quod Christi fideles secundum diversas statuum differencias in diversis caritatis
officiis exercentur. Habet tamem unus in altero quod sibi deficit in seipso. B

[Ejusdem vitæ pars altera[1].]

Sicut autem lilium inter spinas servat pulchritudinem pietatis, sic rex noster, a
cunabulis usque ad suum conjugium, florem et primicias illibatas suæ custodierat
castitatis. Vixit autem continenter in conjugio, sicut exigebat status et erat exhi-
benda reverentia sacramento. Per totum Adventum et Quadragesimam et sanc- C
torum vigilias et festa præcipua, ab opere carnis de consensu conjugis continebat,
et nichilominus aliquot diebus certis in qualibet septimana. Similiter antequam
communicare deberet et postquam communicaverat, diebus pluribus vacabat con-
tinenciæ propter reverenciam sacramenti. Et si motibus carnis se pulsari sen-
sisset, sicut humanitus contingere solet, surgebat de lecto, per cameram ambu- D
lans donec carnis rebellio quievisset.

[a] Prov. xxix, 14. Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus firmabitur in æternum[a]. Quod
attendens rex piissimus consiliarios et in suis judiciis assessores[2], viros bonæ con-
scientiæ, magnæ prudenciæ, tam regulares quam seculares, quos a libra recti ju-
dicii non[3] credebat aliquatenus declinare, quæri faciebat sollicitius undecumque; E
et in negociis sive causis quæ contra ipsum vergere videbantur, ut consiliarii sui
sine formidine liberius judicarent, contra seipsum utebatur validissimis argu-
mentis.

Personis ecclesiasticis et earum privilegiis per eumdem emunitas servabatur.
Gaudebat Ecclesia sub eodem ineffabili sabatismo, sub alarum suarum remigio F
fovebatur : sic enim tam ipse specialiter quam olim progenitores ipsius, juxta va-
ticinium Ysaiæ, sanctam Ecclesiam nutrierunt et regiis uberibus lactaverunt[4]. Et
ideo benedicens Deus, propter reverenciam quam habuerunt ad Dominum, sub
eorum manibus semper est regnum Franciæ prosperatum et in pace multiplici
roboratum. Videmus enim subruptos principatus et regna translata, quia cum es- G
sent regnorum ministri, non est ab eis apud Deum hæc reverencia custodita, sicut
scriptum est : « Regnum a gente in gentem transfertur propter injusticias et inju-
[b] Eccl. x, 8 « rias et contumelias et diversos dolos[b]. » Episcopos enim et regulares ideo specialiter
habebat in consilio ut si ceteri assessores niterentur ecclesiastica jura pervertere,
vel personas miserabiles plus solito molestare, tales sese viriliter opponerent et eo- H
rum fierent protectores. Filios proprios instruebat salutaribus monitis et exemplis,
ut ætate procedente magis ac magis proficerent canonicis institutis. Congregationi
pauperum se valde reddebat affabilem, conventus eorum personaliter visitando,
temporalia largiter erogando, precum suffragia pro se et sua familia suppliciter
impetrando. J

Funiculos Ecclesiæ dilatabat, domos religiosorum, cum plurimis xenodochiis,
propriis sumptibus et multis impendiis fieri procurabat; inter quæ specialiter
illud præclarum Beatæ Mariæ Regalis Montis Cysterciensis ordinis monasterium
et ecclesiam admirandæ pulchritudinis de proprio suo construxit, et copiosos red-
ditus assignavit, ubi magna et sancta monachorum congregatio Deo servit. Domos K
etiam quamplures fratrum Prædicatorum atque Minorum in diversis regni sui
partibus et[5] jam inceptas ad consummandum adjuvit. Domum Dei Parisius cum
magnis sumptibus ampliavit et redditus augmentavit. Domos et hospitales paupe-
rum apud Pontisaram, Compendium et Vernonem, et monasterium Sancti Mathæi

[1] *Hunc titulum supplendum esse censuimus eo loco ubi lectionum divisio in codice notari desiit.*
[2] *Cod.* accessores.
[3] *Cod.* ne.
[4] Et mamilla regum lactabaris. *Is.* LX, 16.
[5] *Nonnihil ante vocem* et *ad explendum sensum desiderari animadvertes* (*fort.* construxit), *nisi ipsam vocem* et *tollere malueris.*

A juxta Rothomagum, in quo posuit sorores beati Dominici, sumptuosis construxit
ædificiis, et sufficientes redditus in dictis locis providit et ampliavit. Domum etiam
sororum Minorum juxta Sanctum Clodoardum prope Parisius, tam in forma quam
in materia præcellentem, ædificavit egregie cum multimodis sumptibus expensarum,
cum sufficiencia reddituum terrenorum et multarum numero persona-
B rum, ubi memoriæ venerabilis soror ipsius unica prædilecta, nomine Elizabeth,
ob cujus reverenciam et amorem ædificaverat illud claustrum, ut contemplationi
vacaret liberius elegerat ad manendum. Ibi tandem in fine sororis habitum induit,
et sicut sancte vixerat, vitam in Christo sanctissime terminavit[a]. Quid loquar de [a] 23 febr. 1270.
domo magna cæcorum pauperum quam construxit Parisius, plusquam trecen-
C torum et quinquaginta cæcorum capellam ædificans, ut audirent ibi divinum officium.
Mulieres etiam expositas publice vel paratas ad exponendum propter victus
penuriam, petentes ab eo panem et aquam ut agerent pœnitenciam et caverent
culpam, in domo Filiarum Dei Parisius congregavit, et ad earum sustentationem
quadringentas libras Parisiensium assignavit. Et insuper introeuntibus et manere
D volentibus providebat de congruis vestimentis. Cartusienses in Valle Viridi juxta
Parisius instituit, deinde construxit, redditus assignavit. Domum etiam honestarum
mulierum, quæ beguinæ communiter appellantur, de proprio patrimonio
acquisivit, et eisdem magna largitate providit; quod et fecit in civitatibus et castris
regni sui.

E Inter cetera beneficia pietatis ad fratres Prædicatores et Minores qui Parisius
morabantur sinceriori movebatur affectu et[1] largiori providebat effectu, attollens
illam elemosinam eminenter eo quod fratres missi Parisius de diversis provinciis
ad discendum, divina repleti sapientia post sudores scholasticos[2], cum revertebantur
ad propria, doctrinam fidei catholicæ per diversa mundi climata dilatabant, ut
F illud apostolicum videretur impletum : « In omnem terram exivit sonus eorum, et
« in fines orbis terræ verba eorum[b]. » [b] Rom. x, 18.

Pulli aquilæ lambunt sanguinem, et perfectorum morum contemplatio dilatatur
circa dominicam Passionem. Sanguinem enim lambere est dominicæ Passionis
graciam animo venerari, et prout possibilitas data est eam expositione corporis
G imitari. Cujus amoris insuperabile desiderium regem ex intimis visceribus inflammaverat
ad martirium sustinendum. Sed quoniam ejus votum penitus impleri
non poterat, nec se facultas temporis aut operis offerebat, rex ut Christo
configeretur cruci meditationibus excessivis, transferri fecit Parisius insignia dominicæ
Passionis, ut sicut elephas ex aspectu sanguinis ad pugnam acuitur, sic ad
H dominicæ Crucis intuitum affectus martirii latens intrinsecus in corde regio foveretur;
et ut populus moveretur ad devotionem, prout scriptum est : « Pro reliquiis
« quæ repertæ sunt fac orationem[c]. » Mittuntur igitur ex præcepto regis duo fratres [c] IV reg. xix, 4.
Minores viri probatisssimi, cum regia clientela, ut ab imperatore Constantinopolitano,
regis favore prævio, nostræ Redemptionis obtinerent insignia. Voto freti
J nec labore frustrati, licet itinere fatigati, revertuntur in Franciam, Reliquias sacrosanctas
referunt.

Rex autem clerus et populus ad eas recipiendas processione sollempni reverenter
occurrunt. Replentur gaudio spiritali corda fidelium, quoniam in reliquiis
tuis, Domine, præparasti vultum eorum[d]. Rex autem, velut alter David ante ar- [d] Psalm. xx, 13.
K cham ludens, thesaurum impreciabilem propriis gestans humeris, et velut alter
Moyses, quia sacrosanctum erat quod in terram suam venerat, sublatis calciamentis
pedibus incedebat nudis[e]. Erant autem illæ Reliquiæ pretiosæ maxime pars vivi- [e] Exod. iii, 5.
ficæ Crucis quam Christus ornavit effusione proprii sanguinis et preciosissimis
membrorum ipsius margaritis. Clavus autem et Lancea, vestisque coccinea qua
L Dominus est indutus cum, præsidente Pylato, velut alter Helyseus pueris est
irrisus, in cujus figura Cham, Noe filius, patrem irrisit cum eumdem in vinea tam
ebrium quam nudatum aspexit. Sunt et aliæ reliquiæ preciosæ translatæ per
fratres, sicut in earum sollempnitate legitur cum festum de Reliquiis celebratur.

[1] *Supplevimus* et. — [2] *Cod.* scolasticos.

Missi sunt postmodum fratres Prædicatores Venecias, cum Corona spinea Domini A
redeuntes, et regis beneplacitum fideliter exequentes. Pro quibus Reliquiis et
Corona bis in anno, diebus scilicet quibus receptæ sunt, congruis intervallis rex
sollempnizat celebriter Parisius in capella. Construxit enim ad Reliquias conser-
vandas in domo propria mirificam et sumptuosam basilicam, et thecam in ea pro
Reliquiis, auro et argento et lapidibus preciosis ornatam. Canonicos et capellanos B
seculares ibidem instituit, et ad eorum substentationem pro servitio jugiter et in
perpetuum faciendo sufficientes redditus assignavit.

Hoc igitur rex pius in seipso sentiens quod et in Christo Jhesu, qui, cum in
[a] Phil. II, 6, 7, 8. forma Dei esset, humiliavit se usque ad mortem et crucem[a], Christum Jhesum
crucifixum sicut mirræ fasciculum continebat intra suæ mentis ubera, in quem C
per amoris incendium totaliter transformatus superfervido ferebatur affectu.
Quem Dominus in quadam ægritudine sui gratia visitavit et vivificæ crucis signa-
culo consignavit, ut levaret signum in nationibus procul; et factum est signum
[b] Psalm. LXXXV, 17. istud in bonum[b], sicut subsecutæ sanitatis effectus ostendit. Et in procinctu iti-
neris, valefacto ecclesiæ congregatæ, videre potuit clerus Parisiensis[1] alterum D
Constantinum, non tumore superbiæ sublevatum, sed crucifixum corde, signatum
humero, nudis pedibus incedentem, gestantem in manibus dominicæ Crucis
lignum. Et pro reverencia successit gratia, dum crucesignatos fluctibus[2] maris ex-
positos, aliorsum tendentes, portus inopinatus excepit, et christianum exercitum
sine consueta bellorum et sanguinis effusione Spiritus Sanctus in civitatem Mem- E
pheos mirabiliter introduxit, sicut scriptum est : « Hæc dicit Dominus Christo
« meo Cyro, cujus apprehendi dexteram ut subjiciam ante faciem ejus gentes, et
« dorsa regum vertam; et aperiam coram eo januas, et portæ non claudentur. Ego
[c] Is. XLV, 1, 2. « ante te ibo, et gloriosos terræ humiliabo[c]. » Sic enim olim ante filios Israel treme-
bat concio Chananea, quando persequebatur[3] unus mille, et duo fugabant decem F
[d] Deut. XXXII, 30. millia[d].

Sed maledictum, mendacium, furta et adulteria paulo post inundaverunt, san-
guis sanguinem tetigit. Nam insolescentes pro victoria et ingrati pro gratia, qui
servicium Ejus elegerant cui servire regnare est, ad vomitum sunt reversi, suas
despumaverunt libidines, sua flagitia sicut Sodoma prædicantes, inimici Crucis G
Christi cujus credebantur esse domestici, mercedem erroris prout oportuerat de
[e] Psalm. LXXVII, 60. manu Domini receperunt. Dominus igitur qui repulit tabernaculum Sylo[e], qui
libellum repudii dedit malemeritæ veteri Synagogæ, dedit populum sanctum in
[f] Psalm CV, 41. manus gentium, et dominati sunt eorum qui oderunt eos[f]. Nam subito, pro plebis
irreverencia, gratia mutatur in iracundiam, serenitas in tempestatem, divina cle- H
mencia in vindictam. Cum enim multiplicarentur peccata ipsorum qui relique-
rant[4] Deum operibus iniquitatum, ulterius dissimulare noluit Dominus ultionum.
Completa est prædictio Jeremiæ ad eos qui habitabant in terra Ægypti, in Mem-
phis et in terra Phatures, ubi commemoratis eorum sceleribus subinterfertur :
« Visitabo habitatores terræ Ægypti in gladio et in fame et peste. Et non erit qui J
« effugiat et sit residuus de reliquiis eorum qui vadunt ut peregrinentur in terra
[g] Jerem. XLIV, 13, 14. « Ægypti, nec revertentur nisi qui fugerint[g]. » Dixisti, Domine, et facta sunt. Nam
in occisionem gladii dati sunt, fame cruciati, peste inguinaria[5] lacessiti. Sacerdo-
tes et milites in gladio ceciderunt; et in dominum regem, qui fugæ præsidio saluti
corporis sui consulere noluit, sed cum populo sibi subjecto vel in carcerem vel in K
mortem ire maluit, hostes fidei vice turbinis irruerunt.

[h] Cant. VIII, 7. Sed aquæ multæ non potuerunt[6] extinguere caritatem[h]. Quod enim latebat in
rege, tempore necessitatis apparuit, dum fidei titulum et pacientiæ scutum oppo-
suit, et quod plebs ejus demeruerat pacienter tulit, ut ostenderet quasi granum
synapis ex contritione virtutem, et animaret ad fidem captivum exercitum in plu- L
ribus blasphemantem. Sed ecce non est oblitus misereri Deus, nec continuit in
[i] Psalm. LXXVI, 10. ira misericordias suas[i]. Nam dato rege in partem prædantium, ad breve in castris

[1] *Cod.* parum, *pro* Parisiensis.
[2] *Cod.* fluctus.
[3] *Cod.* prosequebatur.
[4] *Cod.* relinquerant.
[5] *Cod.* inguinatia.
[6] *Cod.* poterunt.

A gentilium spiritus dissensionis exoritur, soldanus occiditur, dominus rex cum
omnibus Christianis, divino miraculo, modico redemptionis precio, fide sua
munitus[1] contra spem humanam, de gentilium manibus liberatur. Et dedit eos
Dominus in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos[a]. Nec miremur, [a] Psalm. cv, 46.
fratres karissimi[2], si pro delictis populi rex in manus gentium tradebatur: sic
B pro membrorum ægritudine caput affligitur; populus Israel cum Madianitis mu-
lieribus fornicatur, et contra solem principes in patibulis suspendi jubentur[b]; non [b] Num. xxv, 4.
ingreditur Moyses terram Promissionis, suscitata occasione ex reatu plebis. Quasi
vas auri solidum, ornatum omni lapide precioso, projectum in ignem non uritur
sed pocius depuratur; ita rex multis tribulationibus conquassatus[3], semper ruti-
C lancior et purior est effectus[4]. Non elevabatur in prosperis, nec frangebatur etiam
in adversis, æquanimiter et eadem facie se habebat in omni casu fortunæ. Non
expalluit ejus facies ad Dei judicium quando datus est in manus gentium, non
sanguis gelatus est, non riguerunt comæ, non mente turbata faucibus vox adhæsit,
sed intrepidus et solito longe securior nichil omnino de statu regiæ dignitatis
D amisit. Nichil in eo minæ, nichil exerti gladii potuerunt[5], et sicut de Moyse le-
gitur, non est veritus animositatem regis[c]; sed quod magis miraculo tribuendum [c] Hebr. xi, 27.
est, soldani furorem, antequam morti traderent eum, convertit in mansuetudi-
nem, et gratiam apud eum invenit. Cum enim captus esset rex, graviter ægrota-
bat, ita quod de ipsius vita modicum sperabatur; invaserat enim eum infirmitas
E illa mortifera generalis qua maxima pars exercitus est defuncta. Soldanus igitur
per medicos suos, qui magis noverant curationis antidotum quod magis illi ægri-
tudini congruebat, fecit eum custodiri diligencius et sanari, et omnia necessaria
quæ petisset habundanter et curialiter ministrari. Sarraceni etiam eidem maxi-
mam reverenciam exhibebant, et ejus exteriorem aspectum[6] semper attendentes
F et quomodo se habebat, in verbis et gestis sapienciam ostendens et constanciam
tenens, ipsum sanctissimum et sapientissimum judicabant.

Staturam ejus, qua ceteris præeminebat ab humero et supra[7], necnon et cor-
poris venustatem proporcionali moderatione protensam, caput sphæricum[8] et
velut sapientiæ sedem, vultum placidum et serenum protendentem superficie
G tenus quiddam angelicum, columbinos oculos radiorum emissionibus graciosos,
faciei candorem pariter et nitorem, caniciem immaturam præsagientem tamen
maturitatem intrinsecam, immo venerabilem sapientiam senectutis, in eo multum
commendare fortasse superfluum quoniam hæc sunt exterioris hominis ornamen-
tum; quia tamen ex sanctitate procedunt intrinseca, bene sunt venerabiliter at-
H tendenda. Inde est quod alliciebantur homines ad regem amplius diligendum, et
intrinsecus movebantur ad gaudium ad solum exteriorem regis aspectum.

Rex divina favente gracia de manu gentium liberatus, treugas accepit et dedit,
et utrimque fœdere confirmato captivos catholicos qui tenebantur in Sarraceno-
rum carceribus liberavit. Sed ne Terra sancta propter ejus absenciam majori pe-
J riculo subderetur, et ut[9] incarcerati qui liberati non fuerant fidelius redderentur,
non est reversus in Franciam; sed pietate permotus et zelo fidei, per annos plures
remansit in Syria de consilio discretorum. In civitatibus desolatis firmabat muros,
formabat mores in populis, et inter cetera magnis sumptibus ædificavit Cæsaream
muris fortissimis in circuitu civitatis. Eodem modo Yopem et Sydonem et Achon
K muris fortissimis roboravit. Et dum moraretur in Yope ut muros ejus faceret for-
tiores, venit ad eum nuncius de terra Francorum nuncians obitum venerabilis
matris suæ. Qui naturali pietate compunctus, et ad memoriam revocans beneficium
nutrituræ, matris industriam et sollicitudinem regiminis qua viriliter et industrie
rexerat regnum ejus, passus est aliquid humanitus, modicum plorans super mor-
L tuo[d] secundum consilium sapientis. Et resolutus in lacrimas, coram altari flexis [d] Eccl. xxii, 11.

[1] *Cod.* fidei suæ munito.
[2] *Hanc libelli partem, non ad lectiones, sed ad sermonem paratam fuisse manifestum est.*
[3] *Cod.* cum quadratus.
[4] *Cod.* affectus.
[5] *Cod.* poterunt.
[6] Aspectum *supplevimus.*
[7] *Auctori anonymo consentit Johannes de Joinville :* Il paroit desur toute sa gènt dès les espaules en amont. *Vide tomum nostrum XX,* p. 226 c.
[8] *Cod.* spericum
[9] *Supplevimus* ut.

genibus, complosis manibus, ad Dominum loquebatur : « Gracias ago tibi, Do- A
« mine, super beneficiis tuis innumeris; et quia matrem dilectissimam, quam super
« omnes creaturas corporeas diligebam, mihi quamdiu tibi placuit commodasti,
« et in tuo beneplacito recepisti, sit nomen tuum in secula benedictum. » Et cessan-
tibus lacrimis atque suspiriis, secessit in suum oratorium, et accersito confessore
suo dixit pro eadem vigilias novem videlicet lectionum, mentis constantia lacrimas B
superans et lamentum. Et mortuæ non prohibuit graciam celebrando missas pro
ea quotidie[1] et impetrans devota suffragia plurimorum.

Ædificatis ergo muris Yopem et Sydonis, audivit a fidelibus nuntiis quod et
finibus tam Angliæ quam Allemanniæ regno Francorum periculum imminebat.
Mora contracta per annum ab obitu matris suæ, communicato consilio cum ba- C
ronibus et discretis, consensit in Franciam remeare, relictis cum domino legato
multis militibus et expensis in subsidium Terræ sanctæ, et usque ad navim cum
clero et populo prosequutus in hymnis et laudibus et lacrimis infinitis. De legati
licencia, pro se et suis ex speciali devotione fecit imponi navigio corpus Domini
Nostri Jhesu Christi, tabernaculum preciosum erigi faciens et ornamentis sericis D
et aureis operiri, collocans ibidem altare ubi quotidie, præter missam et canonem,
horas canonicas audiebat, et secundum quod congruebat diei, sacris vestibus in-
dutis sacerdotibus et ministris. Et cum prosperis ventis rex et socii ejus, tercia
nocte postquam a portu recesserant Achonensi, cum appropinquassent ad insulam
Cyprum, subito navis regis impegit in rupem quod lingulam[2] terræ vocant, quasi E
occultum lapidem induratum. Ibi navis semel et iterum collisa est, et cunctis eju-
lantibus nautæ penitus desperabant. Rex autem catholicus spem et fidem in Deo
concipiens, velut uxoris ac liberorum oblitus, coram Christi corpore prostratus
humiliter, Dominum precibus suppliciter obsecrabat ut sui gracia dignaretur
præsenti periculo subvenire. Et sic a naufragio meritis regis, ut credimus, sunt F
tam navis quam homines liberati. Navis enim virtute divina rupem sive lingulam
illam rupit, et viam per medium sibi fecit; nec a nautis inventum est quod rupta
fuerit carina navis vel in aliqua navis parte læsura[3].

Regrediens rex ad natalia de partibus transmarinis post moram diutinam et la-
bores multiplices, ubicumque transibat sollempniter et processionaliter recipie- G
batur a populo et a clero; ipse autem, prout bono modo poterat, honores sibi
exhibitos et gloriam declinabat. Primo ergo die quo post reditum civitatem Pari-
siensem intravit, parcens expensis populi, luminaribus et choreis quæ sibi videbat
impensius præparari, post prandium civitatem exivit, et ad manerium solitarium
quod Nemus dicitur, distans per leucam a civitate, divertit. Mutatus igitur in vi- H
rum alterum, diligenter vacans super custodiam regni sui, regnabat in justicia
judex æquitatis magis quam arbiter pœnæ; tam amore justiciæ quam timore pœnæ
faciebat cessare peccata. Dolebat autem ex intimis de regni sui prava consuetudine,
scilicet de juracionibus et blasphemiis Christo et sanctis ejus enormiter irrogatis;
et auctoritate domini Symonis, tituli sanctæ Cæciliæ presbyteri cardinalis, con- J
vocatis prælatis et principibus Franciæ, super hujusmodi juramentis et execratio-
nibus constitutum est edictum generale. Transgressores autem rex pœna con-
grua et satis horribili puniebat, vel intestinorum fœtentium appensionibus[4] ad colla
blasphemantium et enormiter jurantium, vel ferri candentis stigmatibus et cau-
teriis labiorum, ad peccati memoriam et aliorum exemplum. Dicebat etiam quod K
pœnam consimilem sustinere vellet dum tamen illicita juramenta de regno Fran-
corum extirpare posset.

Tandem post opera multa justiciæ, pietatis et misericordiæ, concepit ex devo-
tione præcipua propositum iterum transfretandi, et de consensu summi pontificis
domini Clementis hujus nominis quarti, tunc in Ecclesia præsidentis, congrega- L
tione sollempni facta Parisius, verbo proposito salutari, crucem assumpsit, et im-
petravit a summo pontifice mitti legatum in Franciam dominum Symonem, de

[1] *Cod.* cotidie, *hic et infra.*
[2] *Cod. hic,* ungulam; *inferius autem,* lingulam.
[3] *Rem aliter se habuisse testatur Johannes de Joinville, qui navis carinam graviter læsam fuisse narrat. Cf. tomum nostrum XX*, p. 283 d. e.
[4] *Cf. Johannem de Joinville, tomo nostro XX*, p. 203 a.

A quo dictum est, presbyterum cardinalem. Et prædicata crucis indulgencia, crucesignato rege cum tribus filiis et uxore, necnon et filia regina Navarræ cum rege marito suo, simulque copiosa prælatorum, baronum, militum et promiscuæ plebis multitudine, tempore oportuno navigio præparato conveniunt ad portum quem Aquas mortuas vocant, et sicut condictum fuerat ante Sardiniam congregantur.
B Ibi consilium est habitum quod antequam Syriam vel Ægyptum intrarent, regem Tunicii (si Dominus annueret) expugnarent. Audierat enim pius rex per sollempnes nuncios plures et missos altrinsecus ab altero ad alterum, regis Tunicii propositum quod disponebatur ad baptismatis sacramentum : satagebat enim christianus fieri, sed gentis suæ sævitiam formidabat, et eam tali modo poterat
C declinare si vellet rex cum suo exercitu illo ire. Suggerebatur etiam regi quo faciliter Tunicium et tota terra per consequens posset capi, et de thesauris qui continebantur ibidem Terræ sanctæ posset efficaciter subveniri, et soldanus Babylonius impediri, cum ex Tunicio solerent arma cum bellatoribus in Babiloniam gentilibus ad præsidium destinari.

D Applicuerunt igitur inter Tunicium et prope Carthaginem castra figentes, et post multos congressus castrum illud famosæ Carthaginis victoriosæ ceperunt, multa victualia nostris necessaria repererunt, hostes fidei peremerunt. Sed quasi post quatuor menses, dum maneret in tentoriis exercitus Christianus propter intemperiem aeris et defectum sanorum ciborum et dulcium aquarum penuriam,
E multi nostrorum graves ægritudines incurrerunt, et in fidei confessione consummati sunt. Inter quos mortuus est illustris comes Nivernensis dominus Johannes, filius pii regis; et postmodum disponente Domino, modico temporis interlapso, rex febre continua lecto decubuit infirmatus, et perceptis devotissime sacramentis, super stratum respersum cinere cruciformiter jacens, de hiis tantummodo cogi-
F tabat quæ ad Deum et ad exaltacionem Ecclesiæ pertinebant, gemebundus et quærens quomodo fides tam in Tunitio quam in Affrica plantaretur. Videns ergo quod transiret de hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, in finem dilexit eos[a], verba promens in mortis articulo dulciora super mel et favum. Invoca- [a] Joann. xiii, 1.
bat suffragia sanctorum, orationem de beato Dyonisio replicabat, et pro sibi com-
G misso populo beatum Jacobum obsecrabat, dicens : « Esto, Domine, plebi tuæ « sanctificator et custos, » et cetera quæ sequuntur. Et in hujusmodi beatum spiritum reddidit Creatori.

Sic preciosa margarita nunc thesaurizatur in cœlis, honoratur ab angelis, fruitur præsencia Trinitatis, digna thesauro regio, digna palatio, digna cœlo. O
H quantum in cœlo gaudium, quantus in terra luctus fidelium, quanta præcipue lamenta et gemitus egenorum! Plangebant promiscui sexus viri et feminæ sicut eis videbatur commune discrimen omnium et proprium singulorum. Sed ecce facta est læticia magna in populo cum post ejus transitum multa miracula claruerunt. Quædam ejus reliquiæ de sacrosancto ejus corpore, ut intestina ipsius et
J coctæ carnes ab ossibus separatæ, sepultæ sunt in Sicilia[1], fratre ejus rege Karolo procurante; ossa vero ipsius in Francia sunt relata, et apud Sanctum Dyonisium venerabiliter tumulata. Et miraculis ejus veraciter approbatis auctoritate summi pontificis domini Martini quarti, ascriptus est in sanctorum catalogo[2] cum beatis.

K O Christi confessor et martir merito, cujus animam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martirii non te credimus amisisse[3]. Rex sancte et venerabilis Ludovice, qui martirii desiderio tam affectu quam effectu, crucis titulo et indulgenciæ privilegio semel et iterum te signasti, fragilitatis nostræ defectus oculo respice pietatis, et tui præsidio patronatus nostros, pater, expone gemitus
L ante divinæ præsenciam Majestatis, ut exuti tunicæ mortalis onere, liberati concupiscenciæ carnalis inquietudine, tui simus participes bravii et coronæ, præ-

[1] *Cod.* Cicilia.

[2] *Cod.* carthologo. — *Martinum IV de inquisitione anno 1282 facta statuisse intelligas, non de canonisatione, quam anno 1297 a Bonifacio VIII pronuntiatam fuisse constat.*

[3] *Eodem modo conqueritur Johannes de Joinville quod beatus Ludovicus in martyrum numerum non relatus fuerit. Vide tomum nostrum XX*, p. 191 c. *Ibidem* (p. 303 c) *delenda vox* martirs.

stante Domino Jhesu Christo, cui cum Patre et Spiritu Sancto est omnis honor A
et gloria sine fine. Amen.

BREVIS CHRONICA

DE PROGRESSU TEMPORIS SANCTI LUDOVICI,

AUCTORE BERNARDO GUIDONIS.

Brevem hanc chronicam, post ampliorem beati Ludovici vitam, reperies[1] in quarta Speculi Sanctoralis parte, quam Bernardus Guidonis, Lodovensis episcopus, Johanni XXII summo pontifici anno M.CCC.XXIX obtulit. Inter cetera quæ ad beatum regem spectant hoc præsertim animadvertendum est natalem ipsius diem et annum, necnon ortus locum (de quo sæpius disputatum est) ab auctore nostro diligentius quam in Floribus chronicorum notatum fuisse. Cujus quidem emendationis auctoritas alias jam comprobata est[2]. Ad statuendam eamdem temporis notam plurimum confert additum Gotofridi Viterbiensis chronico fragmentum, quod ipsi Bernardi Guidonis opusculo subjungendum esse censuimus.

Beatus Ludovicus rex Francorum illustris, hujus nominis nonus, alterius Ludovici regis, viri justi, et reginæ Blanchæ nomine filius, natus fuit, in gaudium,
[a] 25 April. homo in mundo apud Pissiacum, in festo sancti Marchi[a], anno Domini M°CC°XIIII.
Hic defuncto præfato Ludovico patre suo apud Montem Pansserium in Alvernia, B
VII° Idus Novembris eidem successit in regno, ætatis annorum XIII, fuitque coro-
[b] 29 Nov. natus in regem Remis civitate, Dominica[b] prima Adventus Domini subsequenti, incarnationis Dominicæ anno M°CC°XXVI°.

Hic duxit uxorem Margaritam, filiam primogenitam Raymundi Berengarii, comitis Provinciæ, anno MM°CC°XXX°IIII°. C

Hic prima vice assumpsit signaculum sanctæ Crucis in subsidium Terræ sanctæ apud Pontisaram, de manu episcopi Parisiensis, cum tribus fratribus suis et multis magnatibus et prælatis regni sui, anno Dominicæ incarnationis M°CC°XLIIII°, ætatis suæ anno XXX°.

Hic cum duobus fratribus suis, scilicet Rotberto Atrabatensi et Karolo Ande- D
gavensi comitibus et uxoribus eorumdem, et cum militia multa valde, transfre-
[c] 19 Jun. taturus arripuit iter, exiens de Parisius feria sexta[c] infra octabas Penthecostes anno
Domini M°CC°XLVIII°. Deinde descendit transiens per Lugdunum et rippariam
[d] 25 Aug. Rodani ad mare in plaga quæ Aquæ Mortuæ appellatur, ubi die Martis[d] in cras-
tino beati Bartholomæi cum suis navem intravit; et inde progrediens, applicuit E
[e] 17 Sept. die Jovis[e] ante festum sancti Mathæi portui apud Nimocium in insula Cipri, ubi cum regina Margarita uxore sua yemavit; quod anno sequenti Alphonsius, frater regis, comes Pictaviæ, et Johanna, uxor ejus, pariter sunt secuti.

[1] Cod. lat. 5406, fol. 154 d. — [2] *Cf.* Mémoires de l'Académie des Inscriptions, t. XXVI, part. I.

A Hic quoque tempore verno, anno Domini M°CC°XLIX°, cum exercitu suo navi-
gans contra Sarracenos versus Ægyptum post Ascensionem Domini, versus Da-
miatam die Veneris[a] post festum Sanctæ Trinitatis apparuit eis terra Ægypti, et [a] 4 Jun. 1249.
post paululum Damiata civitas Sarracenorum fortissima et munita non longe a
fluvio Nili. Fixis autem tentoriis in litore Nili fluminis, aufugerunt territi Sarra-
B ceni, et civitatem munitissimam et victualibus refertam penitus reliquerunt. Capta
est autem civitas Damiata Dominica[b] post festum Sanctæ Trinitatis, ubi sanctus [b] 6 Jun. 1249.
rex stetit per æstatem cum exercitu christiano.

Hic sanctus Ludovicus, cum exercitu suo recedens de Damiata XX[a] die mensis
Novembris anno Domini prætaxato, processit contra Sarracenorum exercitum
C versus locum qui dicitur Almassora die Martis[c] ante Natale Domini; et certatum [c] 21 Dec. 1249.
est hinc et inde tam in flumine quam in terra, et multi ex Sarracenis corruerunt.
Tunc Rotbertus, comes Atrabatensis, frater regis, facta agressione quadam unde
bene ei successerat, suspicatus quod eodem cursu prima ultimis responderent,
ultra processit et villam occupat Almassoram; et incaute ibi existentibus christianis
D insiluerunt Sarraceni, et plurimos occiderunt, inter quos prædictus comes Atra-
batensis in manus hostium incidens, temporaliter est amissus. Infirmitas vero
multa orta est in exercitu christiano et defectus victualium; qua necessitate com-
pulsi rex et exercitus a prædicto loco recedere et ad partes Damiatæ redire decreve-
runt[1]. Quinta vero die mensis Aprilis[d], dum essent in itinere[2] revertendi, Sarraceni [d] An. 1250.
E christianum exercitum sunt aggressi, et regem cum duobus fratribus suis et ceteris
ceperunt, et multos alios occiderunt. Postmodo vero, habito cum soldano tunc
vivente tractatu, magna interveniente pecunia, videlicet octo millia bizantiorum
Sarracenicorum, rex cum suo exercitu liberatur, et Damiata dimittitur Sarracenis,
currente tunc anno Dominicæ incarnationis M°CC°L°.

F Hic quoque sanctus Ludovicus, anno Domini M°CC°LIIII° in mense Junii, rediit
in Franciam de partibus transmarinis, in quibus pro fide Christi dilatanda exe-
gerat septem annos.

Hic etiam sanctus Ludovicus, anno Domini M°CC°LXX°, cum tribus liberis suis et
multis magnatibus regni sui, insignitus signaculo sanctæ Crucis, non territus
G præteritis laboribus et expensis secunda vice iter arripuit transmarinum, veniens
ad mare apud Aquas Mortuas VI° kal. Julii, et in principio mensis ejusdem ipse et
sui incipiunt navigare. Eodemque mense, circa festum beatæ Mariæ Magdalenæ,
applicuerunt ad portum Cartaginis juxta Tunicium; et fixis tentoriis contra Tuni-
cium, obtenta prius Cartagine, pius rex infirmitate decumbens, in castris ante
H Tunicium feliciter migravit ad Christum in vigilia beati Bartholomæi, sicut de
die in cronica magistri Guillelmi de Podio Laurentii ita scribitur et habetur;
verumptamen felix ejus transitus recolitur et in kalendariis scribitur, necnon in
litera canonisationis ipsius describitur in crastino beati Bartholomæi apostoli
evenisse.

J Hic sanctus Ludovicus fuit sanctorum confessorum catalogo annotatus apud
Urbem Veterem III° Nonas Augusti per Bonifacium papam VIII, pontificatus sui
anno tertio, Dominicæ vero incarnationis anno M°CC°XCVII°, a felici vero ejus
transitu anno XXVIII.

[1] *Cod.* decrevit. — [2] *Cod.* in tinere.

FRAGMENTUM CHRONICI

ADDITUM CHRONICO GOTOFRIDI VITERBIENSIS,

QUOD DOMINUS ESTIENNOT DESCRIPSIT

E CODICE CARMELITARUM DISCALCEATORUM BURDEGALENSIUM[1].

Anno M.XCIX, capta est Antiochia et Iherusalem per Godefredum et christianos, A
et incepit ordo Cisterciensis per idem tempus, et ordo Templariorum et Præmonstratensium...

Anno M.C.LXV, natus est Philippus rex.

Anno M.C.LXX, quinta die post Natale Domini, quæ tunc erat feria IV, passus est beatus Thomas Cantuariensis. B

Anno M.C.LXXXVI, natus est Ludovicus rex, filius regis Philippi ex Elizabeth, et coronatus est anno ætatis suæ XXXVI.

Anno M.C.LXXXVII, amissa est terra Philistina capta a Saladino.

Anno M.C.XC, Philippus, rex Francorum, in festo beati Joannis Baptistæ aggressus est iter ad partes Iherosolymitanas, et in sequenti anno, videlicet M.C.XCI, capta C
est Acon ab eodem Philippo.

Anno M.CC.IV, Idus Aprilis, capta est Constantinopolis a Christianis.

Anno M.C.XCIX, obiit Ricardus, rex Anglorum.

Anno M.CC.XIIII, bellum de Bovinis VI calendas Augusti; et eodem anno XXVI die Aprilis, quæ fuit die Sabbathi, inter primam et tertiam[2], natus est rex Ludo- D
vicus, filius regis Ludovici ex Blancha.

Anno M.CC XIX, capta est Damieta a christianis.

Anno M.CC.XXIII, Philippus bonus rex obiit, et sequenti anno comes Campaniæ fecit novam monetam.

E CHRONICO ORDINIS PRÆDICATORUM,

AUCTORE GERALDO DE FRACHETO.

MONITUM.

Codex quidam optimæ notæ, olim a Jacobo Quetif pertractatus, nunc in Bibliotheca imperiali servatus[3], post libros V a fratre Geraldo de Vitis fratrum Prædicatorum conscriptos, breve ejusdem auctoris exhibet chronicon quo sui ordinis annales narrandos curavit. Doctissimo lectori subjicimus ultimam hujus chronici partem, quæ Bernardi Gui-

[1] E cod. lat. 12774, p. 380.

[2] *Id est* inter primam et tertiam horam noctis. *Is enim qui hanc temporis notam scripsit, diem Sabbati more ecclesiastico post occasum solis inchoavisse videtur, ita ut illi qui diei principium more civili post mediam noctem constituunt, scribere debuissent* XXV die Aprilis, quæ fuit die Veneris.

[3] Fonds des Jacobins Saint-Honoré, n° 64.

donis opuscula tomo præcedenti edita, haud inutili supplemento augere nobis videtur. Nonnulla suo loco notavimus quæ ab eodem chronico mutuatus Johannes de Columna, Mari historiarum coagmentanda curavit. Pauca denique addidimus fragmenta, e Vitis fratrum excerpta, quæ inter notas distributa sunt ne ipsius chronici series adventitiis turbaretur narrationibus.

A Celebratum est tertium capitulum generale, anno Domini M.CC.XXII, Parisius,
in quo electus frater Jordanis in magistrum, licet nondum complesset in ordine
duos annos et dimidium. Hic fuit Theutonicus de Saxonia, villa quæ dicitur
Borcberge[1], in diœcesi[2] Maguntina, oriundus. Hic cum esset scholaris Parisius et
probatus in theologia, cogitaverat in corde suo de hujusmodi vita fratrum quo-
B rum non habebat noticiam assumenda[3]. Veniente ergo fratre Reginaldo Parisius
et prædicante, ferventer vovit apud se ordinem intraturum. Habebat[4] autem apud
se fratrem Heinricum, qui fuit primus prior Coloniensis, juvenem utique ange-
licum, gratiosissimum in omnibus et præcipue in prædicatione, qui totam Uni-
versitatem Parisiensem multum commovit, de quibus[5] laudibus mira scripsit in
C libello quem composuit supradicto[6]. Hunc autem laboravit secum ad ordinem
trahere, et emisso prius voto de ingrediendo ordinem in manibus prædicti fratris
Reginaldi ab utroque, intraverunt ambo in die Cinerum, et receperunt habitum
dum in officio fratres cantarent : « Inmutemur in melius, » et cetera.
In diebus ejus, ordo fuit valde dilatatus in provinciis, in conventibus, in
D numero fratrum; et multi viri et excellentes in nobilitate et divitiis intraverunt.
Sub eo etiam fuerunt prius licentiati fratres Parisius ad legendum, et habuerunt
duas scholas. Intravit etiam frater Johannes de Sancto Ægidio, Anglicus na-
tione, magister in theologia, facto sermone prius. Fuerunt autem inter hujus
fratres ab illo tempore multi valde excellentis gratiæ et doctrinæ, sicut eorum
E scripta et memoria usque hodie manifeste declarat. Ipse est etiam qui induxit
consuetudinem de faciendis collationibus[7] Parisius scholaribus. Et sub eo etiam
inducta est consuetudo de cantando *Salve* post completorium. Sub eo etiam cele-
brata sunt duo capitula generalissima Parisius, in quorum ultimo factum est
statutum de silentio mensæ. Ejus tempore etiam[8], quatuor minores provinciæ
F coæquatæ sunt aliis octo in potestate quoad diffinitores et electionem magistri,
quod antea non habebant. Ipse etiam induxit consuetudinem, quam habent ma-
gistri ordinis, de mittendo litteras de capitulo generali. Scribebat enim fratribus
quos videre non poterat litteras dulcissimas, sanctæ consolationis et exhortationis
plenas; et modo omnibus, modo aliquibus provinciis, conventibus vel fratribus
G sic scribebat.
Sub eo etiam, anno Domini M.CC.XXXIII, translatum est corpus beati Dominici
ad locum honorabiliorem, et eodem anno est sanctorum catalogo aggregatus,
apud Perusiam, per papam Gregorium IX. In quo tempore, tanta gratia prædica-
tionis et mirabilium per fratres effusa est in Lombardia et alibi per fratres inde
H venientes quod totus mundus fere ex auditu stupebat[9].
Fuit autem magister iste multum notus et dilectus a domino papa Gregorio
prædicto et ab aliis curialibus, et gratiosus apud magnates et religiosos et clerum
et populum et universitates scholarium ubique, adeo quod vix poterant satiari

[1] *Rectius, ut videtur,* Borgentrick, in diœcesi Paderbornensi, *quæ ad metropolim Maguntinam spectat* (*Vide Bolland.* tomo II, Febr. p. 720). *Etenim fieri non potest ut fuerit* Teutonicus de Saxonia *qui natus est* in villa diœcesis Maguntinæ.

[2] *Cod.* diocesi, *alias* dyocesi. *Hæc et alia hujusmodi, quæ sigillatim notare longum fuisset, obiter emendavimus* (scola, scolaris, cathalogo, exhoneraretur, sompnis, optenta, cappellanus, opido, aput).

[3] *Cod.* assumendam.

[4] *Cod.* hebabat.

[5] *Rectius fort.* de cujus.

[6] *Paulo superius laudavit auctor libellum Jordanis* de initio ordinis qui sic incipit : « Filiis gratiæ et coheredibus gratiæ. »

[7] *Id est* sacrorum librorum lectionibus.

[8] *Cod.* et.

[9] *Cf.* Mare historiarum, p. 108 k — 109 a.

de verbis gratiæ quæ procedebant de ore ejus sive in sermonibus, sive in sanctis A collationibus quas habebat. Unde quando erat Parisius, incumbebat ei omnes sermones fratrum facere; et quando prædicabat alius, et sciebant eum scholares præsentem, vix volebant in fine recedere priusquam ipse aliquid diceret post alios.

Fuit autem ejus summum studium ordinem dilatare propter fructum animarum; propter quod totum se dabat ad trahendas personas bonas ad ordinem. Et B ideo immorabatur quasi semper in locis ubi erant scholares[1], et præcipue Parisius, nisi quando eum ire ad curiam oportebat. Erat autem illi consuetudo, quando erat Parisius, quasi omni die, quando non erat sermo, facere collationem novitiis, ad quam etiam alii majores libenter convenientes magnam consolationem et instructionem recipiebant in eis. C

Hic cum transisset mare ad visitandam Terram sanctam[2] et fratres, in regressu, cum festinaret in galea versus Neapolim ad prædicandum ibidem scholaribus, irruente tempestate, defunctus est versus gurgitem Sataliæ, anno Domini M.CC.XXXVI. Fratres vero Achonenses, illuc pergentes, corpus ejus beatum retulerunt in Achon, et in ecclesia sua honorifice sepelierunt. Plura vero alia de eo D scripta sunt in libri hujus tertia parte, nec tamen sufficienter, quia laus ejus et gratia a quocumque scriptore non posset facile comprehendi.

Anno Domini M.CC.XXXVIII, electus est Bononiæ in magistrum frater Raymundus de provincia Hispaniæ, Catalanus natione, oriundus de diœcesi[3].... villa quæ dicitur.... Hic fuit excellens doctor in jure canonico, in quo rexit Bononiæ. Hic E ordinem ingressus, assumptus est in socium a domino Johanne de Abbatis Villa, cardinali legato in Hispaniam, et inde transiens cum eo ad curiam, factus est familiarissimus et consiliarius secretus domino papæ Gregorio IX, et capellanus et pœnitentiarius ejus, et expeditor petitionum pauperum; et de ejus mandato compilavit decretales in volumen unum, quod hodie est in usu, cum essent per IIII F volumina distractæ.

Habuit autem se ita sancte et prudenter in curia, per omnia servans humilitatem ordinis et omnimodam honestatem, quod vix fuit unquam de curialibus vel de euntibus et redeuntibus ab illa curia qui de ipso bona non prædicaret, et ipsum virum sanctissimum reputaret. Cum autem papa vellet eum cogere ad reci- G piendum archiepiscopatum quemdam in terra sua, tam constanter sancta quidem rebellione restitit, quod revocavit papa coactionem quam ceperat, videns ejus tam contrariam voluntatem. Hic obtenta licentia, licet cum difficultate, ad propria recedendi a curia, propter suas debilitates et infirmitates quas incurrisse reputatur in parte propter labores et vigilias quas ibidem sustinebat et vitam H

[1] *De eodem argumento in vita beati Jordanis sic disseruit Geraldus de Fracheto.* Frequentabat autem civitates in quibus vigebat studium: unde Quadragesimam uno anno Parisius, alio Bononiæ faciebat. Qui conventus, eo ibi morante, apium alvearia videbantur, quamplurimis intrantibus, et multis exhinc ad diversas provincias transmissis ab eo. Unde cum venerat, multas faciebat fieri tunicas, habens fiduciam in Deo quod reciperet fratres. Multotiens autem tot ex insperato intrabant quod vix vestes poterant inveniri. Unde semel, in festo Purificationis, recepit ad ordinem prædictus magister XX et unum scholares Parisius, ubi fuit maxima effusio lacrimarum; nam fratres ex una parte flebant præ gaudio, et sæculares præ dolore de amissione seu separatione suorum. De numero istorum fuerunt plures qui post rexerunt in theologia in locis diversis. Inter quos fuit etiam quidam juvenis Theutonicus quem magister pluries repulerat propter nimiam juventutem; sed quia tunc cum aliis XX se miscuit, durum videbatur magistro ipsum repellere, cum circumstarent fere mille sæculares. Sed dixit coram omnibus subridendo : « Unus ex « vobis furatur ordinem nobis, » quod dicebat propter juvenem illum. Unde cum vestiarius non detulisset nisi XX paria vestium, oportuit quod fratres exuerent se, unus cappa, alius tunica, alius scapulari, quia non poterat vestiarius exire de capitulo propter multitudinem scholarium qui astabant. Tamen iste frater junior in tantum profecit quod post fuit lector et optimus prædicator. Item frequenter obligavit dictus pater bibliam suam pro solutione debitorum scholarium qui intrabant. (*Fonds des Jacobins Saint-Honoré, ms. 64*, p. 55.)

[2] *De beato Jordane Terram sanctam peragrante hæc alias narravit Geraldus de Fracheto :* Cum idem magister invitatus fuisset a Templariis ultra mare quod faceret collationem eis aliquam, sed nesciret nisi valde parum de gallico et ipsi essent Gallici, exposuit se libenter ad dicendum. Cum autem esset in quadam platea et ipsi ante illum, contigit quod ante oculos suos habebat murum altum quasi ad staturam hominis. Volens autem eis in principio dare intelligere quod, licet nesciret de gallico nisi parum, tamen confidebat quod ex uno verbo modico gallico intelligerent totam unam magnam sententiam, dixit sic : Si unus, inquit, asinus esset ultra murum illum et elevaret caput ita quod videremus unam auriculam ejus, jam omnes intelligeremus quod ibi esset unus asinus totus, ita quod per modicam partem intelligeremus totum. Ita accidit interdum quod si in una sententia magna dicatur unum verbum gallicum, per illud intelligitur tota sententia, licet alia sint theutonica. (*Fonds des Jacobins Saint-Honoré, ms. 64*, p. 78.)

[3] *Cod.* Hyspaniæ, Cathalanus, dyocesi, *omisso nomine diœcesis* (Barcinonensis) *necnon villæ sive potius castelli* (de Penna Forti) *ubi natus est Raimundus.*

A asperam quam ducebat, tempore suæ electionis, ubi tunc erat in conventu Barchilonensi, missi sunt ad eum multi priores provinciales, inter quos fuit unus dominus Hugo, qui tunc erat prior in Francia, postea factus fuit presbyter cardinalis[1], et alii magni fratres, ut eum inducerent ad officium recipiendum. Quibus, licet cum difficultate, timens de periculo ordinis, acquievit.

B Fuit autem vir maximæ perfectionis, paupertatis et humilitatis, et totius honestatis zelator maximus, et apponens curam maximam ut in minimis rigor ordinis servaretur. Hic est qui compilavit summam de Casibus, toti Ecclesiæ pernecessariam circa consilia salutis animarum. Per ejus etiam indulgentiam constitutiones nostræ redactæ sunt ad formam debitam, sub certis distinctionibus et titulis, in
C qua sunt hodie, quæ sub multa confusione ante habebantur.

Cum autem quasi per duos annos rexisset ordinem, sentiens sibi vires ad hujusmodi officium omnino deesse, tantum institit apud Bononiam in capitulo generali apud diffinitores, quod ejus cessionem receperunt. Super quo tanta turbatio orta est in ipso capitulo et per ordinem diffusa, quod dedit occasionem statuendi
D postea quod a diffinitoribus amodo non reciperetur magistri cessio, nisi ex causis ex quibus posset absolvi. Hic igitur pater in conventu fratrum de Barchinolia eligens commorari, licet infirmus et multum impotens adhuc vivit in omni sanctitate, religionis speculum, exemplar virtutum, consolatio provinciæ, zelator fidei propagandæ inter Sarracenos, magnæ auctoritatis apud magnates, consiliarius
E religionis[2].

Electus est Parisius in magistrum, anno Domini M.CC.XLI, frater Johannes, Theutonicus natione de Saxonia, diœcesi Osnaburgensi metropolis Coloniensis, de oppido quod dicitur Wildeshusen[3] oriundus. Hic antiquus in ordine valde fuit receptus. Hic prædicator egregius in multis linguis, theutonica, italica[4], gallica
F et latina, multum fructum fecit in diversis partibus prædicando. Propterea fuit ante multorum cardinalium socius, et pœnitentiarius in legationibus papæ. Et cum esset prior provinciæ in Ungaria, factus est episcopus Bosinensis[5]; sed postmodum per multam instantiam obtinuit a papa Gregorio cessionem; et nulla provisione retenta, ad fratrum humilitatem et consortium est reversus, manens
G inter illos tanquam unus ex illis. Factus est autem postmodum prior provinciæ in Lombardia, et de illo officio assumptus est in magistrum. Cum autem ipse præsens existens, ad refugiendum officium, pontificalem[6] vellet ordinem allegare, porrecta est e contrario littera papalis in qua mandabat[7] quod, cum esset absolutus a cura pontificalis regiminis et per consequens restitutus sub obedientia
H ordinis, debebat ordini in recipiendo officio obedire; per quam litteram compulsus fuerat ad recipiendum officium prioratus prædicti.

Hic fuit multum notus in curia papæ et etiam domini Friderici, et in diebus ejus ordo multum sublimatus est, et roboratus est in diversis et magnis privilegiis a curia concessis. Sub eo etiam dominus Hugo[8] factus est cardinalis, et fra-
J tres multi per loca diversa assumpti in episcopos, cum magna displicentia sua et fratrum qui vere ordinem diligebant[9]. Sub eo etiam cœperunt celebrari capitula generalia per diversas provincias, et ipse plures provincias quam alii magistri consueverunt visitavit. Sub eo etiam beatus Petrus factus est martyr[10].

[1] Hugo de Sancto Caro, *alias* de Sancto Theodorico, Sanctæ Sabinæ presbyter cardinalis.

[2] *Cf.* Mare historiarum, p. 111 h — 112 d. *Notandum est autem Raimundi de Penna Forti mortem eo loco commemoratam fuisse a Joanne de Columna, qui vitam ultra annum M.CC.LXXX produxisse videtur; cum e contrario eumdem adhuc superstitem laudaverit Geraldus de Fracheto, qui anno M.CC.LXXI (id est quadriennio ante Raimundum) e vivis excessit.*

[3] Wildeshausen (duché d'Oldenbourg).

[4] *Cod.* Ytalica.

[5] *Id est* de Bosnie.

[6] *Cod.* pontificale.

[7] *Rectius fort.* mandabatur, *nisi malueris verbo* mandabat *addere* papa.

[8] Hugo de Sancto Caro *supra laudatus.*

[9] *De J. Teutonico cf.* Mare histor. p. 117 c. d. e.

[10] *De aliis fratribus, qui circa idem tempus martyrium passi sunt, hæc paulo superius narravit Geraldus de Fracheto :* Anno Domini M.CC.XLII, nocte Ascensionis dominicæ, passi sunt in castro Avinioneti, in diœcesi Tholosana, fratres ordinis Prædicatorum a dicto papa [Gregorio IX] dati inquisitores, scilicet Willelmus et B. de Rupe Forti, et Garcian d'Aura; et de ordine fratrum Minorum Stephanus et Ramundus Carbonerii; et alii qui cum eis erant, scilicet R. archidiaconus Tholosanus, et prior Avinioneti, monachus Clusinus, cum tribus aliis servientibus, ibi ab hæreticis pro fide Christi et obedientia Romanæ Ecclesiæ, interfecti sunt cantando : « Te Deum laudamus. » (*Fonds des Jacobins Saint-Honoré, ms. 64*, p. 154.) *Hoc Petrus Coral anno præcedenti accidisse refert. Vide tomum nostrum XXI*, p. 165 j.

Cum autem esset inclusus cum aliis tempore electionis suæ Parisius, quidam A
frater obdormiens in orando vidit quod ipse ferebatur per claustrum in curru
igneo; et evigilans dixit fratri cuidam, « Talis erit magister; » quod postmodum
rei probavit eventus.

Sub regimine istius, multum laboratum est in curia quod ordo exoneraretur a
cura sororum; et licet super hoc bonæ licentiæ impetratæ fuissent, tamen tandem B
obtinuit quod illæ quæ sub cura ordinis jam erant remanerent in suo statu; sed
de recipiendo de novo alias cessaretur. Ejus quoque temporibus, cum curia esset
apud Lugdunum, sepulti sunt duo cardinales apud fratres, scilicet dominus Otto
Portuensis, ejus specialis amicus, et dominus Guillelmus Sabinensis, qui fuit
amicissimus ordinis et beati Dominici, ab initio familiaritate cum eo in curia C
papæ contracta. Horum primus cum esset sepultus jam apud fratres, et curia se
pararet, ut dicebatur, ad eundum Januam, secundus, qui fuerat amicissimus
illius defuncti, in somnis erat sollicitus, ut sibi videbatur, de habendo hospitium
apud Januam. Et ecce primus, apparens ei, dicebat : « Domine Guillelme, ne sitis
« sollicitus de hospitio apud Januam, quia hic habebitis hospicium mecum. » Quod D
et ipse narravit papæ et cardinalibus, et post paucos dies infirmatus est et mortuus,
et juxta eum in ecclesia fratrum sepultus[1]. Acciderat autem paucis ante diebus
quod, cum super sepulchri sui locum, in consecratione ecclesiæ fratrum, ipse
deberet consecrare crucem quæ erat ibi, et ungendo diceret[2] secundum ordinarium,
« Consecretur hoc templum, » dicebat « Consecretur hoc sepulchrum; » E
et sub illa cruce est sepulchrum suum. Dominus quoque Rainerus[3], ibidem moriens,
elegit sepulturam suam apud fratres; sed monachi quidam nigri, apud
quos manens mortuus est, præstiterunt impedimentum; et delatus est apud Cistercium.

Post multos igitur labores et longos diu perpessos in ordine, vir iste beatus, F
vitæ mundissimæ et valde innocentis, boni zelator et malitiæ persecutor, in omni
sanctitate migravit ad Dominum, apud Argentinam, ubi multotiens demoratus
fuerat et multa bona fecerat, anno Domini M.CC.LII; et sepultus est honorifice in
ecclesia fratrum.

Anno Domini M.CC.LIIII, electus est in magistrum in Ungaria, apud Bugdam[4], G
ubi, vivente adhuc magistro Johanne, fuerat assignatum capitulum ob devotionem
regis et reginæ, frater Humbertus, natione Burgundus, de diœcesi Viennensi,
villa quæ dicitur Romanis[5] oriundus. Hic cum adhuc juvenis missus fuisset
Parisius, cum rexisset in artibus ibidem, et post jus canonicum aliquanto tempore
audivisset, ingressus est ordinem antequam rediisset ad patriam circa annum H
Domini M.CC.XXV, prius domino Hugone cardinali, qui magister suus fuerat,
cum eodem in eodem proposito concurrente.

Orate pro me, si vobis est possibile.

[1] *Alteram ejusdem generis narrationem alias retulit Geraldus de Fracheto* : Cum christianissimus Francorum rex Ludewicus ad transfretandum se pararet in Aquis Mortuis, qui est portus optimus regni ejus, venerunt multi fratres ad conventum Montis Pessulani, loco illi propinquum, qui cum eo transire debebant. Inter quos frater Petrus Normannus, infirmus graviter, confessus generaliter, inunctus fideliter, Christi corpore recepto devote, cum jam super cineres, ut moris est decedentium, se poni fecisset, suppriorem, cui confessus fuerat, requisivit instanter. Qui cum venisset, quæsivit an infirmus alius ibi esset; ex nimia enim debilitate jam nichil videbat. Cum igitur se solum audisset, ait : « Karissime pater, dico vobis quod ostendit mihi Dominus « ad consolationem meam et fratrum, quibus dicere possitis post obitum meum. Modo cum in choro diceretis nonam, apertum est mihi cœlum et revelatum mysterium « beatissimæ Trinitatis, et certificatus sum de mea salute. » Modico igitur spatio temporis interjecto, dictus frater mortuus est et, ut creditur, cœli januam introivit. Hæc autem ipse supprior retulit et scripsit. (*Fonds des Jacobins Saint-Honoré, ms. 64*, p. 179.)

[2] *Rectius* dicere debuisset.

[3] Rainerus, Prædicator, Ecclesiæ Romane vice-cancellarius, mox episcopus Magalonensis, anno 1249 mortuus.

[4] Bude, *Hungariæ caput.*

[5] Romans, arrondissement de Valence (Drôme).

E NOTITIA PROVINCIARUM ET DOMORUM

ORDINIS PRÆDICATORUM

AUCTORE BERNARDO GUIDONIS,

ET ANONYMO EJUSDEM CONTINUATORE.

De hac Notitia sic disseruerunt doctissimi viri Quetif et Echard[a]: « Duplex hujusmodi notitia nobis servata est apud Bernardum Guido« nis; prima antiquior, sed generalis tantum, qua domus cujusque « provinciæ in globo tantum recensentur, excepta provincia Provinciæ « cujus domos sigillatim refert; altera est status ordinis ab anno M.CCC.III, « quo divisis quibusdam provinciis, auctus est earum numerus. » Quod quidem opusculum eo minus a nobis prætermitti decebat quod multa ejusdem auctoris scripta tomo nostro XXI jam edidimus. Inde innotescet non solum quantis apud nos auctibus creverit universus Prædicatorum ordo; sed etiam quænam fuerint monasteriorum quorumdam ac præsertim Pissiacensis conventus exordia. Editionem a viris jam laudatis olim vulgatam, nullo nobis codice succurrente, repetimus.

[a] Scriptores ordinis Prædicatorum, t. I, p. I.

A Notitia prima et antiqua ordinis.

Anno Domini M.CC.LXXVII, in capitulo generali Burdegalis celebrato erant conventus fratrum et sororum tot.

Chorus dexter.

1. In provincia Hispaniæ XXV erant con-
B ventus fratrum; duo monasteria sororum, quorum unum est in Calaroga, villa nativitatis beati Dominici, nobiliter fundatum. Habebat fratres defunctos miraculis coruscantes multos.

C 2. In provincia Franciæ conventus fratrum quinquaginta duo; monasteria sororum quatuor, unum in Monte Argis[1], ubi jacet domina Amicia; secundum fundavit rex sanctus Ludovicus Rotomagi, tertium sacerdos
D quidam in Lotaringia, et quartum comitissa Flandriæ in Insula.

3. In provincia Tusciæ conventus fratrum triginta duo; monasteria tria, in Urbe, in Florentia, in Pisis.

E 4. In provincia Teutoniæ conventus fratrum quinquaginta tres; monasteria seu claus-

Chorus sinister.

1. In provincia Provinciæ conventus fratrum quadraginta duo; monasterium sororum unum, scilicet Prulianum a beato Dominico fundatum.

2. In provincia Lombardiæ conventus fratrum XLVI; monasteria sororum tria, quorum unum est Sanctæ Agnetis (Bononiæ) a beato Dominico fundatum, aliud in Rivulis[2] (ad Florentiam[3]).

3. In provincia Ungariæ conventus fratrum triginta, monasteria sororum duo.

4. In provincia Angliæ conventus fratrum quadraginta.

[1] *Ed.* Monte Argil.
[2] *Id est* Ripoli *prope Florentiam; ed.* Revulis.

[3] *Voces* Bononiæ *et* ad Florentiam *a priscis editoribus, qui eas intra uncos posuerunt, additas fuisse conjicimus.*

tra sororum (prout ipsi Teutonici vocant) XL, quorum sex sunt in suburbio Argentinensi.

5. In provincia Poloniæ conventus fratrum XXXVI, monasteria sororum duo. In Cracoviensi jacet frater Jascon potens in mortuis suscitandis, et Vitus episcopus potens in miraculis patrandis.

6. In provincia Græciæ conventus fratrum septem, quorum unum est in Creta.

A

5. In provincia Daciæ conventus fratrum viginti octo, monasteria sororum unum tantum.

B

6. In provincia Terræ sanctæ conventus fratrum tres, scilicet in Achon, in Nicosia, in Tripoli.

In sequenti capitulo generali apud Mediolanum celebrato anno M.CC.LXXVIII, concessæ sunt domus provinciis : C

Hispaniæ duæ,
Tusciæ seu Romanæ una,
Teutoniæ duæ,
Poloniæ quæ et Boemiæ duæ.

Provinciæ duæ,
Lombardiæ duæ,
Ungariæ duæ.

D

Erant tunc omnes conventus ordinis numero quadringenti decem et septem.

Notitia specialis provinciæ Provinciæ,
ante divisionem factam anno M.CCC.III, ex eodem Bernardo Guidonis excerpta.

Anno Domini M.CCC.II, sic tenebant loca sua in capitulo provinciali prior provincialis et priores conventuales in provincia Provinciæ ordinis Prædicatorum : E

Prior provincialis.

A dextris.

Priores conventuales

1. Tolosanus. Primus prior sancti Romani appellatus beatus Dominicus anno Domini M.CC.XVI.

2. Montis Pessulani, anno Domini M.CC.XX.

3. Aniciensis, anno Domini M.CC.XXI.
4. Narbonensis.
5. Avenionensis.
6. Arelatensis.
7. Niciensis.
8. Perpiniani.
9. Sistaricensis[1].

10. Carcassonensis. Locus fuit datus a sancto Ludovico anno Domini M.CC.XLVII, conventus autem fuit ibi positus in capitulo provinciali Montis Pessulani anno Domini M.CC.LII. Primus prior institutus frater Ferrarius Catalanus; primus supprior, frater Lucas Figiacensis; primus lector, frater Petrus Regis de Fano Jovis.

11. Orthesiensis. Locus fuit receptus in capitulo provinciali Narbonensi anno Do-

A sinistris.

Priores conventuales.

1. Lemovicensis. Locus fuit receptus a fratre Petro Cellani, qui fuit socius beati F Dominici, missusque fuit illuc ab eodem de Parisius anno Domini M.CC.XIX. Hic fuit ibidem primus prior.

2. Baionensis M.CC.XXI. Hunc conventum acceptavit frater Pontius Samatano. G

3. Caturcensis.
4. Burdegalensis, anno Domini M.CC.XXX.
5. Massiliensis.
6. Petragoricensis; anno M.CC.XLI.
7. Valentinus. H
8. Biterrensis.

9. Agennensis. Conventus fuit positus in capitulo provinciali Montis Pessulani anno Domini M.CC.LII. Prior ibidem institutus, frater Guillelmus de Blavia; lector assignatus, J frater Galhardus de Ursi Saltu[2].

10. Alestensis.

K

11. Montis Albani, in capitulo provinciali L Lemovicensi, anno Domini M.CC.LIII.

[1] *Ed.* Cistaricensis. — [2] *Subjuncta est in editione gallica hujus nominis interpretatio* Orsault

A mini M.CC.L, sed conventus fuit positus in capitulo provinciali Lemovicensi anno Domini M.CC.LIII.

12. Figiacensis.

B

13. Castrensis. Locus fuit concessus per magistrum Humbertum et diffinitores capituli generalis anno Domini M.CC.LVIII; con- C ventus vero fuit positus in capitulo provinciali Massiliæ anno M.CC.LX. Primus prior, frater Petrus Hispanus, Lemovicensis; primus supprior, frater Elias de Brivia, Lemovicensis.

D 14. Condomiensis, anno Domini M.CC.LXI.

E

F 15. Brageriacensis. Locus fuit receptus in capitulo provinciali Narbonensi anno Domini M.CC.LXII; conventus vero fuit positus in capitulo provinciali Avenionensi anno M.CC.LXIIII. Primus prior frater Wilhel- G mus de Sancto Asterio; lector assignatus frater Jo. de Chastant, Lemovicensis.

16. Albenaci. Conventus fuit positus in capitulo provinciali Lemovicensi anno Domini M.CC.LXVI. Primus prior ibidem institu- H tus frater Guillelmus Vitalis; primus lector assignatus frater Guillelmus Petri Astoaldi.

J 17. Aurasicensis. Conventus fuit ibi positus in capitulo provinciali Montis Pessulani anno Domini M.CC.LXXI. Primus prior ibidem institutus frater Guillelmus Petri de Gigondacio; primus lector assignatus frater J Petrus Hysmisolis.

18. Rivensis. Ad promovendum locum Rivensem fuit assignatus vicarius frater R. de Ponte in capitulo provinciali Narbonæ anno M.CC.LXXII. De loco isto fuit commis- K sum duobus prioribus ad inquirendum in capitulo provinciali Caturcensi anno M.CC.LXXIII. Locus fuit acceptus, et frater P. Bertrandi, Castrensis, vicarius positus in capitulo provinciali Tolosæ anno M.CC.LXXIIII. Conventus L fuit ibi positus in capitulo provinciali Perpiniani anno M.CC.LXXV. Prior ibidem institutus frater R. de Ponte; lector assignatus frater R. Hunaudi.

12. Tarasconensis. Conventus fuit positus in capitulo provinciali Avenionensi anno M.CC.LVI. Prior ibidem institutus frater Galhardus d'Orsault.

13. Nemausensis.

14. Brivensis. Vicarius fuit assignatus loco Brivensi frater Bernardus de Cella, Lemovicensis, et fratres in capitulo provinciali Tolosæ anno Domini M.CC.LXIII, sed ante erant ibi ad promovendum locum. Conventus fuit ibi positus in capitulo provinciali Avenionensi anno M.CC.LXIIII. Prior ibi institutus frater P. de Plavis; lector assignatus frater Joannes de Montecuto[1], sed non venit nec legit; idem frater Petrus fuit prior et lector simul.

15. Sancti Emiliani. Locus receptus in capitulo provinciali Narbonensi anno Domini M.CC.LXII; conventus vero fuit positus in capitulo provinciali Montis Pessulani, anno M.CC.LXV. Prior ibidem institutus frater G. de Arsis; lector assignatus frater Guillelmus Aosterit.

16. Appamiensis. Huic loco promovendo fuerunt assignati fratres Peregrinus et Guillelmus Blanc in capitulo provinciali Biterrensi anno Domini M.CC.LXIX; conventus vero fuit positus in capitulo provinciali Sistaricensi[2] anno M.CC.LXX. Prior ibidem institutus frater Guillelmus Garini de Fano Jovis; lector assignatus frater P. Durandi.

17. Morlanensis. Locus concessus fuit in capitulo generali Viterbii anno M.CC.LXVIII; locus vero fuit receptus in capitulo provinciali Caturcensi anno M.CC.LXXIII. Prior ibidem institutus frater B. de Villa; lector assignatus frater G. Arnaldi de Malo Leone.

18. Aquensis. Ad promovendum locum Aquensem fuerunt assignati fratres Guillelmus Bernardi et Hugo Blanquerii in capitulo provinciali Narbonensi anno Domini M.CC.LXXII. Locus fuit receptus in sequenti capitulo provinciali Caturcensi M.CC.LXXIII, vicarius ibidem assignatus frater R. Magistri. Conventus vero fuit positus in sequenti capitulo provinciali Tolosæ M.CC.LXXIIII. Prior ibidem institutus frater Ricardus; lector assignatus frater R. Magistri.

[1] *Rectius fort. de* Monte Acuto. — [2] *Ed.* Cistaricensi

19. Grassensis. Ad promovendum domum Grassensem fuit assignatus vicarius frater B. de Portali in capitulo provinciali Narbonensi anno Domini M.CC.LXXII. Locus fuit acceptus in capitulo provinciali Tolosæ M.CC.LXXIIII, et vicarius ibidem positus frater Guillelmus Dominici. Conventus autem fuit ibi positus in capitulo provinciali Perpiniani M.CC.LXXV. Prior ibidem institutus frater Petrus Hysmisolis; lector assignatus frater Joannes Armolli de Monte Pessulano.

20. Amiliavi. Locus fuit receptus in capitulo provinciali Castrensi anno Domini M.CC.LXXIX. Vicarius ibidem positus frater Guillelmus de Rupe de Monte Pessulano. Conventus vero fuit positus in capitulo provinciali Carcassonensi M.CC.LXXXII. Prior frater Bernardus Garini, Narbonensis; lector assignatus frater P. de Bayraco.

21. Sancti Severi. Conventus fuit positus in capitulo provinciali Carcassonensi anno Domini M.CC.LXXXII. Prior ibidem institutus frater Petrus de Salva Terra, lector assignatus frater Odo de Marcino.

22. Ruthenensis. Anno Domini M.CC.LXXXIII erant ibi fratres ad promovendum locum, ut moris est. Conventus fuit positus in capitulo provinciali Perpiniani M.CC.LXXXIIII. Prior ibidem institutus frater Joannes de Veyreriis, Caturcensis; lector assignatus frater Guillelmus Aymerici, Tolosanus.

23. Lectorensis. Locus fuit concessus conditionaliter in capitulo provinciali Condomiensi anno Domini M.CC.LXXXV, scilicet si fratribus ad hoc missis illud videretur expediens. Conventus vero fuit positus in capitulo provinciali Burdigalensi, post generale ibidem, anno MCCLXXXVII. Prior ibidem institutus frater Petrus de Tapia; lector assignatus frater Petrus de Labatut[2].

24. Cauquiliberi. Locus fuit receptus et conventus ibi positus ad petitionem regis Majoricarum in capitulo provinciali Appamiensi anno Domini M.CC.XC. Prior ibidem institutus frater P. Mivisse; lector assignatus frater Jacobus de Arulis, qui postmodum transivit ad prædicandum gentibus.

25. Sancti Maximini. Locus fuit datus ordini, simulque conventus positus per dominum Bonifacium papam VIII, petente et procurante, imo totum faciente domino Ka-

19. Altavillaris. Locus fuit receptus et A
conventus similiter positus in capitulo provinciali Perpiniani anno Domini M.CC.LXXV. Prior ibidem institutus frater Arnaldus de Pontiaco, Condomiensis; lector assignatus frater Ro. Guillelmi de Villa Franca. B

C

20. Albiensis. Ad promovendum locum fuerunt assignati fratres in capitulo provinciali Perpiniani anno M.CC.LXXV. Locus fuit receptus et conventus ibi positus in capitulo provinciali Agennensi M.CC.LXXVI. Prior ibi- D
dem institutus frater Bernardus de Bociacis; lector assignatus frater Guillelmus Andreæ de Marologio.

21. Marologii. Locus fuit receptus in capitulo provinciali Montis Pessulani anno Do- E
mini M.CC.LXXVIII. Vicarius factus frater Joannes de Balmellis; pro lectore assignatus frater Petrus de Frayssenero. Conventus vero fuit ibi positus in capitulo provinciali Massiliæ M.CC.LXXXI. Prior ibidem institutus fra- F
ter Joannes de Balmellis, lector assignatus frater Joannes Gobi, Alestensis.

22. Diensis. Locus fuit receptus et ad promotionem ejus fratres assignati in capitulo provinciali Perpiniani anno Domini G
M.CC.LXXV. Conventus vero fuit ibi positus in capitulo provinciali Carcassonæ M.CC.LXXXII. Prior ibidem institutus frater Jacobus de Upasio; lector assignatus frater Petrus Tardini[1]. H

23. Podii Cerdani. Locus fuit receptus, et conventus similiter positus ad petitionem domini regis Majoricarum in capitulo provinciali Biterrensi anno Domini M.CC.XCI. Prior ibidem institutus frater Bernardus Guillel- I
mus de Villa Franca; lector assignatus frater Guillelmus Pagani.

24. Sancti Gaudentii. Locus fuit recep- K
tus in capitulo provinciali Brivensi anno Domini M.CC.XCII; vicarius ibi positus frater Arnaldus de Morlanis, sed ante quasi per duos annos erant ibi fratres ad promotionem loci. Conventus vero fuit ibi positus in capitulo L
provinciali Carcassonæ M.CC.XCIII. Prior ibidem institutus frater Bernardus de Campo Bernardi; lector assignatus frater Ademarius de Sancto Paulo.

M

[1] *Rectius fort.* Tardivi. — [2] *Edit.* Labacut.

A rolo II, rege Siciliæ. Prior fuit ibi institutus per eumdem dominum papam frater Guillelmus de Tonenth, sed minime præfuit ibi. Quo absoluto, factus fuit prior frater Radulphus de Fonte Seniorum, Sistaricensis[1].
B Frater Petrus de Alamanone, episcopus Sistaricensis, ex commissione sibi facta a summo pontifice, instituit ibi subpriorem, et assignavit fratres. Anno Domini M.CC.XCV, in capitulo provinciali Castrensi in festo sancti
C Joannis Baptistæ celebrato, venit rumor et littera præfati domini episcopi Sistaricensis ad provincialem et diffinitores continens veritatem.

Notitia altera status Ordinis[2] qualis erat anno M.CCC.III[3].

D . . . .
. . . .

II. Tolosana.

Anno Domini M.CCC.III, in generali capitulo Bisontino, fuit confirmata constitutio quæ in præcedentibus duobus capitulis inchoata fuerat et approbata : quod
E provincia Provinciæ divideretur in duas hoc modo, videlicet quod conventus Tolosanus, Carcassonensis, Appamiensis, Castrensis, cum ceteris versus Lemovicam, Burdegalam et Baionam, cum monasteriis sororum interclusis, sint una provincia, et vocetur provincia Tolosana, et teneat primum locum in choro sinistro; conventus vero Montis Pessulani, cum Narbonensi, Biterrensi, et tribus conventibus
F de dominio regis Majoricarum, et conventibus Amiliavi, Podiensi, Albenacii, Marologii, Alestensi, Nemausensi, et conventibus qui sunt ultra Rhodanum, cum monasteriis sororum interclusis, sint alia provincia, et provincia Provinciæ nominetur, et teneat locum in choro dextro post provinciam Aragoniæ.

G Conventus hi erant in provincia Tolosana, et priores juxta antiquitatem cujusque conventus sic sedebant in capitulis provincialibus.

Chorus dexter.

1. Tolosanus erectus anno M.CC.XVI.

H

2. Baionensis anno M.CC.XXI. Hic fuit mutatus de sinistro choro ad dextrum in capitulo provinciali Montis Albani anno M.CCC.III.

3. Burdegalensis circa M.CC.XXX. Hic fuit
J mutatus de sinistro choro ad dextrum in capitulo provinciali jam laudato.

4. Carcassonensis anno M.CC.LII.

5. Orthesiensis anno M.CC.LIII.

K 6. Figiacensis anno M.CC.LIIII.

Chorus sinister.

1. Lemovicensis, ubi venerunt primitus fratres a beato Dominico de Parisius destinati anno Domini M.CC.XIX, paulo ante Quadragesimam.

2. Caturcensis, qui cœpit, ut æstimo ex auditu, anno Domini M.CC.XXV.

3. Petragoricensis, ubi venerunt primitus fratres anno Domini M.CC.XLI vel circa : scilicet frater Joannes Balistarius, Lemovicensis, locum accepit.

4. Agennensis anno M.CC.LII.

5. Montis Albani anno M.CC.LIII.

6. Castrensis Sancti Vincentii anno M.CC.LX. Hic fuit mutatus de choro dextro ad sinis-

[1] *Ed.* Cistaricensis, *hic et infra.*

[2] *Ejusdem notitiæ nonnulla fragmenta edidit Martene* (Ampliss. coll. t. VI, p. 539) *hoc titulo inscripta :* « Numerus monasteriorum monialium ordinis fratrum Prædicatorum. » *Auctoris autem nomen apud Martene non apparet.*

[3] *Addit eo loco Echard :* « Post erectionem sex novarum provinciarum ex divisione totidem antiquarum ex « Bernardo Guidonis, qui singulas cujusque domus enu« merat aliquando per regna, aliquando juxta ordinem « quo earum priores in comitiis provincialibus sedebant, « scilicet juxta antiquitatem erectionis cujusque. »

7. Condomiensis anno M.CC.LXIII.
8. Brageriacensis anno M.CC.LXIIII.
9. Appamiensis anno M.CC.LXX. Hic fuit mutatus de sinistro choro ad dextrum cum supra laudatis.
10. Rivensis anno M.CC.LXXV.
11. Albiensis anno M.CC.LXXVI. Hic fuit mutatus de sinistro choro ad dextrum cum supra laudatis.
12. Rutenensis anno M.CC.LXXXIIII.

13. Sancti Gaudentii anno M.CC.XCIII, et hic mutatus de sinistro choro ad dextrum cum supra laudatis.

trum in capitulo provinciali Montis Albani A
in festo sancti Michaelis anno M.CCC.III.
7. Brivensis anno M.CC.LXIIII.
8. Sancti Emiliani anno M.CC.LXV.
9. Morlanensis anno M.CC.LXXIII.
B
10. Alti Villaris anno M.CC.LXXV.
11. Sancti Severi anno M.CC.LXXXII. Hic fuit mutatus de dextro choro ad sinistrum cum supra laudatis. C
12. Lectorensis anno M.CC.LXXXVIII. Hic fuit mutatus de dextro choro ad sinistrum cum supra laudatis.
D

Sequentes postea et etiam alia manu additi.

14. Sancti Juniani, ubi fuit datus locus fratribus, et prima missa ibidem celebrata anno Domini M.CC.XCII, die tertia mensis Novembris. Conventus vero positus in capitulo provinciali Appamiensi M.CCC.X, et in dextro choro locatus.
15. Belvidere. Et hic concessus in capitulo generali Florentiæ M.CCC.XXI.
16. Limosi. Hic fuit erectus conventus circa M.CCC.XL.
17. De Bagneriis diœcesis Tarbensis. Hic concessus fuit in capitulo generali Podii in Velaunis anno M.CCC.XLIV.
18. Rebelli, cujus erectionem quidam referunt ad annum M.CCC.LXVIII.
19. De Genisacco diœcesis Burdigalensis. Hic fuit acceptatus in capitulo generali Romano anno M.D.XXX.

13. Sancti Geruntii diœcesis Coseranensis, ubi fuit locus datus fratribus, et prima missa celebrata ibidem in vigilia beati Matthæi E
apostoli et evangelistæ, anno Domini M.CCC.IX. Conventus vero fuit positus et receptus in capitulo provinciali Appamiensi anno M.CCC.X, et in sinistro choro locatus.
14. Marciaci. Hic fuit concessus in capi- F
tulo generali Florentiæ anno M.CCC.XXI.
G
15. Portus Sanctæ Mariæ. Hic fuit concessus in capitulo generali Londini habito anno M.CCC.XXXV.
16. De Fano Jovis. Hic fuit erectus circa M.CCC.XLIV. H
17. Mali Vicini. Hunc dicunt erectum circa M.CCC.L.
18. Regulæ, gallice *La Réole*, quem certum [est] longe ante annum M.D erectum. J
19. Quillanus. Hic jam erectus erat anno M.D.XXX.

Monasteria sororum in provincia Tolosana anno M.CCC.III hæc tria sola erant.

1. Prulianum in diœcesi tum Tolosana, quod incepit fundari a beato Dominico K
anno Domini M.CC.VI.

2. Monasterium[1] Pontis Viridis in Condomio, diœcesis Agennensis, quod incepit fundari primitus anno M.CC.XC. Sorores vero tredecim de monasterio Pruliani fuerunt illuc adductæ et positæ anno M.CC.XCIII[2] circa festum sancti Michaelis. Prima ibidem priorissa fuit[3] soror Blanca de Burdegalis. Patrona et fundatrix I
monasterii[4] fuit domina Vienna.

3. Monasterium[5] Sancti Pardulphi in diœcesi Petragoricensi, cujus locus ædi-

[1] Monasterium *deest apud Echard*
[2] *Martene*, M.CC.LXXX... M.CC.LXXXIII.
[3] Fuit *deest apud Echard*
[4] Monasterii *deest apud Echard*
[5] Monasterium *deest ibidem*

A ficatus prius ut poneretur et esset ibi conventus sanctimonialium fœminarum de bonis dominæ Margaretæ, vicecomitissæ Lemovicensis, filiæ ducis Burgundiæ, datus fuit pro sororibus Pruliani actore magistro Gerardo de Malo Monte anno M.CC.XCI ab exordio computando. Sorores vero sex de monasterio Pruliani fuerunt illuc adductæ, et positæ in festo translationis sancti Dominici, quæ[1] illo anno simul
B in eodem die concurrit cum festo Trinitatis, anno Domini M.CC.XCIII. Prima ibidem priorissa fuit soror Fina de Aragone.

III. FRANCIA.

In provincia Franciæ hoc ordine sedebant in capitulis provincialibus priores.

	Chorus dexter.	Chorus sinister.
C, D	1. Parisiensis, ubi fratres missi a beato Dominico de Tolosa Parisius primitus advenerunt pridie Idus Septembris anno Domini M.CC.XVII, et domum sibi juxta hospitale Beatæ Virginis ante fores Parisiensis episcopi conduxerunt. Anno subsequenti M.CC.XVIII, data fuit fratribus domus Sancti Jacobi a magistro Joanne decano Sancti Quintini et Universitate Parisiensi, quam intraverunt ad habitandum VIII Idus Augusti.	1. Lugdunensis, anno M.CC.XVIII.
E	2. Remensis, anno M.CC.XIX.	2. Metensis, anno M.CC.XIX.
	3. Pictaviensis, anno M.CC.XIX.	3. Aurelianensis, ubi fuerunt primitus missi fratres de Parisius, anno M.CC.XIX.
	4. Bisuntinus.	4. Rotomagensis.
	5. Andegavensis.	5. Insulensis, anno M.CC.XXIIII.
F	6. Senonensis.	6. Claromontensis Arvernorum.
	7. Rupellensis.	7. Gandavensis, anno M.CC.XXVIII.
	8. Leodiensis.	8. Sancti Quintini in Veromanduis.
	9. Cenomanensis.	9. Carnotensis.
	10. Trecensis.	10. Lingoniensis.
G	11. Cadomensis.	11. Dinanensis.
	12. Belvacensis.	12. Cathalaunensis.
	13. Atrebatensis.	13. Lausanensis.
	14. Brugensis.	14. Valencenensis anno M.CC.XXXIII.
	15. Virdunensis.	15. Montis Relaxi.
H	16. Divionensis, anno M.CC.XXXVI.	16. Bituricensis.
	17. Altissiodorensis, ubi fuit domus concessa in capitulo generali Bononiæ anno M.CC.XL.	17. Constantiensis in inferiori Normania.
	18. Ambianensis anno M.CC.XLIII.	18. Turonensis.
J	19. Bergensis.	19. Tullensis.
	20. Pontensis.	20. Nannetensis.
	21. Lexoviensis.	21. Matisconensis.
	22. Compendiensis.	22. Genevensis, ubi fuit domus concessa anno M.CC.LXIII.
K	23. Duacensis.	23. Iprensis.
	24. Kemperliensis.	24. Belveariensis.
	25. Pruvinensis.	25. Poliniacensis.
L	26. Ebroicensis. Dominus Philippus episcopus fundavit et fuit patronus, et introduxit conventum anno M.CC.LXXVIII in Conversione sancti Pauli.	26. Sancti Joannis Angeliaci.
	27. Blesensis.	27. Guingapensis.
	28. Gratianopolitanus.	28. Engolisnensis.
	29. Fontiniacensis.	29. Nivernensis, ubi fuit fundatus locus

[1] *Martene*, quod

30. Xantonensis.
31. Sancti Adomari.
32. Chamberiaci.
33. Burgensis in Bressia.

conventualiter anno M.CCC.V, Dominica in A
Quinquagesima.

30. Argentomensis.
31. Montis Meliani.
32. Anessiaci.
33. Montis-Bosonis. B

Monasteria sororum hæc erant.

1. De Monte Argivo[1] juxta Senonas.
2. Sancti Matthæi juxta Rotomagum.
3. Apud Methim.
4. Apud Vivarium juxta Sarborc. C
5. Apud Insulam in Flandria.
6. Apud Lausannam.
7. Monasterium[2] de Pissiaco prope Parisius.

Quod incepit fundari in honorem[3] gloriosissimi confessoris beati Ludovici, regis D
piissimi, quondam regis Francorum, a domino rege Philippo tam insigniter quam
regaliter et potenter anno Domini M.CC.XCVII, audita canonizatione sancti Ludovici
piissimi regis Francorum, quondam avi sui, qui apud Pissiacum natus est in hoc
mundo et sacrum baptisma suscepit. Natus est vero in festo beati Marci evange-
listæ anno M.CC.XIIII, coronatus autem fuit in regem Dominica prima Adventus E
anno M.CC.XXVI, ætatis vero suæ anno XIII[4], quem completurus erat in sequenti festo
sancti Marci evangelistæ; crucem autem Domini[5] assumpsit pro primo passagio
transmarino anno M.CC.XLIIII, ætatis vero suæ anno[6] trigesimo jam completo. Trans-
fretavit autem prima vice anno Domini M.CC.XLVIII, cum jam trigesimum quartum
annum attigisset ætatis. Rediit autem inde, exacto jam septennio inter moras, F
anno M.CC.LIIII. Transfretavit secunda vice anno Domini M.CC.LXX, ubi et pertransivit
mare præsentis seculi, in exercitu Domini, in castris apud Tunicium, octavo Ka-
lendas Septembris anno Domini prætaxato, ætatis vero suæ anno quinquagesimo
septimo. Fuit autem canonizatus et sanctorum confessorum catalogo annotatus
per Bonifacium VIII papam, tertio Idus Augusti Dominica die[7], in Urbe Veteri, G
pontificatus sui anno secundo[8], anno Domini M.CC.XCVII.

« Philippus, Dei gratia Francorum rex, dilecto nobis in Christo fratri Guillelmo,
priori provinciali in Francia ac totius ordinis vicario generali, salutem. Cum
nos in honore gloriosissimi confessoris beati Ludovici avi nostri, regis Fran-
corum, quoddam monasterium sororum inclusarum ordinis vestri apud Pyssiacum H
construi faciamus, bonis regalibus fundandum juxta munificentiam regiam et
dotandum; cujus monasterii curam venerabilis pater frater Nicolaus, tunc magis-
ter ordinis, nunc vero sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis, de con-
silio et consensu definitorum ac totius capituli generalis anno Domini M.CC.XCVIII
Metis celebrati, precibus nostris humiliter annuens, devote suscepit eo modo quo J
alia monasteria talium sororum vestro ordini sunt annexa; et cum oporteat,
maxime in principio, tales eligere personas quæ sciant legere et cantare, et quæ
talem habeant corporis valitudinem quod possint onera religionis portare ac
servare observantias consuetas, et quæ in posterum recipiendas in moribus et scien-
tia et debito religionis verbo et exemplo efficaciter doceant et informent; et quia K
prædictæ personæ de facili haberi non possent, nisi inquisitione præhabita dili-
genti ac probatione sequenti, quod non credimus melius nec convenientius fieri
quam per fratres ordinis, qui ad hoc debent specialiter adhibere diligentiam ef-

[1] *Edit.* Monte Argino.
[2] Monasterium *deest apud Echard.*
[3] *Martene,* honore.
[4] *Sic habet Martene; male autem apud Echard,* decimo quarto.
[5] Domini *deest apud Martene.*
[6] Anno *deest apud Echard.*
[7] *Martene,* dicto die.
[8] Secundo *deest apud Echard. Quæ proxime sequuntur de monasterio Pissiaci ibidem desiderantur.*

A ficacem; discretionem vestram requirimus et rogamus attente, quatenus ad inquirendum personas prædicto modo idoneas centum vel circa, infra clausuram competentem probandas per annum in habitu sæculari, de discretorum fratrum consilio fratres maturos, religiosos et discretos per obedientiam deputetis, et illas quas* invenerint idoneas redigant in scriptis, et nobis et vobis asportare curent,
B cum certitudine relaturi de conditionibus personarum. Datum Pontisaræ, die Dominica[a] in crastino beati Johannis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono. » [a] 30 Aug. 1299.

Prædictus autem modus non fuit taliter observatus, sed ad ædificia ibidem regaliter ac magnifice construenda et promovenda interim est processum.

C Anno Domini M.CCC.IIII, fuerunt sorores de aliis monasteriis Franciæ nostri ordinis assumtæ, et illuc adductæ et positæ, ac inclusæ de mandato magistri ordinis fratris Aymerici, ad instantiam devotam præfati domini regis Philippi, qui magistro ac generali capitulo Tolosano speciales super hoc litteras destinavit. Primus prior sororum fuit positus frater Reginaldus de Albiniaco, paulo post gene-
D rale capitulum Tolosanum, anno Domini prætaxato.

XVI. PROVINCIA.

In provincia Provinciæ sic sedebant priores anno M.CCC.III in capitulo provinciali.

In dextro choro.

1. Montis Pessulani, anno M.CC.XX.

E

2. Narbonensis, anno M.CC.XX, unde fratres expulsi ad tempus aliquod discesserunt.

F 3. Massiliensis.
4. Valentinus.
5. Pirpiniani.
6. Sistaricensis[1], anno M.CC.XLVII.
7. Tarasconensis anno M.CC.LVI.
G 8. Albenacii, anno M.CC.LXVI.
9. Aquensis, anno M.CC.LXXIIII.
10. Marologii, anno M.CC.LXXX.
11. Amiliavi, anno M.CC.LXXXII.
12. Podii Cerdani, anno M.CC.XCI.
H 13. De Genolhaco, ubi habita licentia recipiendi locum a Bonifacio papa VIII anno magnæ indulgentiæ M.CCC, paulo post fuerunt illuc missi fratres; conventus vero fuit positus in capitulo provinciali Marologii
J anno M.CCC.V.
14. Draguiniani, ubi a papa habita licentia recipiendi locum, qui fuerat Saccatorum, fuit receptus locus in capitulo provinciali in Aquis celebrato anno M.CCC.III;
K conventus vero fuit positus in capitulo provinciali Marologii anno M.CCC.V.

In sinistro choro.

1. Aniciensis, alias dictus Podiensis Beatæ Mariæ.
2. Avinionensis, unde tempore obsidionis civitatis, quæ fuit anno Domini M.CC.XXVI, discesserunt ad tempus, qui illuc venerant antea quasi per annum, ut audivi.
3. Arelatensis.
4. Niciensis.
5. Biterrensis, anno M.CC.XLVII.
6. Alestensis, anno M.CC.LI.
7. Nemausensis, anno M.CC.LXIII.
8. Aurasicensis, anno M.CC.LXXI.
9. Grassensis, anno M.CC.LXXV.
10. Diensis, anno M.CC.LXXXII.
11. Cauquilibri, anno M.CC.XC.
12. Sancti Maximini, M.CC.XCV.
13. Tolonensis, ubi habita prius licentia recipiendi locum a domino Benedicto papa XI, fuit locus receptus in capitulo provinciali in Aquis celebrato anno M.CCC.IIII; conventus vero fuit positus in capitulo provinciali Marologii anno M.CCC.V.
14. De Buxo, ubi fuit receptus locus et simul conventus positus per priorem provincialem Guillelmum de Lauduno, de licentia et auctoritate Clementis papæ V, Dominica secunda[2] anno M.CCC.X.

In codice Lingonensi adduntur hi postea erecti, sed ante M.CCC.XLV.

15. Claromontensis Lutevorum.
16. Barchinoniæ.

15. Carpentoratensis.

[1] *Ed.* Cistaricensis. — [2] *Aliquid eo loco aut omissum aut corruptum est.*

Monasteria sororum hæc erant anno M.CCC.III. A

1. In Aquis[1], Provinciæ civitate, quod olim primo fuit in Massilia prope fratres (hoc est in suburbio[2]), et illuc primo fuerunt perductæ sorores quatuor de monasterio Pruliani circa annum Domini M.CC.LXXXVIII, et annis paucis permanserunt: deinde in Duranna prope Aquis, anno quasi uno. Demum dominus Carolus, rex B Siciliæ, inde transtulit eas in melius in Aquis, in loco qui fuerat Saccatorum, anno Domini M.CC.XCII, ubi fundavit et ædificavit et dotavit regaliter. Prima istarum sororum priorissa; dum adhuc erant in Massilia, fuit soror Matheudis[3] de Forcalquier.

2. In Monte Pessulano est alterum (sed longe dissimile) monasterium Pruliani, C ubi cœpit locus primitus promoveri in capitulo provinciali Avinionensi in festo beatæ Mariæ Magdalenæ celebrato anno Domini M.CC.LXXXVIII. Sorores autem undecim de majori Pruliano fuerunt illuc adductæ et positæ anno M.CC.XCV infra octavas Ascensionis Domini, et frater Bernardus Grandis fuit per fratrem Petrum de Mulceone priorem provincialem prior institutus. Prima ibidem priorissa fuit D soror Pros Renadina[4].

E BREVIARIO HISTORIARUM

LANDULPHI DE COLUMNA, CANONICI CARNOTENSIS,

ET ANONYMA EJUSDEM CHRONICI CONTINUATIONE.

MONITUM.

Landulpho de Columna, canonico Carnotensi, qui Carolo IV, Francorum rege, regnante florebat, inceptum historiarum Breviarium, quia morte fuit præventus, ad finem perducere non licuit. Cum enim de Philippo IV ejusque filiis scripsit, ab instituta rerum narratione digressus est ut eorum regum annales quos fusius se descripturum sperabat, brevissima quadam prælocutione attingeret. Multum autem abest ut eo unde declinaverat reversus, propositum opus ad sua usque tempora producere potuerit. Illius prælocutionis fragmentum a Philippo Labbe jampridem editum[a], hic iterum vulgare decrevimus, primam præponentes prooemii partem, necnon ea quæ de Ludovico IX et Philippo III præfatus est Landulphus de Columna.

[a] Biblioth. mss. t. I, p. 659.

Accedunt denique loci nonnulli e quadam Breviarii continuatione hinc inde excerpti, quos nullo plerumque vinculo inter se junctos esse non miraberis, siquidem rerum seriem interruptam relinquere maluimus quoties ipsa Bernardi Guidonis verba ab anonymo continuatore surrepta recantare oportuisset.

[1] *Martene*, monasterium de Aquis.
[2] *Voces* hoc est in suburbio *quæ apud Martene desunt, ab aliis editoribus additas fuisse conjicimus.*
[3] *Martene*, Machendis.
[4] *Ib.* Pros Renardina; *nomen corruptum, ut nobis videtur.*

Tres adhibuimus codices numeris quidem 4912, 4913 et 9670 in Bibliotheca imperiali, litteris autem A, B, C, brevitatis causa, in nostris annotationibus signatos. Multas amanuensium mendas sustulimus quas sigillatim carpere longum fuisset; has autem quantulicumque sint momenti, satius est subjectis exemplis[1] breviter perstringere.

A Sanctissimo patri ac domino suo domino Johanni, Dei gratia sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo pontifici, suus humilis et devotus servus Landulphus de Columpna, canonicus Carnotensis, cum omni devotione pedum oscula beatorum, et sic sanctam Ecclesiam regere ut Regi regum valeat complacere.

B Cum historiarum multitudinem jugi scrutinio meditor, et contingentium, post creationem primi hominis et mundi propter hominem, pelagus intenta[2] meditatione revolvo, scriptorumque varietatem et librorum recenseo infinita volumina, mentem occupat quidam[3] diffidentiæ torpor, et animus refugit a notitia et investigatione gestorum..... Et quia sub brevibus in præsenti opusculo series rerum
C gestarum describitur, Breviarium historiarum hunc librum nominare decrevi...

....

Ludovicus, prædicti regis filius, XLIIIus rex Francorum, incepit regnare anno Domini M.CC.XXVI, et regnavit annis XLIIII. Hic sanctus est, annumeratus catalogo sanctorum. Hic mortuus est Tunicii in servitio Jesu Christi, habuitque ex uxore
D sua Margarita, filia Raymundi Berengarii, comitis Provinciæ, nobilem prolem, scilicet: Ludovicum primogenitum, qui obiit juvenis; Philippum, qui ei successit in regnum; Petrum, comitem Nivernensem, et Robertum, comitem Claromontensem; et Ysabellam, quæ nupta fuit regi Navarræ Theobaldo; et Blancam, quæ nupsit Ferrando, filio regis Castellæ. Huic successit filius ejus Philippus.

E Philippus prædicti sancti regis Ludovici filius, XLIIIIus rex Francorum, cœpit regnare anno Domini M.CC.LXX, et regnavit annis XV. Hic reversus de Tunicio cum sacro corpore patris sui, et sacro corpore in monasterio Sancti Dyonisii ecclesiasticæ tradito sepulturæ, Remis solenniter inungitur et coronatur. Hic de Ysabella, filia regis Arragonum duos filios habuit Philippum et Karolum, quorum primus
F regnavit post eum. Memorata vero Ysabellis, dum reverteretur in Franciam cum viro suo de passagio transmarino, die Mercurii[a] ante festum Purificationis beatæ Mariæ Virginis diem clausit extremum; et dictus Philippus secundam duxit uxorem, scilicet Mariam, filiam ducis Brabantiæ, ex qua genuit unum filium nomine Ludovicum, qui fuit postea comes Ebroycensis, et unam filiam nomine Ysabellam,
G quam postmodum rex Angliæ Edoardus senior sibi matrimonio collocavit. Præfatus quoque Philippus, dum innumerabilem exercitum in Arragoniam duxisset[4] contra Petrum de Arragonia, tunc regem Arragonum sed a regno depositum, in dicto exercitu in Perpiniano[5] moritur; delatumque fuit de Pirpiniano corpus ejus Parisius, et in monasterio Sancti Dyonisii solenniter tumulatum. Cor vero ipsius
H in ecclesia fratrum Prædicatorum Parisius est sepultum. Cui successit ejus filius Philippus.

Philippus igitur, prædicti regis Philippi filius[6], dictus Pulcher, XLVus rex Francorum, incepit regnare anno Domini M.CC.LXXXV, et regnavit annis XXIX. Hic inunctus est et coronatus in regem anno Domini M.CC.LXXXV. Hic[7] adhuc patre vivente
J duxit uxorem Johannam[8] filiam et heredem Henrici regis Navarræ, ex qua genuit

[a] 28 Januar. 1271.

[1] Ad orthographiam tantum spectat hoc mendarum genus, id est *milia, Alamania, Normania, Cenomania, superadidit, inhita, cathalogus, yemavit, yems, Ytalia, Ytalici, hystoria, deffendere, peccunia, derrupta, reddiens, refferunt, martir, Cicilia, insecuntur, cisma*, et alia hujusmodi.

[2] *Cod. A*, intencta.

[3] *Cod. A*, quidem.

[4] *Codd. B, C*, duxeret.

[5] *Ibid.* Parpiniano.

[6] *Hic incipit Labbæi editio, in qua desunt voces* igitur prædicti regis Philippi filius.

[7] Hic *ibidem deest.*

[8] *Ibid.* duxit Joannam

Ludovicum primogenitum, quem adhuc vivens fecit[1] in regem Navarræ coro- A
nari, data sibi filia ducis Burgundiæ in uxorem, anno Domini M.CCC.VII. Item, ex
eadem genuit Philippum et Carolum, qui duas sorores germanas, filias comitis Bur-
gundiæ et comitissæ Atrebatensis, duxerunt postmodum in uxores anno prædicto
Domini M.CCC.VII. Item, ex eadem genuit Robertum, qui in pueritia mortuus fuit,
fuitque sepultus in monasterio dominarum de Poissiaco. Item, ex eadem genuit B
filiam pulcherrimam et sapientissimam nomine Ysabellam, quam duxit postmodum
in uxorem junior Edoardus[2], rex Angliæ, filius Edoardi senioris. Hic corpore et
animo pulcherrimus fuit, honestissimus in moribus[3], et ultra humanum modum
extitit omnibus gratiosus. Flandrenses quoque[4] rebellantes licet cum magno[5] la-
bore compescuit. Edoardum seniorem, regem Angliæ, in Vasconia et in multis C
aliis regni Francorum[6] partibus novos motus meditantem, sua prudentia et stre-
nuitate cessare coegit, et ipsum sua sapientia per affinitatem ad[7] amicitiam obli-
gavit. Palatium mirificum Parisius construxit, et totum regnum suum mirabi-
libus maneriis[8] et ædificiis venustavit, et catholicæ fidei verus piusque zelator
Templariorum abominabilem perfidiam confudit atque destruxit. Apud Poissia- D
cum[9] locum dominarum pulcherrimum et solemnissimum construxit, et verus
religionis amator fratribus Prædicatoribus, Minoribus, et Sancti Augustini multa
bona et eleemosynas magnas fecit, et erga ecclesias et pia loca regni sui devotione
promptus multas immunitates et privilegia concessit eisdem. Decessit[10] anno Do-
mini M.CCC.XIIII, die beati Andreæ apostoli, et apud Sanctum Dyonisium extitit, E
ut decuit talem ac tantum principem, solenniter tumulatus: cui successit filius
ejus Ludovicus[11].

Ludovicus, prædicti regis Philippi filius[12], XLVI^us^ rex Francorum, incepit reg-
nare anno Domini M.CCC.XIIII, et regnavit anno uno, et mensibus VI, diebus VII.
Hic post adepta regni insignia, nobilissimam[13] et sapientissimam dominam Cle- F
mentiam, filiam olim Karoli Martelli, filii regis Siciliæ et sororem regis Hungariæ,
duxit uxorem, cum qua pauco tempore regnavit; sed immatura morte præventus,
apud Sanctum Dyonisium more regio extitit magnifice tumulatus. Cui successit
frater ejus Philippus.

Philippus igitur, dictus Magnus, quia[14] magnus fuit corpore atque pulcherrimus G
animoque prudens atque magnificus, XLVII^us^ Francorum rex, incepit regnare anno
Domini M.CCC.XVI et regnavit annis V, mensibus VI, diebus XXVIII. Hic quoque ju-
venis ætate, sed[15] sapientia et eloquentia senex, negotium electionis summi ponti-
ficis, sibi a fratre commissum direxit prudenter, et ad finem gratum debitumque[16]
perduxit, circa quod negotium ejus prudentia et fides extitit per totum collegium H
cardinalium mirabiliter commendata. Hic motus conjuratorum qui jam plurimum
invaluerant in multis regni Francorum partibus, suis viribus prudentiaque com-
pescuit[17], et Flandrenses jam novos motus meditantes viriliter[18] sapienterque seda-
vit. Hic nobilissimam et sapientissimam dominam dominam[19] Johannam, filiam
comitis Burgundiæ et comitissæ Atrebatensis, duxit uxorem, ex qua duas filias pro- J
creavit, quarum unam duci Burgundiæ, aliam comiti Flandriæ conjugio copu-
lavit: cumque pro sua justitia, munificentia, fide, pietate, morumque mirabili
gravitate, omnibus esset acceptus, in sexto regni sui anno, volente[20] Domino qui
omnem carnem mortis subjecit[21] imperio, post longam et tædiosam ægritudinem
viam universæ carnis est ingressus, et apud Sanctum Dyonisium more regio[22] tu- K

[1] *Codd. B, C,* qui adhuc vivens fecit eum.
[2] *Codd.* Odardus, Oddoardus.
[3] *Edit.* honestissimis moribus.
[4] *Ibid. deest* quoque.
[5] *Codd. B, C,* maximo.
[6] Francorum *deest in edit.*
[7] *Edit.* prudentia per affinitatem et.
[8] *Ibid.* innumerabilibus manubiis.
[9] *Cod. A,* Poyssaycum.
[10] *Codd.* decessit quoque.
[11] *Voces* cui successit filius *etc. in codd. B et C desiderantur.*
[12] *Voces* Ludovicus prædicti regis Philippi filius *desunt in edit.*
[13] *Codd. B, C,* notabilissimam.
[14] *Codd. B, C,* qui; *edit* quod.
[15] *Iidem codd.* et *pro* sed.
[16] *Ibid. deest* debitumque.
[17] *Ed.* composuit.
[18] *Ibid.* humiliter.
[19] *Vocem* dominam *sæpe iterabant.*
[20] *Codd. B, C, male* lente.
[21] *Edit.* subjicit.
[22] *Cod. B,* regum.

A mulatus; cui successit frater ejus Carolus[1] xlviii[us], qui nunc regnat. Sed quo-
niam non potest[2] vivens tuto et sine trepidatione laudari, qui et de præterito
meminit se habere quod doleat, et de futuro videt sibi superesse quod timeat,
non est consuetudinis scripturarum viventium principum gesta describere[3]. Uti-
lius est enim hominis magnæ memoriæ laudem dare quam vitæ, quando nec lau-
B dantis adulatio nocet nec laudatum temptat elatio. Laudare quippe debemus post
periculum, prædicare securum. Laudare debemus navigantis felicitatem, sed cum
pervenerit ad portum; laudanda est ducis virtus, sed cum perducta est ad trium-
phum. Prædicti ergo regis inclyti qui nunc feliciter regnat (cujus regnum et vi-
tam longæva feliciaque Deus faciat!) et jocunda gesta nec tegat silentium et scri-
C benda suo tempore reserventur[4]. . . . .

Dictus pontifex[a] anno M.CC.XXXIII, commisit officium inquisitionis fratribus [a] Gregorius IX
Prædicatoribus in partibus Tholosanis et aliis.

Subsequenti anno[b], [III] nonas[5] Junii, fuit eclipsis solis magna. Item, eodem [b] 1239.
anno, in festo sancti Jacobi, fuit iterato, sed minor[6], tempore dicti imperato-
D ris[c]. . . . . [c] Frederici II.

Quo in tempore[d], Ludovicus rex Franciæ contra comitem Marchiæ et Ango- [d] 1242.
lismæ Acquitaniam venit, et post multas obsidiones et bella, comes cum uxore
sua, regina Angliæ, et filiis ad pedes regis venit, et homagia multorum domi-
niorum Alphonso, comiti Pictaviæ, fratri regis, quictavit. Rex vero Angliæ a ba-
E ronibus Acquictaniæ desertus in Angliam remeavit.

Eodem tempore, Tartari, Poloniam et Ungariam, utramque Armeniam, Ruciam
et Alapiam vastant, et usque ad fines Germaniæ pervenerunt. Cum autem time-
rent, responsum habuerunt et dictum est eis per deos : « Ite securi, quia spiritus
« dissidii et incredulitatis et discordiæ præcedunt vos. » Sicque factum est; ante
F enim introitum eorum rex, principes, clerus et populus dissidebant. Ideo in in-
troitu eorum se parare nolebant; et cum Tartari se diffundebant per regnum,
Ungari timore confusi fugerunt, et multa millia Ungarorum sunt occisa.

Innocentius quartus in cathedra Petri sedit anno Domini M.II.C.XLIII, annis XII.
Hic anno secundo sui pontificatus cum cardinalibus, et prælatis cisalpinis Lug-
G duni concilium celebrans ab Imperio per diffinitivam sententiam deposuit Frede-
ricum, præsentibus Baudoyno imperatore Constantinopolitano et comitibus Tho-
losano et Provinciæ.

Dicti pontificis tempore, Ludovicus rex Francorum, anno videlicet II.C.XLVIII,
postea sanctus, cum tribus fratribus suis cruce signatur. Qui per mare navigans ap-
H plicuit portui insulæ Cypri, ubi hiemavit. Græcique in Cypro schisma abjurant,
et multi Sarraceni convertuntur. Inde misit rex duos fratres ordinis Prædicatorum
ad regem Tartarorum cum ornamentis ecclesiasticis ut eum ad fidem invitarent;
sed venientes ad regem Tartarorum, in nullo profecerunt[7]. In sequenti vero [anno,]
dictus Ludovicus, postea sanctus, veniens Damiatam, littora Nili plena Sarracenis
J invenit defendentibus sibi terram. Sed eos cum balistis fugavit et terruit, adeo
quod civitatem munitissimam liberam dimiserunt fugientes : quam rex et sui mi-
rantes intraverunt, et æstate et sequente hieme tenuerunt. Consequenter rex cum
exercitu contra soldanum Babiloniæ egreditur, dictum sequendo alveum; verum
Sarraceni, præliari cum eo formidantes, transitum præcluserunt. Sed Robertus fra-
K ter regis, suspicans quod eodem cursu ultima responderent primis, in quadam
aggressione villam occupat Almossoram, ubi Sarraceni plurimos peremerunt chris-
tianos. Inter quos frater regis fuit perditus, nec inventus.

[1] *Codd. B et C*, frater ejus Karolus. *Additur subinde :* Si ulterius cupis scire genealogiam regum Francorum, vide eorum gesta ad quæ te remitto. Nuncque ad seriem et ordinem historiæ, a qua, pro scribenda per ordinem historia regum Franciæ, diu divertimus, redeamus. *In iisdem vero codicibus desiderantur ea quæ ad Carolum IV pertinent.*

[2] *Ed.* posset.

[3] *Pro his quæ sequuntur habet editio :* Prædicti ergo regis, qui nunc feliciter regnat, cujus regnum et vitam longa feliciaque Deus faciat, gesta scribenda suo tempore reserventur. Finis.

[4] *Ad ea nunc accedimus quæ ab anonymo quodam Landulfi de Columna interrupto operi superaddita sunt.*

[5] *Codd. male,* nonas *pro* III nonas.

[6] *Non* eodem anno *sive* anno 1239, *sed* anno 1245 *solem die 25 Julii defecisse constat.*

[7] *Codd.* profuerunt.

Consequenter exercitus regis tantis fuit subjectus infirmitatibus quod ceci[1] et A
alii armis non usi assumebantur ad excubias[2] et diurnas custodias, loco ægrotantium dominorum. Quidam Sarraceni præsentientes, regem insequuntur, et in quodam loco interclusum cum fratribus suis Karolo et Alphonso capiunt, et alios plures interficiunt, et plures retinent captivos. Sed tractatu facto[3] cum soldano, rex cum captivis magna interveniente pecunia liberatur, et Damiata redditur Sar- B
racenis; propter quam pecuniam soldanus fuit postea a suis interemptus vassallis, et Damiata dirupta, ne ad manus iterato perveniret christianorum. Rex vero ad civitatem rediens Aconensem, fere quinquiennio illis mansit in partibus multaque [castra] munivit, et captivos plurimos [redemit[4]. . . . .]

[a] Innocentii IV. Dicti pontificis[a] tempore et anno M.II.CC.L, rex Danorum ab Abel, fratre juniori, C
suffocatus in mari ut regnaret pro eo; sed idem Abel, sequenti anno regni sui, Frisones subjugare volens, fuit ab eisdem interemptus. . . . .

[b] Ludovico IX. Dicto rege[b] de prædictis reverso partibus ultramarinis, suo filio copulat et desponsat in uxorem Ysabellam, regis Arragonum filiam. Qui quidem rex Arragonum quicquid juris habebat in civitatibus Carcassonensi, Biterrensi, Aurelianensi[5] et D
diocesi Mimatensi perpetuo quittavit[6], et vice versa rex Franciæ quicquid juris habebat in comitatibus de Besandu, Empuriarum[7], Rocilhionis, Barchinonis[8] et Cathaloniæ remisit et quittavit. . . . .

Illomet tempore, in diocesi Andegavensi[9], quidam cupidine motus peregrinum beatæ Mariæ interfecit, cujus interfectoris cultellus, quamvis frequenter extersus, E
arena confricatus et aqua lotus, sanguinem stillare non desiit, quousque Romipeta inventus sepultus est et homicida suspensus[10]. . . . .

Alexander quartus in cathedra Petri sedit annis sex cum dimidio. . . . .

1255 Eodem anno[c], apud Anagniam in ecclesia majori canonizavit sanctam Claram ordinis Minorum. . . . . F

[d] 1259. Eodem anno[d], inter reges Franciæ et Angliæ pax inita fuit, expresso interveniente germani dicti regis Angliæ (scilicet Richardi regis Alamanniæ) et sororis[11], suorumque genitorum[12] et principum, et sui regni Angliæ prælatorum consensu; et deliberavit, quittavit perenniter jus omne quod in ducatu requirebat Normanniæ et comitatibus Andegaviæ, Cenomanniæ, Turoniæ et Pictaviæ ac eorum feu- G
dis, magno dato auri cumulo per regem Franciæ dicto regi Angliæ, quem e vestigio in parem Franciæ ut Acquictaniæ ducem dictus Francorum rex recepit. Moxque dictus Angliæ rex, scilicet Henricus, principum et prælatorum utriusque regni in conspectu, cum juramento fidelitatis, pro Burdegala, Bayona et terra Vasconiæ, ac ceteris quæ de Lemovicensi, Petragoricensi, Caturcensi, Agenensi H
et Xanctonensi episcopatibus, rex Francorum tunc Ludovicus ei superaddidit, homagium fecit. Et si uspiam, unde nunc tenet rex Franciæ ducatum Acquictaniæ quæreretur[13], dicitur pro eo quod dudum (licet requisiti) reges Angliæ dictum facere homagium renuerunt; ob quam causam jus privat quemlibet fidelitatem et homagium suo facere domino recusantem. Nam fidelitas, reverentia et J
famulatus principi et regi suo debentur[14], etiam secundum theologos.

Eodem anno, in Tuscia Genenses freti auxilio Manfredi, tunc regis Siciliæ, Florentinos et Lucanos conjuncti[15] Senensibus intrantes bello vincunt, in quo de Florentia et Lucana plusquam VI. M. hominum corruerunt.

[e] Ottacarus II. Anno Domini M.II.C.LX, rex Boemiæ[e], regem Ungariæ terram suam intrantem, K
in bello superavit, rege Ungariæ vulnerato, Ungaris terga vertentibus, licet rex

[1] *Sic in codicibus; minus autem probabile est cæcos in excubiis positos fuisse; fortasse corrigendum* coci : *quæ lectio cum his vocibus quæ proxime occurrunt in fine ejusdem sententiæ* (ægrotantium dominorum) *facilius quam* cæci *conciliari posse tibi videbitur.*

[2] *Cod.* assumebant ad scubias

[3] *Cod.* subito *pro* facto.

[4] *Supplevimus* castra *et* redemit.

[5] *Cod. 4913*, Aurelian.. *cod. autem 9670*, Aurelien... *superaddita compendii nota; ibi fortasse corruptum nomen agnoscere licet* pagi Lauriacensis.

[6] *Pars ultima sententiæ deest in cod.* 9670.

[7] *Cod. 4913 male*, Conpuriarum.

[8] *Cod. 4913*, Barchinonie.

[9] Lugdunensi, *apud. Guill. de Nangiaco.*

[10] *Codd.* sepultus et homicida sepultus.

[11] *Hic laudatur* Eleonora Leicestriæ comitissa, Simoni de Monte Forti nupta.

[12] *Id est* filiorum.

[13] *Cod. 4913*, quereret.

[14] *Codd.* debetur

[15] *Vox incerta.*

A Ungariæ[a] diversarum nationum et paganorum habuerit[1] circiter millia equitum quadraginta..... [a] Bela IV.

Anno sequenti[b], Edoardus, regis[2] Angliæ primogenitus, fracto juramento facto Symoni de Monte Forti comiti Leicestriæ[3], de custodia libere exivit, et post dies aliquos conserto[4] bello comitem ipsum et filium ejus Henricum cum pluribus B baronibus interfecit. [b] 1265.

Eodem anno, Jacobus, rex Arragonum, Murciam[5], civitatem Sarracenorum, regi Castellæ tributariam[6], expugnavit et cepit.

Eodem anno[7], rex Franciæ Ludovicus cum multis nobilibus et plebibus iterum crucesignatur contra Sarracenos.

C Eodem anno, Tholosæ prope sepulcrum sancti Saturnini quatuor sanctorum sepulcra inventa sunt, Nonis Octobris, scilicet Silvii, Hylarii, Honorati et Pauli martyris[8].

Eodem anno, verno tempore, Karolus, frater Ludovici, regis Francorum, ut quæ ab Urbano contra Manfredum[9] cœpta fuerant executioni mandarentur, non veri-D tus insidias in mari sibi positas, navigans venit Romam, in vigilia[c] Penthecostes, [c] 23 Maii 1265. et accepta senatoria dignitate mansit ibi toto æstivo tempore. Cui frater ejus Ludovicus rex de Francia et Provincia exercitum misit bellatorum, coronatusque fuit in regem Siciliæ in Epiphania Domini[d] cum domina Beatrice consorte sua. [d] 6 Januar. 1266.

Iste papa ad monasterium Sancti Ægidii in Provincia misit sanctum Georgium E sub bulla[10] per sex cardinales, scilicet episcopum Albanensem, duos presbyteros et tres diaconos, per summum pontificem ad hoc missos.....

Sequenti anno, scilicet M.II.C.LXXI, Alphonsus, comes Tholosæ, et Johanna uxor ejus, filia quondam Raymundi, ultimi comitis Tholosani, ambo VII dierum spatio sine liberis obierunt, sicque comitatus Tholosanus exconditus[11] ad regem Franciæ F devolutus est.....

Nicolaus tercius in cathedra Petri sedit annis duobus, mensibus VIII, minus IIII diebus; vacavit Sedes mensibus sex. Parum ante sui promocionem, per aliquos dies flumen Tyberis Romæ excrevit suos transcendens alveos, sicque cunctis cernentibus erat formidandum; nam supra altare Beatæ Mariæ Rotundæ per IIII et amplius G excrevit pedes.....

Hic summus pontifex palatium sancti Petri multum augmentavit et quamplurima ædificia fieri faciens, juxta illud pratellum inclusit et fontem ibidem fluere paravit, celerique[12] successa hora mortis præventus decessit. Post cujus mortem Hanibaldenses partem dominii urbis Romæ, invitis Ursinis habuerunt, ita quod ex H pacto inter eos habito, pro parte Hanibaldensium unus, pro parte Ursinorum alius in Capitolio senatorum officium gerentes fuerunt constituti. Sub quorum regimine multa homicidia plurimæque dissensiones et alia mala[13] plurima fuere, tam in urbe quam in ejus districtu, perpetrata.....

Hic[e] pontificatus sui anno primo et anno Domini M.II.C.XCV, statuit festa apo- [e] Bonifac. VIII. J stolorum quatuor evangelistarum et quatuor doctorum, Ambrosii, Augustini, Jeromini et Gregorii, sub honore festi duplicis celebrari.....

Anno eodem, Philippus convocavit omnes nobiles et communitates regni sui Parisius, petens consilium et auxilium contra omnem hominem. Et licet generalis esset petitio, vertebatur tamen specialiter contra papam.....

K In quo anno[f], paulo ante festum beati Lucæ, Brixienses reddiderunt se et civitatem suam voluntati ac misericordiæ imperatoris, procurantibus cardinalibus qui missi fuerunt ad ipsum imperatorem coronandum Romæ. [f] 1302.

Et inde Henricus prædictus processit versus Romam, coronam Imperii suscep-

[1] *Codd.* habuit.
[2] *Codd.* rex.
[3] *Codd.* Lancastrie.
[4] *Codd.* cum certo, *et* cum serto.
[5] *Codd.* Nurciam.
[6] *Guill. de Podio Laurentii*, olim tributariam.
[7] *Rectus* an. 1267.
[8] *Cod.* martirum; *tres autem qui antecedunt* martyrum *catalogo non ascripti sunt. Flores chronicorum*, Paulini martyris.
[9] *Codd.* Magfredum.
[10] *Id est* brachium sancti Georgii sub bulla servatum (*vide Gall. Christ.* VI, 494).
[11] *Rectius fort.* ex condicto.
[12] *Codd.* scelerique.
[13] *Codd.* alia multa.

turus a tribus cardinalibus quos illuc hac de causa Clemens papa quintus transmi- A serat loco sui de Avinione, vel potius de Mala Sauria[1], ubi æstivo tempore morabatur. Cardinales autem fuerunt dominus Nicolaus, Ostiensis episcopus, et dominus Leonardus, episcopus Albanensis (qui, antequam pervenissent Romam ad coronationem imperatoris, obiit in Lucha civitate), et dominus Lucas de Flisco Januensis, et dominus Arnardus, episcopus Sabinensis; et ultimus debebat cum B imperatore legatus papæ in Italia remanere, ut novi imperatoris negocium quod omnibus non placebat, dirigeret et juvaret. Res enim nova et dura pariter videbatur quibusdam[2] quidem Italicis atque Tuscis et hiis maxime qui populum regere videbantur, cum LXV annis et amplius a deposicione ab Imperio ultima Frederici, sine imperatoris dominio perstitissent, quod ejus dominio denuo subderentur a C quo se existimabant in perpetuum plurimum liberatos; sed propter tyrannidis grave jugum[3] quod in cives suos exercuerant, merebantur ut tyrannidi subderentur, et hoc ipsum minor populus præcipue affectabat. Fuit autem coronatus in imperatorem per tres cardinales superius memoratos de speciali mandato Clementis papæ quinti, Romæ in ecclesia Sancti Johannis Lateranensis in festo apo- D stolorum Petri et Pauli, anno Domini M.III.C.XII. Hic Henricus imperator obiit apud

[a] 1311. Bonum Conventum in Tuscia XXIIII[a] die Augusti in festo sancti Bartholomæi, anno Domini M°.III.C.XIII, regni vero sui et imperii anno quinto; delatumque inde fuit corpus ejus apud Pisas et sepultum. Huic Henrico Florentia cum Bononiensibus aliisque adhærentibus sibi fuere[4] plurimum adversati; unde et quidam referunt E Florentinorum opera ipsi Henrico venenum ecclesiastico sacramento ministratum esse. Ex post orta fuit discordia inter electores ut patebit.....

[b] Johann. XXII. Ulterius in nonnullis villis fecit[b] ecclesias collegiatas canonicorum secularium cum dignitatibus et prebendis, utpote in Monte Albanensi, in Castro Novo de Arrio, in villa de Burlato Albigesii, in villa Sancti Felicis, in villa de Insula Jor- F dani, in villa Montis Regalis, in villa Sancti Pauli de Fenolgedesio : quod puto fecit, quia cum esset oriundus a XIIII leucis de Tholosa, sciebat dictarum ecclesiarum pinguedinem.....

E CHRONICO

AIMERICI DE PEYRACO,

ABBATIS MOISSIACENSIS.

MONITUM.

Cuilibet narrationes temporum ordine dispositas et dilucido sermone explicatas requirenti, vehementer displicebit chronicon ab Aimerico de Peyraco conscriptum, ubi plura occurrunt præpostere et obscure dicta. Quod quidem auctori eo severius exprobrari posse dixerimus quod eum consulto peccavisse constat, quippe qui sibi ad laudem valere existimabat si a proposito sæpius digrederetur et fluvii more, ut

[1] *Cod.* 9670 Mala Savaria; *utramque lectionem corruptam esse arbitramur. Hic agitur fortasse de villa dicta* Malaucène, arr. Orange (Vaucluse) *ubi nonnullas litteras anno 1311 a Clemente V datas fuisse constat.*

[2] *Codd.* quibus.

[3] *Codd.* sed tyrampnidis grave jugum, *omissa voce* propter, *quam supplendam esse censuimus.*

[4] *Codd.* fuere sibi.

eadem utamur similitudine, in valles a latere positas cursum deflecteret. Hoc præterea infelicius accidit ut incompositum auctoris opus summa ignari amanuensis incuria multo deterius adhuc effecerit. Tot et tantis mendis scatet codex[a] quo usi sumus, ut nullus fere ibi occurrat versiculus ubi grammaticam aut orthographiam omnino illæsam esse comperias. Quoniam igitur fieri non poterat ut innumeras corrupti codicis lectiones redderemus, ad id tantum operam dedimus ut ipsam auctoris sententiam ab amanuensi depravatam probabili conjectura restitueremus. Si quis autem nos aliter aut melius facere debuisse existimaverit, sciat eamdem fuisse doctissimo Baluzio rationem cum nonnulla nostri codicis fragmenta in lucem edenda suscepit. Utcumque res se habet, haud inutilia fore speramus ea quæ sequuntur, ac præsertim nonnulla instrumenta ad monasterium Moissiacense et ad electionem post mortem Clementis V celebrandam spectantia, quæ narrationi suæ intermiscenda curavit Aimericus de Peyraco. Ipsum tamen, qui ab anno M.CCC.LXXI ad annum M.CCCC.VII illi monasterio præfuit, tunc præsertim legentibus prodesse liquet cum de rebus suo tempore gestis disserit.

[a] Cod. lat. 4991 A.

Lapsorum congesta dispono claudere.
Modice ornata, obscura prodere.
Sophia late[1] dispersa posteris
Musa vocatur, descripta proficit.
Principiata Christo attribuo,
Gracia data taliter conclamo.

A Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui sancto in secula seculorum, amen (*De Consecratione*, dist. 1, can. *de hymnis*). Quamplurima vero quæ lapsis fuere temporibus, per scripturas sunt sæpissime recensita, vel approbationibus testium condignis recognita; sed quia mundus in cursuum varietate movetur, non eundem atque immobilem tenens modum, vacillatur gravissimis impulsuum incommodis.
B Chronicas brevi compendio, ut sit legentibus præteritorum memoria, insignes antiquorum laudibus magnificis proferendis[2], dispersas in libellis variis, in hoc modifico opere disposui coarctare, juris sanctionibus[3] interdum ex me communiens. Noviter vero quædam contingentia adjiciam, de divino præsidio misericorditer confisus. Et sit lacteus potus quo tenera[4] fidelium nutriatur infantia, et solidus cibus
C quo robusta profectorum[5] juventus spiritualia virtutis accipiat incrementa secundum Fulgentium. In sermone etsi aliter senserim[6] quam veritas expostulat, hæc est professio mea a fide catholica et ecclesiasticis regulis aliquatenus non divertens ut IX. X. di.[7] jam descripta comprobentur. In præsenti vero opusculo talem loquendi ordinem in inferioribus deputabo : nam multa incidentia proferam
D secundum materiam[8] præjacentem, satis (ut credo) utiliter, comparationem beati papæ Gregorii sectatus, qui in prooemio beati Job manifestat quod sacri tractator eloquii morem fluminis debet imitari. Fluvius quippe, dum per alveum defluit, si valles concavas ex latere contingit, in eas protinus sui impetus cursum divertit; cumque illas sufficienter impleverit, repente se in alveum refundit. Sic nimirum
E divini verbi esse tractator debet, et cum de qualibet re dixerit, si[9] fortasse, juxta

[1] *Cod.* lata.
[2] *Cod.* proferendo.
[3] *Cod.* sanxionibus.
[4] *Cod.* terrena.
[5] *Fort.* professorum, *des profès.*
[6] *Cod.* censerim.
[7] *Sic in codice; quem quidem locum aliis interpretandum relinquimus.*
[8] *Cod.* materia.
[9] *Cod.* se.

positam occasionem congruæ ædificationis invenerit, quasi ad vicinam vallem A linguæ verba[1] extorqueat; et cum subjectæ instructionis campum sufficienter infuderit, ad sermonis præpositi alveum recurrit, ut ipse ad Leandrum episcopum super Moralium[2] præfatione peritissime ait.

Sciendum vero quod in annalibus per libellarios recitatores, ut in pluribus, discrepatur; tamen, prout potero, in præsenti veritatem annotabo. Et si impe- B rite[3] deficio in rite ordinandis infacunde digestis, in factis recitandis, in cunctis disponendis, veritati et ordinationi[4] meliori me totaliter submitto et studio pleniori, duo minuta pauperis viduæ sincera intentione repræsentans (in canone *Consideret, de Pœnitentia*[5] VI), sub protectione divini auxilii progrediens. Suscipiant (qui virtutem Dei non meam considerant) prædictam scripturam modicam C et imperite digestam, quam libenter examinent atque expurgent saniori doctrina, adjectiones adjiciant, superflua resecando, et, si utilia prospexerint, ascribatur altissimo Domino Nostro Jhesu Christo, Dei Filio benedicto, cum quo Patri gloria una cum Sancto Spiritu in seculorum secula, amen, ut in principio hujus præsentis thematis utique perornavi et exordium præassumpsi (Fol. I a)........ D

....

Igitur anno quo firmissimam pacem ordinationis Dei Cæsar[6] composuit, Jesus Christus, filius Dei, sextam mundi ætatem suo consecravit adventu, ab Urbe condita VII.C.LII secundum subputationem veterum[7]. Insuper in primordiis litterarum mearum locum veniæ expostulo, si vera annorum curricula veritatis textura E non comprimo, cuncta de certitudine temporum et annorum spatiis factus anceps. In prædictis vero et aliis qui de tenebris nebulosis elicuerint[8] veritatis lucernam, non meam auctoritatem incertam fluctuantes teneant; atque Altissimi suppleat consolabilis gratia, et benivolentia omnimoda paterni correctoris, ea quæ propter insufficientiam meam explere nequeo, occupationibus aliis et celeritate nimia pro F præsenti impeditus.

In prædicta vero ætate ego Aymericus de Peyraco, abbas Moysiacensis, fragilis virtutibus et sciencia modicus, pensavi ab alto[9] culmine non singulos actus perscrutando noviter inchoare. (Fol. 2. a)..................................

.... G

Hic[10] pontificalia concessit abbato Moyssiaci, prout continetur in quadam bulla de proximo taliter exemplanda[11] in parte.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Petri Moyssiaci, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ut pulchra et decora filia Iherusalem fidelibus et infidelibus terribilis H appareat, ut castrorum acies ordinata, Ecclesia militans variis insignitur titulis dignitatum per quas, tamquam ornata monilibus et circumamicta varietate, venustatem præfert virtutum[12] illustrium Ecclesiæ triumphantis, et quod tandem in se habebit, in spe gerere[13] se ostendens, veritatem indicat per figuram. Quare Sedes apostolica, mater ecclesiarum omnium et magistra, ecclesias alias, tamquam adolescentulas suas, honoris insignibus libenter I adornat, pro meritis singulorum spectans, ut ornatæ tanto se immaculatas diligentius studeant servare quanto propensius[14] tenentur diligere decus proprium et decorem. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris precibus[15] inclinati, usum mitræ, annuli, cirothecarum, sandalium[16] ac dalmaticæ, ac potestatem faciendi solemnem benedictionem, etc. (Fol. 69 a.)

.... K

Urbanus quartus. Hic Urbanus, affectus devotione saeratissimi[17] Corporis Do-

[1] *Cod.* verbis.
[2] *Hunc librum, Leandro, Hispalensi episcopo precante, confecit beatus Gregorius.*
[3] *Cod.* imperitate.
[4] *Cod.* ordinacionem.
[5] *Cod.* de pedi.
[6] *Cod.* Cezar.
[7] *Cod.* verorum.
[8] *Cod.* nebulo elixerint.
[9] *Cod.* alter.
[10] *Id est* Innocentius IV.
[11] *Cod.* exemplenda.
[12] *Cod.* virtutem.
[13] *Cod.* genere.
[14] *Cod.* propencius
[15] *Cod.* precipibus.
[16] *Cod.* sandalum.
[17] *Cod.* effectus.. sacratissimum

A mini Nostri Jesu Christi, primus[1] instituit a cunctis fidelibus feria quinta post octabas Pentecostes[2] quolibet anno solemniter celebrari festum Corporis Domini Nostri Jesu Christi, de quo sacramento per totum anni circulum utimur ad salutem. Et ut salutaris institutionis memoria honorificentius agatur et solempnitas fiat celebrior, multas indulgentias concessit interessentibus officiis divinis in B ecclesia, ut Clemens V[3] in canone *Si Dominum, de Reliquiis et veneratione sanctorum*, latius dicit. Et audivi ab antiquis quod in loco de Cajarco[4], Caturcensis diocesis, in hiis partibus fuit primo celebratum in illa die primum festum, propter quoddam miraculum; ideoque quidam mos inolevit in illis partibus quod quando volunt aliquid asseverare verum, jurant per Corpus Dei de Cajarco. (Fol. 69 b.)

C . . . .

Clemens quartus. . . . . . Hic scripsit Alphonso comiti Tholosano per hanc formam :

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nostro nobili viro Pictavensi et Tholosano[5] comiti, salutem et apostolicam benedictionem. Quod progenitorum tuorum ves- 28 Jan. 1266.
D tigiis laudabiliter inhærendo, sinceræ devotionis zelum habes ad Deum, ac ea quæ sunt sibi placita prosequeris prædicatur; quare pro ecclesiarum conservandis juribus, ac illarum injuriis et indebitis gravaminibus propulsandis, magnitudinem tuam eo confidentius apostolicis inductionibus excitamus, quo magis in talibus te promptum et facilem credimus invenire, cum sanctorum Domino, qui justitiam diligit, cujusque vultus æquitatem inspi-
E cit, hæc non sit dubium grata fore. Sane, sicut dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii Moyssiacensis, Cluniacensis ordinis, diocesis Caturcensis, nobis insinuatio patefecit, quondam Raymundus comes Tholosanus, socer tuus, quamdam partem juridictionis villæ de Moyssiaco quæ ad præfatum monasterium pertinet detinebat, dum viveret, indebite occupatam. Quod etiam pro eo maxime non credere non valemus, quia dudum, adhuc
F eo vivente, communiter per fide dignorum plurimorum de partibus illis assertionem hoc habebatur[6], ac nos ab olim insuper id præsentialiter non levibus notavimus conjecturis. Cum igitur prædictorum abbatis et conventus gravamen, quod ipsi monasterio est valde dampnosum, nundum, ut accepimus, fuerit revocatum, nobilitatem tuam rogamus, monemus, exhortamur attente et requirimus ex affectu, in remissionem[7] tuorum peccaminum, nichi-
G lominus injungentes quatenus memoratos abbatem et conventum dictumque monasterium pro nostra et apostolicæ Sedis reverentia, sic habeas in præmissis favorabiliter commendatos quod in hoc tuo consulatur honori pariter et saluti, nec alienam culpam (per nimiam sufferentiam) tuam facere videaris; unde proveniat quod divinæ propiciationis et apostolicæ gratiæ consequi merearis augmentum, quod tanto amplius adjici[8] affectamus quanto sin-
H ceriori personam tuam prosequimur in Domino caritate. Datum Perusii quinto kalendas Februarii, pontificatus nostri anno primo. (Fol. 70 a.) . . . .
. . . .

Relatione vero quorumdam accepi quod idem papa Clemens, cum Romam rediret, nova creatione ipsius habita, faciens per Cluniacum transitum in habitu J legati non solemnitatis papalis, dum pueri innocentes monasterii Cluniacensis instruerentur in cantu a magistro eorumdem et eis ostenderet quoddam officium, idem papa faciens transitum coram eis vel in monasterio existens, dicti innocentes altius clamabant : « Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo, et in- « ventus est justus, et in tempore iracundiæ facta est reconciliatio. » Et cum ma- K gister dictos pueros increparet et fortiter castigaret eo quod præ oculis in libro officiorum eis ostendebat non contineri[9] quod ipsi canebant, nunquam a dictis verbis ipsos divertere potuit. Quod cum dicto Romano pontifici notificatum fuisset, instituit in dicto monasterio perpetuo fieri de dictis pueris vel aliis innocentibus sanctum conventum, qui pondus ordinis sustinent et multa faciunt grata Deo, et

[1] *Cod.* pre.
[2] *Cod.* Penthecostem.
[3] *Cod. male*, Jo. XXII, *id est* Johannes XXII; *hoc enim decretum an. 1312 a Clemente V latum esse constat.*
[4] Cajarc, ar. Figeac (Lot).
[5] *Cod.* Pictavensis et Tholosanen.
[6] *Cod.* plurimum. . . . assercio. . . . habebat.
[7] *Cod.* remissionum.
[8] *Cod.* adici.
[9] *Cod.* continebatur.

ab abbate Cluniacensi et tota congregatione in magnam devotionem et reverentiam A
habentur; nec ad refectorium reficiuntur, donec primo prædicti innocentes præ-
sentes fuerint, nec quisquam in choro sedet[1] donec ipsi intraverint. Præcepit[2]
enim quod, mortuis ipsis pueris vel aliquibus eorum, non dicitur pro eis officium
defunctorum, scilicet *Requiem*, sed martyrum quod incipit *Lætabitur justus*, repu-
tando eos palmam martyrii obtinuisse propter durissimos labores per ipsos Inno- B
centes toleratos potius divina gratia quam fragilitate humana. Et sic prædictam
ordinationem de dictis pueris fecit dictus Clemens; et utrum prædictum miracu-
lum veritatem contineat, de hoc non sum plene certificatus, sed totum remitto
veritati. In hiis tamen excitatur divina gratia, ac[3] confidentius sinceræ[4] devotio-
nis zelo altissimo servatur, ut divinam propiciationem assequantur per gloriosa C
sua opera pietatis. (Fol. 71 a.) . . . .
. . . .

a Clementis V. Rediens ad propositum, sciendum est quod post obitum domini Clementis[a]
vacavit Sedes duobus annis, mensibus tribus, diebus septemdecim, ut superius
continetur, et pendente tempore vacationis predictæ, fuit maxima turbatio domi- D
norum cardinalium, ut in quibusdam litteris perlegi, quarum copiam hic duxi
inserendam[5] in hæc verba :

Venerabilibus in Christo patribus, religiosis viris fratribus Cisterciensium de Firmitate, de
Pontigniaco, de Clara Valle[6] et de Morimundo monasteriorum abbatibus, necnon et gene-
rali capitulo ordinis Cisterciensis, amicis carissimis, miseratione divina frater Nicolaus E
Ostiensis et Velletrensis episcopus, Neapolio Sancti Adriani, Guillermus Santi Nicolai in car-
cere Tulliano, Franciscus Sanctæ Mariæ in Cosmedin et Jacobus et Petrus de Columna,
sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinales, salutem et sinceram in Domino caritatem. Etsi
ab universis et singulis christianæ fidei detestanda cultoribus pericula gravia et scelerata[7]
flagitia præsumpta nuper in curia et crudeliter perpetrata per Vascones in offensam Dei et F
Ecclesiæ Romanæ contemptum, gravamen et concussionem[8] status ejus, nisi superna Dei[9]
dextera (quæ sanctum Petrum in fluctibus ne mergeretur erexit) etiam[10] nobis quos de
mortis eripuit faucibus, astitisset, credamus ad aures vestras per vulgaris famæ præloquium
pervenisse, nec geramus dubium audita facinora, velut acuta jacula, vehementer ob zelum
divini nominis et honorem Ecclesiæ vestra pupugisse præcordia; quia, tamen interdum loci G
distantia facti variat veritatem, ipsam vobis puram et liquidam, nulla verborum fictione
compositam, vestro conspectui præsentamus. Et quidem dum nos et alii ejusdem Ecclesiæ
cardinales, post obitum domini Clementis papæ quinti, essemus in episcopali[11] palatio
civitatis Carpentoratensis ad eligendum futurum summum pontificem[12], sub uno conclavi,
et nos cardinales Italici, non quærentes quæ nostra sunt sed quæ Dei, neglectis singularibus H
affectionibus reciprocis in nos ipsos peteremus hominem ad sustinendas[13] columnas Eccle-
siæ, qui dictam Ecclesiam reformando dirigeret, essetque in hoc tantum nostra omnis
cura, omnis intentio, hic affectus; subito Vascones, seu quod libram examinis sub futuro
summo pontifice, teste conscientia, formidarent, seu quod armorum violentia crederent
hereditario jure Dei sanctuarium possidere, ex deliberato atque proposito, tamen sub J
palliato colore deferendi videlicet corpus ejusdem papæ, in copiosa peditum et equitum
armatorum multitudine convenerunt; et scelus quod mente conceperant producentes in
actum, die XXIIII[14] Julii arma sumpserunt bellica, et sub ordinatione Bertrandi de Goto[15] et
Raymundi Guillermi, dicti papæ nepotum[16], civitatem Carpentoratensem intrantes, multos
curiales Italicos (cum soli Italici peterentur ad mortem) immaniter[17] trucidarunt, et se ad K
prædam convertentes et spolia, crescente rabie ac ad crudelia fervescente furore, in diversis
civitatis partibus incendia posuerunt, nec hiis contenti plurium[18] cardinalium ex nobis

[1] *Verbum* sedet *supplevimus*.
[2] *Cod.* precepi.
[3] *Cod.* ut.
[4] *Cod.* sincero.
[5] *Cod.* inserandum.
[6] *Cod.* Ponturnaco... Clare Valle, *et paulo inferius* Bellaciensis *pro* Velletrensis. *Tot mendis scatet hic codex, ut eamdem epistolam, ex utraque Baluzii et Rymer editione* (Vitæ paparum Avenion. t. II, p. 286; Acta publica, t. II, parte I, pag. 254), *hic reddere non dubitaverimus.*
[7] *Bal.* scelera, *voce* pericula *prius omissa.*
[8] *Rym.* gravemque concussionem.
[9] *Rym.* sibi *pro* Dei.
[10] *Rym. et cod.* ac etiam.
[11] Episcopali *deest apud Bal.; cod.* speciali.
[12] *Rym.* ad providendum Ecclesiæ Dei de futuro summo pontifice.
[13] *Rym.* sustentandas.
[14] *Rym.* vicesimo tertio.
[15] *Bal.* Guto
[16] *Cod. et editt.* nepotis.
[17] *Bal. et cod.* inhumaniter
[18] *Bal.* plurimorum.

A hospitia duris[1] insultibus et injectis ignibus invadentes, bella ibidem acerrima cum clan-
gore tubarum hostiliter intulerunt. Invalescente tandem graviori periculo, et horribili[2]
(sicut in captis civitatibus assolet) increscente rumore, multitudo Vasconum[3] armatorum
ostium dicti conclavis obsedit acclamando : « Moriantur cardinales Italici ! Volumus papam,
« volumus papam. » Et ipsis in hujusmodi acclamatione frementibus, alia multitudo Vasco-
B num et equitum armatorum plateam dicti conclavis invasit, similibus circumdato palatio
vocibus acclamando. Nos vero præfati cardinales Italici, circumsepti tantis angustiis, et
mori tam turpiter, tam crudeliter metuentes, cum omnia circa conclave armatorum mul-
titudo teneret, neque publicus pateret egressus, tandem posteriorem murum palatii, facto
inibi[4] parvo foramine, pro nostra salute rupimus, et[5] de Carpentorate postmodum dispersi
C discedentes, non sine mortis periculo ad diversa loca discessimus[6], et per misericordiam
Dei, quæ[7] nos salvos reddidit, ad terras pervenimus amicorum. Consideret igitur vestra pru-
dentia quod ob ipsorum Vasconum feritatem[8] non defuit quin effuso sanguine princi-
palium membrorum Ecclesiæ, quæ benignis ipsos lactavit uberibus, ditavit et complevit
honoribus, statum ejus confusione perpetua cum impressione confunderent, et christia-
D num nomen infidelibus darent in derisum et fabulam et opprobrium sempiternum. Cete-
rum præmissis omnibus quæ cum tantis injuriis passi sumus nequaquam obstantibus, nos
pacem et unitatem Ecclesiæ petimus, ipsamque[9] summo conamine procuramus. Sed, si[10]
ex aliena culpa procederet negotium (quod advertat Altissimus !) ad rupturam, de nostro
erga Deum et Ecclesiam[11] zelo certos nos reddimus quod una nobiscum (qui Dei honorem
E et quod rectum est agimus, et pro justitia et veritate certamus) fides vestra concurret ; et
sic per vos et alios orthodoxæ fidei professores ipsi Domino nostro Jesu Christo et Ecclesiæ
sanctæ suæ in sua causa favebitur, sic promptis affectibus assistetur, quod et divino honori
congruet, et eidem Ecclesiæ satisfiet. Præsentes autem litteras per discretum virum Gun-
chetum de Vilestentamen, capellanum yspirentem, nostrum portitorem[12] ipsarum, volumus
F vobis nostro nomine præsentari. Datum Valentiæ die octava[13] Septembris.

Item Philippo regi Francorum scribitur sub hiis verbis :

Serenissimo[14] principi et magnifico domino Philippo, Dei gratia regi Francorum illustri,
Neapolio, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis tituli Sancti Adriani, recommendationem et
paratum ad beneplacita voluntatem. Experientia dolorosa[15] præteritorum eventuum mihi et
G sociis reverendis patribus dominis cardinalibus qui in alia clausura fuimus, magistra facta est
futurorum. Nam meminimus nos XI[16] mensibus fuisse in carcere Perusii, in quo solus Deus
novit cum quantis periculis corporis et sollicitudinibus cordis extitit laboratum (et reliqui
demum meos socios[17] ut possem habere pontificem de regno, cupiens regi et regno esse
provisum, et sperans quod quicumque regis sequeretur consilium, Urbem et orbem bene
H regeret et Ecclesiam reformaret), et quoniam cum multis cautelis quibus potuimus hunc
qui decessit elegimus, per quem credebamus Deum et regem magnifice exaltasse. Sed proh
dolor ! versa est in luctum cithara nostra. Nam regi vel regno (si subtili merito pensentur
defuncti opera et sub eo gravia suborta pericula) nec provisum nec est præcautum, sed præ-
cipitia periculosa cautela subfossa, nisi divina manus per semetipsam misericorditer com-
J planasset. Urbs tota sub eo et per eum extremæ ruinæ subjacuit, et Sedes beati Petri (imo
Domini Nostri Jesu Christi) disrupta est, et patrimonialis Ecclesia[18] non per prædones po-
tius quam rectores spoliata est et confusa, et adhuc subjacet vastitati. Italia tota, ac si non
esset de corpore, sic quoad omnia est neglecta, imo dolosis anfractibus et comminatis
seditionibus dissipata, quod posset fides Christi in threnis[19] Hieremiæ renovare lamenta. Nam
K quasi nulla remansit cathedralis ecclesia, vel alicujus ponderis præbendula, quæ non sit
potius perditioni quam provisioni exposita. Nam omnes quasi per emptionem et venditionem

[1] *Rym.* diversis.
[2] *Bal. et cod.* gravissimo.
[3] *Bal.* Vasconum et equitum.
[4] *Rym.* ibidem.
[5] Et *deest apud Bal.*
[6] *Rym.* secessimus.
[7] *Bal. et cod.* quæ est illa quæ.
[8] *Rym.* ab ips. Vasc feritate.
[9] *Rym.* ipsasque.
[10] *Bal. et cod.* videlicet quod si.
[11] *Bal. et cod.* justitiam.
[12] *Nulla hujus portitoris mentio in epistola apud Rymer edita, quæ ad Eduardum III, Angliæ regem, missa est. Lectionem quam eo loco codex noster habet, Baluzius frustra emendare tentavit scribens* Guntherum *pro* Gunchetum *et* Spirensem *pro* yspirentem ; *rectius, ut nobis videtur, legeres* Guntherum de Vilestenheim (*pro* Vilestentamen) capellanum et pœnitentiarium (*pro* et Spirensem) nostrum.
[13] *Rym.* decimo die.
[14] *Baluzii editionem sequi pergimus, nonnullas tamen codicis nostri lectiones mutuati, quas suo loco notamus, cum iis verbis quæ nosmet ipsi aut emendanda aut supplenda esse censuimus.*
[15] *Bal.* dolosa.
[16] *Bal.* sex.
[17] *Bal.* domum meam solito ; *cod.* dni. *aut* dm. (*addita compendii nota*) meam solito.
[18] Ecclesia *deest apud Bal.*
[19] *Sic Bal. pro* terris.

vel carnem et sanguinem possidentibus (imo usurpantibus) advenerunt. Dimittamus quod A
de xxiiii cardinalibus quos in Ecclesia posuit, nullus in Italia est repertus, quæ tamen ali-
quando credita fuit sufficientes[1] habere personas; sed per eum fuit hoc. Quin imo nos
Italici, qui ipsum (bonum credentes) posuimus, sicut vasa testea rejecti fuimus, adeo quod
ad omnia quæ statum cardinalatus respiciunt, sicut clerici habebamur[2]. Præcipiens de[3]
periculosis negotiis mundi, cum quibus voluit; ecclesiis venditis[4], quibus placuit; sæpe B
etiam cassatis concordiis electionis absque juris ordine de valentibus personis, quando pu-
blicare volebat, in nostrum crepicordium vocabamur. Plus tamen volo quod sine nostri
commercio ista processerint quam participes fuerimus fructus mortis. O quot dolores mortis
sustinuimus, ista videntes, et maxime ego qui amicorum vivorum et defunctorum cordis
punctiones quasi juges recepi quod eis fecerim istud malum. Hoc solum consolationis C
habui inter doloris aculeos mortis, mentis et corporis, quod ejus electione nonnisi Dei et
regis et regni honorem[5], quem unum credidi, intendebam. Propter quod credo quod Dei
misericordia in ultimo compassionis mundo[6] fecit cum tentacione proventum, ut non
pereat omnis caro. Nam nunc volens Ecclesiam reducere ad angulum Vasconiæ, talia (quæ
scimus pro certo) conceperat et jam ordinaverat, quod vere se ipsum (si complesset) et D
Ecclesiam destruxisset. Non dubitet dominus noster rex quod mundus (quoad principes
plures laicos et prælatos clericos et capellanos) non secus sentit; imo propter[7] prædicta mala
et multa alia quæ omittimus, tam de infinitate pecuniæ Ecclesiæ quæ inabissata[8] disparuit,
quam de aliis quæ referre est longum, replevit plateas[9], et habent oculos apertos ad
periculosam displicentiam ostendendam, si contingeret (quod Deus advertat!) similium E
operum fieri successorem. Pro certo, domine mi rex, non fuit nec est intentionis meæ
sedem mutare de Roma, nec apostolorum sanctuaria facere remanere deserta, quia in fun-
damentis fidei sedes universalis Ecclesiæ Roma[10] est stabilita. Propter prædicta, sublato ad
tribunal Dei prædicto domino, nos cardinales Italici Deum habentes præ oculis, constantes
fidei et animarum salutis potius quam pecuniæ zelatores[11], ... et qui cum aliis suffi- F
cientiis debitis scilicet Christi ostendat vicarium sancta vita, et qui sit amicus regis et regni,
et qui Terræ sanctæ negocium (quod rex assumpsit) prosequatur efficaci opere, non fallaci
sermone, et qui deformata corrigat, simoniam excludat quæ tanquam licita[12] mercatio vide-
tur usque nunc cucurrisse; et qui parentes suos de spoliis Ecclesiæ non faciat in exaltatione
cleri et christiani populi inservire[13]. Pro tali habendo jejunare non tædebit, quia prædicta G
omnia, in mortariolo cordis trita, nobis[14] adhuc præbent sapidum salsamentum. Licet ali-
qui inter nos Italicos sint boni, et bonos alios in diversis partibus cognoscamus, quia tamen
volumus[15], sicut fuimus corde, sic opere nos[16] communes, ad rem facibilem et communem
nostros convertimus[17] cogitatus, et nominavimus a principio (et in eo stamus firmi) cardi-
nalem bonæ famæ, rectæ (ut credimus) conscientiæ, excellentis scientiæ, probatum in H
multiplici regimine, et in omnibus suis actibus a clero et populo commendatum, et qui
est de regno et zelator honoris regis et regni, corde sincero, non vacuo verbo. Et per de-
functum pontificem ad archiepiscopatum Aquensem et postmodum ad cardinalatum assump-
tus est, et aliis cardinalibus est amicitia multa conjunctus, ita quod quasi omnibus erat
sicut unus ex eis. Nos in eo nichil habemus aut quærimus nisi creditam bonitatem; hic J
dominus Guillermus, Dei gratia episcopus Penestrinus, de quo nos, populus et clerus,
credidimus quod statim Vascones acceptarent sine aliqua quæstione[18]. Propter quod tantam
resistentiam reperientes stupuimus, nec apud nos hujusmodi resistentiæ reperire possumus
causam, nisi forte (quod absit!) crediderint aliqui præmissos[19] defuncti continuare defec-
tus: quod in veritate, per illum Deum qui Romanam redemit Ecclesiam et fundavit in K
urbe Romana, viventibus domino nostro rege et nobis et populo christiano qui multum
aperuit occulos ad prædicta, impossibile [est] omnino. Unde etiam miratus sum ego et socii
de partibus regiis quæ non aliter ad reformationem Ecclesiæ processerunt; nec credimus
de mente exiisse regia quæ dicta sunt vel scripta. Nam vobis domino nostro, et mihi devoto
vestro, et ceteris dominis Italicis, qui solo intuitu regio defunctum elegimus, præmissa L

[1] *Bal. et cod.* nullus in Ecclesia est rep. quæ cum aliqu. cred. fuit. sufficiens.
[2] *Supplevimus* habebamur.
[3] *Cod. et Bal.* præcipico *pro* præcipiens de.
[4] *Ibid.* benedicis.
[5] *Supplevimus* honorem.
[6] *Rectius fort.* modo.
[7] *Supplevimus* sentit *et* propter.
[8] *Bal.* satis cito *pro* inabissata.
[9] *Bal.* paleas.
[10] *Bal.* Romæ.
[11] *Nonnihil ibi supplere oportet, exempli gratia :* virum petimus Ecclesiæ regendæ aptum
[12] *Bal.* quæ illicita; *cod.* quæ circa licita.
[13] *Sic Bal.; cod.* insævire. *Rectius fort.* in exactione *vel* in expilatione..... instruere.
[14] *Bal. et cod.* circa vobis.
[15] *Bal.* non sumus.
[16] *Cod.* vos.
[17] *Bal. et cod.* concurrimus.
[18] *Bal. omisit* sine aliqua quæstione.
[19] *Bal.* crederent aliqui proximos.

A ascribuntur mala et mundo mox[1] ventura. Propter quod oportet nos in oculis[2] Dei et mundi taliter agere quod de papa qui Christi vicarium per opera se ostendat mundus gaudeat ista vice. Alioquin fides et Ecclesia est submersa, et reputaremur rei sanguinis omnium animarum. Quapropter regiam celsitudinem deprecor, et ejus fideliter christianitatem exoro et per aspersionem sanguinis Jesu Christi conjuro[3], quatinus nostro se jungat proposito,
B et una nobiscum ad verum Christi vicarium (quantum humanitus est possibile) debeat laborare, nec gressus nostrarum sententiarum[4] (quæ non sua, sed quæ Christi sunt quærunt[5]) velit in aliquo facere declinare. Licet enim de reverendis patribus omnibus, nostris in cardinalatu collegis, velimus semper bene credere, forte tamen[6] de pluribus quod emendarentur præterita (quod omnino necesse est) nos præteritorum experientia non des-
C pondet[7]. Hæc domino nostro speciali significo tanquam ille qui scio[8] et mentem meam et dominorum cardinalium consociorum meorum; nec credo nunc[9] sapientiam regiam fore nocivam. Tamen quia concordiam et unionem quæritis cardinalium, mihi bene placet circa ista ad honorem Ecclesiæ providere pro posse; et ista sunt apud secretum conservanda, quod non possunt alicui cardinali defuncti committi. Scandalum formidemur; quinimo
D contra omnes dæmonum acies, quæ prædicto nostro sancto proposito videantur se opponere, imploremus[10] Dei adjutorium, cujus causa est.

Philippus rex scripsit dominis cardinalibus super dicta materia per hunc modum :

Philippus, Dei gratia Francorum rex, dilectis et specialibus amicis nostris[11], venerabilibus
E patribus Berengario episcopo Tusculano, et Arnaldo Sanctæ Mariæ in Porticu diacono cardinali, salutem et dilectionem sinceram. Audito nuper famæ divulgantis affatibus sinistro casu egressus vestri et aliorum cardinalium de conclavi, turbationem exinde concepimus vehementem, et tanto in nobis crevit acrior vis[12] doloris, quanto majora pericula et scandala ex egressu hujusmodi sequi possunt; quanto[13] ad vos et alios cardinales prædictos et
F sanctam Romanam Ecclesiam, matrem nostram, progenitorum nostrorum more, dilectionis et affectionis affectum gerimus ampliorem, et ejusdem Ecclesiæ ac catholicæ fidei exaltationem et corroborationem de bono semper in melius votis plenioribus affectamus. Ac cupientes tantis periculis et scandalis salubriter obviare, vos extunc per speciales amicos[14], nuncios et litteras rogare et requirere et exhortari curavimus, ut in alio loco idoneo et
G apto, in regno nostro vel alibi, ubi possetis omnimoda securitate et libertate gaudere, cum aliis prædictis cardinalibus convenire velletis, et ut ipsi inibi convenirent opem dare et operam efficaces, et ad provisionem celerem et salubrem Ecclesiæ de pastore (prout ipsius Ecclesiæ et totius christianitatis necessitas exigit ac miserabilis Terræ sanctæ conditio deploranda requirit) intendere diligenter; cujusmodi securitatem et libertatem in quibus-
H cumque locis et partibus regni nostri duximus offerendam. Postmodum autem vestros et cardinalium Italicorum nuncios ad nos missos, et litteras ex parte vestra et ipsorum porrectas benigne recepimus, litterarum tenorem attente conspeximus, et quæ super[15] commissa circa locum hujusmodi electionis faciendæ (et alia contingentia electionis ejusdem in eisdem contenta[16]) nuncii retulerunt, intelleximus; diligenterque[17] instrumenta per præ-
J fatos nuncios cardinalium prædictorum producta[18] super quibusdam responsionibus ad monitionem de redeundo juxta condictum ad civitatem Carpentoratensem pro electionis ejusdem negotio factam, datis protestationibus per eos, recusationibus et oblationibus locorum, et quibusdam aliis factis et habitis per cardinales eosdem, per nonnullos consiliarios nostros in utroque jure peritos et alios sapientes inspici et discuti cum diligentia
K fecimus; et super præmissis omnibus Parisius et alibi in præsentia nostra collationem sollicitam et exactam deliberationem haberi. Quibus prima facie videbatur quod tam Avinio quam Carpentorate civitates præfatis cardinalibus Italicis erant et sunt, causis per eos propositis et objectis, veris existentibus, justa et legitima ratione suspectæ; et recusationes earum in parte (causarum ipsarum veritate supposita) justæ et legitimæ debeant et debent

[1] *Cod. et Bal.* non
[2] *Ibid.* ecclesiis.
[3] *Supplevimus* conjuro.
[4] *Bal. et cod.* scientiarum.
[5] *Bal. male, ut videtur,* ad eos qui non Christi sed quæ sua sunt quærunt.
[6] *Cod.* sortitam; *Bal.* sorti tamen.
[7] *Bal. et cod.* descedet.
[8] *Cod.* sentio.
[9] *Bal.* nec credimus.
[10] *Supplevimus* se *et* imploremus.
[11] *Bal. omisit* dil. et spec. am. nostris
[12] *Cod.* atria vix, *Bal.* acerba vis.
[13] *Bal.* quantum.
[14] *Bal. omisit* amicos.
[15] *Bal. et cod.* sunt.
[16] *Pro* contenta, *Bal. et cod.* credentia, *quæ vox sensu penitus caret.*
[17] *Bal.* diligenter quod.
[18] *Supplevimus* producta

non immerito reputari; quodque civitas Lugdunensis, quam inter alia multa loca cardi- A
nales Italici offerunt (ubi[1] Romanam curiam ab antiquo diversis successive temporibus
resedisse, ac plura concilia generalia celebrata fuisse noscuntur, ubi si quidem nullius im-
pressionis vel violentiæ haberet periculum formidari, sed in omni libertate et securitate
prædicta poterit electio celebrari) locus aptus ac commodus et communis pro eadem curia
et præsertim pro electione hujusmodi celebranda fore dignoscitur, nec recipit cujusquam B
apparentis justæ vel legitimæ recusationis objectum; quodque tam in acceptatione civitatis
ejusdem quam in celebratione[2] alterius viæ oblatæ per eosdem (videlicet quod unus ex parte
vestra et alius ex parte Italicorum aliorum eligendus[3], ac frater Nicolaus tituli Sancti Eusebii
presbiter cardinalis, qui nobiscum in eadem voluntate concurrit, locum eligeret hujusmodi
electionis habendæ) de multo condescensu se commendabiles exhibent; et colorant multi- C
pliciter causam suam, ut nos saltem in ore hominum ponant in contumacia manifesta, et
ostendant sequi potius in hac parte propriæ voluntatis arbitrium quam judicium rationis,
occasionemque parere ac[4] causam ruinæ (quod Deus avertat!) ex odio fidei et aliis infi-
nitis periculis, malis[5] et scandalis, atque[6] ex prolixæ vacationis dispendio[7]. Nam, si in
Avinione vel Carpentorate, exceptionibus et recusationibus aliorum contemptis, ad elec- D
tionem ipsis absentibus vos procedere fortasse contingeret, inter eos (sicut pro certo didi-
cimus) concordi deliberatione firmatum est quod ad electionem procedant aliam, de per-
sona generis et amicorum suffulti potentia. Et quæ et quanta et quam gravia et formidanda
pericula, mala et scandala ex talibus electionibus sequi possent discretionis vestræ judicio
et circumspectæ considerationis examini discutienda relinquimus; vos scire volentes quod E
multorum prudentium habet assertio quod in casu diversarum electionum hujusmodi,
neutrum ex sic electis haberemus nec urgente conscientia deberemus habere pro papa,
nec facere, nec permittere sibi obedientiam exhiberi, sicut nec facerent (ut creditur)
reges et principes christiani donec ejus electio esset per concilium legitime[8] approbata.
Et ut negotium hujusmodi in omni concordia, unanimitate et sinceritate procedat, F
pro honore Dei, fidei et Ecclesiæ, totius christianitatis bono, et promotione negotii
Terræ sanctæ, nostri etiam et regni consideratione honoris, qui una cum vestro in
periculo versatur[9]; ne improperari possit in posterum quod cardinales de regno nostro
oriundi, tanta nobis amicitia et dilectione conjuncti, fuerint lapis offensionis et
petra scandali Ecclesiæ sanctæ Dei, inter mundi alia negotia non mediocriter cordi G
gerimus, nolentes ab inceptæ caritatis prosecutione desistere, ne malignus ille angelus Sa-
thanas, humani generis antiquus hostis (qui non desistit ubique prætendere deceptionis
laqueos ut[10] quocumque modo fidem corrumpat) caritatem vulneret, flammam accendat,
virus infundat, inferatque irremediabilia detrimenta[11], amicitiam vestram quanta possumus
affectione rogamus, hortamur attentius et requirimus confidenter et obsecramus per viscera H
misericordiæ Jesu Christi, quatinus præmissis[12] et aliis quæ mente concipi (quæ[13] lingua,
nec litteris possent plene proferri) in debitam considerationem adductis, tantis periculis
malis et scandalis (quantum in vobis est) efficaciter occurrentes, ad provisionem celerem et
salubrem Ecclesiæ cum ceteris cardinalibus unanimiter et concorditer faciendam, vestros
dirigatis gressus et amicos cohortetis, præfatam Lugdunensem civitatem pro loco (si pla- J
ceat) acceptantes, vel de alio loco[14] apto et accommodo in regno nostro vel alibi conve-
nientes cum eis, aut saltem vestrum præstantes assensum quod tres prædicti locum eligant,
sicut superius est expressum. Mirarentur etenim non immerito et stuperent nationes et
gentes et inhonorabile censeretur nobis, vobis et regno si, præfatis alienigenis cardinalibus
loca petentibus regni nostri, et protectioni nostræ committentes se et sua, per vos, natu- K
rales indigenas ejusdem regni, loca ipsa absque notabilis suspicionis et diffidentiæ scrupulo
contingeret recusari. Nos autem pro præmissis dilectum et fidelem clericum nostrum ma-
gistrum Amisium de Aurelianis, archidiaconum Aurelianensem, præsentium portitorem,
ad vestram præsentiam destinamus; cui mentis nostræ desiderium aperuimus et voluntatem
nostram commisimus in hac parte, et cui fidem indubiam adhibere voletis in iis quæ ex L
parte nostra super iis duxerit exponenda, et exposita effectui mancipare.

[1] *Bal. et cod.* ibi.
[2] *Bal.* electione.
[3] *Bal. et cod.* eligenda.
[4] *Supplevimus* ac.
[5] *Bal. omisit* malis.
[6] *Bal. et cod.* quæ.
[7] *Ibid.* dispendia.
[8] *Bal. et cod.* legitima.
[9] *Ibid.* qui bona cum vestro una parte versatus.
[10] *Cod. et Bal.* et ut.
[11] *Bal.* immittatque irrem. nocumenta; *cod.* documenta.
[12] *Bal. et cod.* in præmissis.
[13] *Supplevimus* quæ.
[14] *Bal. omisit voces* si placeat acceptantes vel de alio loco.

A Plures alias epistolas prædicti facti prætereo causa brevitatis.
Idem Clemens genus suum sublimavit, et plura castra idem construxit, deci-
mas Leomaniæ nobilibus concessit contemplatione vicecomitis[a] nepotis sui, et [a] Bertrandi de Got.
collegium de Villendrau et Uzestæ[1] instituit, et jus patronatus generi suo con-
cessit in perpetuum. Prædictus papa Clemens quintus non potuit bene fundare
B dictum collegium Uzestæ[2] seu de Villendrau, sed oneravit successorem suum quod
impleret quod ipse inceperat. Propterea dominus Johannes XXII, immediate suc-
cessor suus, quemdam prioratum abbatiæ Moyciaci commendavit perpetuo
(quodcumque extunc in[3] redditibus acquisivisset) dicto collegio. Et idem prioratus
tenebatur in IIII. XX libris rendualibus de pensione annuatim[4] studentibus mo-
C nachis[5] Moyssiaci Tholosæ in commendam, quas papa vult et jussit exsolvi, ut in
quadam patenti littera continetur, cujus tenor dicitur esse talis :

Venerabilibus[b] viris de Vinhandrado et de Usesta decanis et capitulis, Burdegalensis et Ba- [b] 14 Jan. 1323.
satensis diocesis, Petrus, miseratione divina tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte presbiter
cardinalis, Romanæ Ecclesiæ vicecancellarius, salutem in pacis Auctore. Ad notitiam sanctis-
D simi patris et domini nostri domini Johannis divina providentia papæ vicesimi secundi fide
dignorum relatione noveritis pervenisse quod, licet viri religiosi prior prioratus de Coquinis
Tholosanensis et certus monachorum numerus Moyssiacensium Tholosæ studentium at-
que degentium in prioratu prædicto, pensionem annuam quater[6] viginti librarum parvorum
Turonensium pro suæ sustentacione[7] vitæ et ut iidem monachi per continuationem studii
E litterarum speratum et opportunum fructum in Ecclesia Dei afferant, super prioratu de
Sancta Gavella ab antiquo singulis annis percipere consueverint pacifice et quiete, vos tamen
istis temporibus, prætextu commendæ de ipso prioratu de Sancta Gavella in recompensa-
tionem quorumdam reddituum vobis et ecclesiis vestris concessæ per præfatum dominum
nostrum, non attendentes et considerantes, ut condecet, quod per commendam hujus-
F modi, quæ cum suo transivit onere, præfatus dominus noster[8] nequaquam intellexit nec
etiam adhuc intelligit (nisi quatinus et prout expresse commendatur) personis[9] aliquibus
et præsertim religiosis studentibus præjudicium aliquod in posterum generari, pensionem[10]
prædictam eisdem exhibere et solvere sine causa rationabili indebite recusatis. Quocirca
de ipsius domini nostri speciali mandato et ex parte ipsius vobis præcipimus et
G mandamus quatinus pensionem annuam hujusmodi, sine moræ dispendio et con-
tradictione quacumque, priori et studentibus antedictis cum promptæ devotionis affectu,
prout hactenus consuetum est, integre persolvere et exhibere curetis, ab hujus-
modi et aliis illatis aut[11] deinceps inferendis molestiis et novitatibus quibuscumque
abstinentes totaliter, et taliter super hiis vos habentes quod mandatum nostrum hujusmodi
H (quinimo præfati domini nostri) suum per omnia sortiatur effectum, pro firmo scituri,
quod si forsan per præfatum dominum nostrum[12] essetis in posterum in hac parte (quod
absit!) de contumacia vel contemptu suspecti, verendum est ne formidare possitis quod
propter abusum hujusmodi perdatis quod vestrum est, cum privilegium mereatur amittere
qui commissa[13] sibi abutitur potestate, significantes nobis per latorem præsentium (quas in
J signum visionis et receptionis earum[14] sigillis vestris in eis appositis latori restituetis[15] eidem)
quicquid in præmissis duxeritis faciendum. Datum Avinione sub sigillo nostro præsentibus
in testimonium præmissorum appenso, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo
vicesimo tertio et die XIIII mensis Januarii, pontificatus ejusdem summi pontificis anno
septimo. Et nos decanus et[16] capitula ecclesiarum Usestæ et de Vinhandrau, in signum re-
K ceptionis et approbationis et ratificationis præsentium litterarum, sigilla majora dictorum
capitulorum impendenti duximus apponenda. (Fol. 85 c.) . . . .
. . . .

PHILIPPUS anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo. Et ad istum per-
L venit comitatus Tholosanus ratione pacis initæ de tempore sancti Ludovici patris

[1] Uzeste, c[on] de Villandraut, arr. Bazas (Gironde).
[2] *Cod.* Usteste.
Cod. quoscumque certo de.
[4] *Cod* comuatim.
[5] *Cod.* seu dictis monachiis.
[6] *Cod.* quatuor.
[7] *Cod.* sustentationis
[8] *Cod.* ut *pro* noster.
[9] *Cod.* comende persone.
[10] *Cod.* generacionem, *pro* generari pensionem.
[11] *Cod.* ut.
[12] *Cod.* nostris.
[13] *Cod.* admittere qui premissa.
[14] *Cod.* eorum.
[15] *Cod.* restituatis.
[16] *Cod.* de *pro* et

sui. Verum omnes principes, nisi Vascones qui erant ultra Garonam, præstiterant A
fidelitatem regi Ludovico, patri sancti Ludovici, et postmodum eidem sancto Lu-
dovico; et idem Philippus per tempora longa tenens eamdem patriam pacificam,
volens futuris temporibus adversariis obviare, aliquas villas seu bastidas in præ-
dicto ducatu Acquitaniæ fortissimas ædificavit, inter quas fuit ædificata villa
Montis Dome[1] diocesis Sarlatensis, ex qua originem traxi, concessitque[2] eidem pri- B
vilegia. Idem confirmavit concessa privilegia[3] per dominum Alphonsum, comi-
tem Tholosæ et Pictaviæ, bastidæ de Monte Flanquerio diocesis Agenensis, in-
choatæ per eumdem Alphonsum, fere viginti anni fuerant elapsi. Et idem Phi-
lippus abbati Moyssiaci concessit quamdam litteram suo sigillo sigillatam, cujus
tenor dicitur esse talis : C

[a] 24 Jun. 1276. Philippus[a], Francorum rex, universis præsentes litteras inspecturis salutem. Veniens ad
nos abbas Moyssiacensis nobis significare curavit quod comites Tholosani quidquid habue-
runt et tenuerunt in villa[4] Moyssiaci et in honoribus sancti Petri de Moyssiaco ab abbate et
conventu monasterii sub juramento fidelitatis et homagio tenuerunt, exceptis Raymundo et
Alphonso comitibus[5] Tholosanis. Nam Raymundus qui decessit ultimo, juramentum fide- D
litatis et homagium obtulit, sed non fecit eo quod erat excommunicatus ab Ecclesia Ro-
mana, et guerram una cum[6] carissimo genitore nostro recordacionis inclitæ faciebat. Claræ
siquidem memoriæ patruus noster Alphonsus prædictus, quondam comes Pictaviæ et Tholo-
sanus, non fecit homagium nec fidelitatis præstitit juramentum, facta sibi quantum ad hoc
ad vitam suam tantummodo ab abbate sufferentia[7], hoc expresse acto quod illud non tra- E
heretur ad consequentiam, et quod illa gratia monasterio Moyssiacensi non fieret præjudi-
cium in futurum. Item asseruit prædictus abbas quod comites Tholosani nullam habuerunt
unquam justitiam vel fidejussores in personis abbatum aut etiam monachorum Moyssia-
censium pro aliqua[8] querela, nec in ballivis vel familia eorumdem, nec etiam ressortum in
villis eorum. Et quoniam terra ad manum nostram devenit, supplicavit nobis abbas præ- F
fatus nostras sibi concedi litteras ut de honore et reverentia quam nobis exhibet tamquam
regi, et obtentu nostri ministerialibus nostris, nullum sentiat Moyssiacense monasterium
præjudicium in futurum, si forsan contingeret extra manum poni regiam comitatum Tho-
losanum vel etiam terram Caturcensem. Inde est quod nos ejusdem abbatis supplicationibus
inclinati, per has præsentes litteras sibi ac[9] monasterio suo concedimus quod monasterium G
ipsum gaudeat libertatibus et dominationibus prout eas unquam[10] habuit melius et tenuit
in temporibus Tholosanorum comitum, si de manu regia terram prædictam exire contin-
gat; et quod per expleta contraria habita quamdiu terra fuerit in honore regio[11], præfatus
abbas aut monasterium suum nullum in posterum sentiat detrimentum, expletis ipsis, post-
quam exierit terra prædicta de manu regia, penitus habitis pro infectis. Actum Parisius, die H
Mercurii in festo Nativitatis beati Johannis Baptistæ, anno Domini millesimo ducentesimo
septuagesimo sexto.

Idemque Philippus abbati Moyssiacensi super homagio de quo supra locutus
fuerat, concessit litteras cera viridi impendenti sigillatas, quarum tenor dicitur
esse talis : J

Philippus, Dei gratia Francorum rex, notum facimus universis tam præsentibus quam
futuris quod, cum nobis constet[12] quod ea quæ tenemus et habemus in villa Moyssiacensi et
pro villa, et in honoribus sancti Petri Moyssiaci pro abbate milite, comites Tholosani a
monasterio Moyssiacensi in feudum cum homagio tenuerunt, et nos etiam recognoscimus
nos tenere in feudum prædicta[13] ab eisdem abbate et conventu. Sed quia reges Franciæ K
non consueverunt alicui homagium facere, volumus et concedimus quod ratione dicti feudi
senescallus noster Caturcensis qui pro tempore fuerit, in nova institutione sua, ipsis ab-
bati et conventui faciat fidelitatis juramentum, nullo alio mandato nostro vel heredum nos-
trorum super hoc expectato. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, præsentibus

[1] *Id est, ut videtur,* Domme, arr. Sarlat (Dordogne).
[2] *Cod.* concessa.
[3] *Supplevimus* idem confirmavit concessa privilegia.
[4] *Cod.* villam.
[5] *Cod.* comitis.
[6] *Cod.* unam *pro* una cum.
[7] *Supplevimus* sufferentia.
[8] *Cod.* aliquis.
[9] *Cod.* in.
[10] *Cod.* nunquam.
[11] *Cod.* regia.
[12] *Cod.* costet. *Sic quoque paulo inferius ubi earumdem litterarum contextus rursus occurrit.*
[13] *Alter contextus dedit* prædicta.

A litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, mense Septembris. (Fol. 141 d.) ....

....

Idemque rex[a] fuit causa abolitionis totalis Templariorum, qui contra ipsum regem congregationem fecerant, et eos rex certis causis exosos habebat, ipsis im-
B positis nefandis criminibus in offensam Jesu Christi. (Fol. 142 c.) ....

[a] Philippus IV.

....

Post hunc Ramundus de Roffiaco, sub anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo septimo. De quo versus :

Virginis a partu cum septem mille ducenti
C Et decies duo transierunt anni sine pluri,
Quarta[1] dies Julias cum præcipit ante kalendas
Ut jejunemus, Petrum Paulumque rogemus,
Et monet auroram[2] gallus lucem dare claram;
De vitæ medio Raymundus de Roffiaco
D Taliter, ut credimus, almificus, associatus
Angelicis turmis cantus sine fine daturis.
Præfuit hic populo pius abbas Moyssiaco
Annis vicenis; post solvens debita mortis[3],
Villa Caturcensis tenet hujus corpus humatum,
E Cum quo[4] canonici peccamina verbere pangunt[5].

Hujus abbatis tempore, recuperavit R. comes Tholosæ villam Moyssiaci, quæ capta fuerat a crucesignatis et a comite Montis Fortis, seu ex timore reddita, anno M. CC. XII. Verum modum et formam obsessionis et redditionis prædictæ villæ, et qualiter erat præsens dictus Raymundus abbas in prædicta obsessione,
F hic duxi explicandum, secundum chronicas directas domino nostro papæ Innocentio per fratrem P.[6] de Valle Sernay monachum, socium legati apostolici, qui de visione potuit perhibere testimonium veritatis, cum ipse præsens esset, qui scribit et factum recitat sub hac forma[7].....

Nec silendum est quod Moyssiacus fuit obsessus in vigilia Assumptionis beatæ
G Mariæ Virginis, Matris Dei, et fuit captus in festo Nativitatis ejusdem : quod quidem opus beata Virgo gloriosa perfecit. Burgenses Moyssiaci illam retributionem Tholosanis impenderunt, quam juxta proverbium mus in pera, serpens in gremio et ignis in sinu, suis consueverunt hospitibus exhibere[8].

Post hunc Raymundus de Monte Pensato, de quo legitur quod anno Domini
H millesimo ducentesimo tricesimo quarto, Raymundus[b] pessimus omnium Raymundorum (et loquitur de Ramundo ultimo, quia tunc erat mortuus Ramundus pater suus senior), ut dicitur, disrupit et dissipavit (minime dans honorem Deo nec[9] genitrici suæ, nec sanctis ejus Petro et Paulo) famosissimum monasterium quod sit in toto suo comitatu, ministrante Raymundo meliori omnium Ramun-
J dorum. Hic Raymundus abbas conquestus fuit regi Franciæ de malis per ipsum comitem contra suum monasterium perpetratis et commissis. Et verum est quod dictus comes multum odio habebat monasterium, abbatem et conventum, quia prædecessor suus fuerat in obsidione facta per Symonem, comitem Montis Fortis, prædictæ villæ, tempore patris sui, et quia dicebatur publice quod Clodovæus,
K pius rex Francorum, et quidam successores sui reges Franciæ, dictam abbatiam fundaverunt. Et tenor prædictæ litteræ dicitur esse talis :

[b] Raimund. VII, Tolosæ comes.

Illustrissimo domino Philippo[10] regi Francorum Raymundus, humilis abbas Moyssiaci, et totus conventus monasterii Moyssiaci, cum subjectione devota salutem. Cum inter cetera

[1] *Cod.* ortam.
[2] *Cod.* aurorem.
[3] *Cod.* motis.
[4] *Cod.* cum quo sua; *vocem* sua *utpote abundantem sustulimus.*
[5] *Cod.* pingunt.
[6] *Cod.* A.
[7] *Quæ sequuntur ea require tomo nostro XIX*, p. 66-68.
[8] *Eo loco occurrunt in codice notæ obscuriores quas interpretari non tentamus :* i. c. si (*aut* st.) et indeg. deinde.
[9] *Cod.* vero.
[10] *Id est*, Philippo II; *anno enim 1212 Moyssiacus obsessus est. Has litteras edidit D. Vaissete*, III, Pr. 237.

legamus antecessores vestros antiquissimum fundasse monasterium, quod Moyssiacus A
nuncupatur, et illud circumquaque jugis[*] possessionibus ditaverunt, sicut etiam in gestis
Francorum regum continetur et beati Ansberti, Rothomagensis archiepiscopi, et abbatis[1]
nostri monasterii hujus, et in consecratione nostræ ecclesiæ inter cetera habetur :

[*] Sic.

> Hoc tibi Christi decus rex instituit Clodovæus,
> Auxit munificus post hunc donis Ludovicus. B

Modo autem, peccatis nostris exigentibus, maximam partem possessionum prædictarum
comites Tholosani nobis abstulerunt, et militibus assignaverunt qui maximis exactionibus
aggravaverunt villam nostram Moyssiaci; ita quod[2] fere omnia quæ in ipsa vel circa ipsam
sunt, sibi usurpaverunt. Nos vero eo anno antequam crucesignati villam supradictam obse-
dissent, privilegiis muniti ad vestram excellentiam veniendi iter arripuimus; et cum jam C
dictus comes hæc vidisset, nos cepit et privilegia et cetera quæ habebamus nobiscum abs-
tulit. Postea vero crucesignati omnia dissiparunt quæ intus erant vel extra, ita quod
nullam potestatem habemus ante sublimitatem vestram veniendi; et ideo pietati vestræ[3] la-
crimabiliter preces fundimus, ut divinæ pietatis intuitu domui vestræ et villæ subvenire dig-
nemini, quoniam, nisi modo subveniatis, desolabimur omnino. Et sciat vestra sublimitas D
quod nos jugiter pro vestra salute et regni prosperitate Largitorem omnium pie exoramus,
et pro vestra et vestrorum speciali memoria in primis ardent die ac nocte jugiter duo
cerei coram altari majori, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et
Pauli, et omni die dicitur una missa specialiter pro eisdem, et omni die dantur tres præ-
bendæ tribus pauperibus, et quilibet ipsorum percipit de pane et vino quantum unus E
monachus. In die Cœnæ Domini dantur[4] panis et vinum, fabæ[5], etiam nummi ducentis
pauperibus in claustro monasterii antedicti, pro eisdem; in omnibus horis canonicis tam de
die quam de nocte fit et dicitur specialis oratio pro eisdem. Fit in monasterio pro eisdem
annuatim unum generale anniversarium pro dominis regibus jam defunctis, in missis et ora-
tionibus, in jejuniis et elemosinis et ceteris bonis quæ fiunt et fient in posterum tam in F
monasterio quam in abbatiis, prioratibus et aliis locis et domibus sibi subjectis. Ex mandato
generali facto quolibet anno in capitulo generali Moyssiacensi, dominus noster rex Fran-
corum, tanquam patronus et fundator noster, et omnes de genere suo et prædecessores sui
sunt recommendati et specialiter recepti. Et ne ista vel cetera bona faciliter possint de-
perire[6] quæ agimus pro vestra et regni incolumitate, latorem præsentium, Geraldum fra- G
trem nostrum, ad vestram sublimitatem destinamus, flexisque genibus exorantes ut ea quæ
benignitati vestræ placuerint super reformatione privilegiorum et de immunitate posses-
sionum nostrarum a prædecessoribus vestris concessarum, de libertate nostri monasterii,
quod in servitute nimia jacuit et adhuc jacet, nobis rescribere et in pristinam libertatem
redigere dignemini. Quæ omnia prædictus lator vestræ majestati extentius declarabit, sup- H
plicamusque ut eum benigne suscipiatis divino amore et audiatis. Dominus Noster Jesus
Christus vos et statum vestrum custodiat et feliciter conservet.

Hujus beati viri miracula in quodam libro diffuse leguntur comprehensa; et
fuit vir miræ devotionis et sanctitatis, et sub tumba ejus marmorea, gravi languore
febrium fatigati sanitatem corporum reportant piis meritis ejus. Ad prædictum J
abbatem Raymundum venerunt in monasterio Deauratæ Tholosæ quatuor abbates
subditi huic monasterio, et eidem obedientiam manualem fecerunt, anno Domini
millesimo ducentesimo vicesimo nono, ut legitur in[7] litteris authentice sigillatis
prædictorum abbatum.

Post hunc Guillermus de Besenx, anno millesimo ducentesimo quadragesimo K
quinto. Hujus tempore fuit cassata electio de priore Deauratæ, et de hoc habetur
specialis bulla et electio abbatis existentis. Sed postmodum pro libera electione de
cetero obtinenda[8] fuit facta concordia tempore domini Augerii abbatis, et quod
prioratus de Aymeto dictæ abbatiæ secularis fieret regularis et monachalis, et ad
abbatem Moyssiaci pertineret, pro dicta libera electione obtinenda in futurum. L

[1] *Cod.* abbati
[2] *Cod.* itaque.
[3] *Cod.* vestro.
[4] *Cod.* dentur
[5] *Cod.* fabbe
[6] *Cod.* deperiri.
[7] *Supplevimus* in.
[8] *Cod.* obtinendi.

A Hic emit honorem de Sancto Nicholao[1] a vicecomite[2] Leomaniæ[3] pretio M. V. C.
librarum Turonensium, et fecit concordiam aquarum de Scatalenchis[4].

Post hunc Bertrandus de Monte Acuto, vir magni honoris, in suis magnis ope-
ribus valde famosus, et speculum monasterii Moyssiaci; in novissimis temporibus
et in ista generatione seu ætate quam præmisi, debuit esse ditissimus secundum
B opera quæ fecit, et qui post desolaciones et destructiones comitum Tholosano-
rum, quas huic monasterio crudeliter et impie fecerant temporibus retroactis,
monasterium reparavit, magnos redditus acquisivit et sumptuosa valde construxit,
privilegia renovavit[5] et jocalia quamplurima dicto monasterio liberaliter dedit. Et
sua ædificia plus reputantur papalia vel regalia quam plebeia[6], et fere singula
C dicti monasterii tam interius quam exterius reparavit, sive essent prioratus, sive
beneficia monasterii prælibati. Prioratum de Scatalenchiis mensæ suæ uniri fecit, et
ibidem castrum amœnum construxit, et etiam prioratum de Bodorio[7], et ibidem
castrum forte fecit. Castrum de Sancto Nicholao de novo opere ampliavit et inal-
tavit, ædificia Lariqueti[8] et de Pinholibus a fundo ædificavit, locum de Saxis
D emit et certam partem peagii de Malausa[9], et insuper quemdam notabilem carre-
riam villæ Moyssiaci acquisivit et monasterium ampliavit, emitque muros et
quamdam turrim dictæ villæ quam intra septa[10] dicti monasterii includi fecit,
prioratum de Sancta Gavella[11] monasterii Cluniaci, pretio trium millium librarum
Turonensium emit et illum procuravit, et decem librarum pensionem quas habe-
E bat annuatim abbas Clusinus super prioratu et monasterio Deauratæ Tholosæ.
Domum studentium Sancti Petri de Coquinis noviter ædificavit, et ibidem insti-
tuit duodecim studentes et priorem, et eosdem de mille libris reddualibus dotavit,
ubi per quatuor annos studui et ibidem gradum bacalariatus recepi. Septem ca-
pellanias instituit et dotavit. Ordinem seu conventum fratrum Minorum a villa
F Moyssiaci viriliter expulit, in præjudicium monasterii inchoatum. Et cum fuisset
citatus coram papa Romæ existente, thema incepit coram eo et cardinalibus in sui
excusationem : « Datus est michi angelus Sathanæ qui me colaphizet[12], » et pul-
cherrime materiam angelorum bonorum et malorum fuit prosecutus, applicans
bonos angelos et malos secundum quod materia requirebat, et gratissime expe-
G ditus fuit. Fuitque compater regis Philippi[a] ad quem pervenit conquesta primitus [a] Philippe III.
comitis Tholosani Ramundi et Alphonsi successio, obtinuitque litteram a rege
suo viridi sigillo sigillatam de recognicione feudi Moyssiaci, cujus tenor talis est:
« Philippus gratia Dei Francorum rex, etc.[13] »

Idemque Bertrandus fuit abbas Moyssiaci anno Domini millesimo ducentesimo
H sexagesimo primo, et rexit viginti septem annos. De pulcherrimis pictis tegulis
fecit pavimenta monasterii et cooperuit ædificia. At de pulchris domibus et de
pulcherrima capella Sancti Laurentii et aliis ædificiis intus et extra per eundem
ædificatis, cum longiori scriptura indigeant, prætereo causa seu gratia brevitatis.
Sed ad ipsum pro quadam speciali commenda verba mea dirigo per hunc
J modum.

Abbas summæ felicitatis ac totius prudentiæ fulgore clarissime, disciplinæ stu-
diis eruditissime, in magnis operibus ædificiorum amplissime, nobilis generis,
animi vigore præexcellens, tuo conlapso cœnobio restaurationis beneficium etiam
multimode præstitisti, de cujus vigore sumpsimus audaciam pariter et augmen-
K tum; nullus qui gravia exterminia resarcisset, tibi par invenitur fama divulgante;
sumptuosa per te ædificia non omnino posse successores tuos reparare præ-
dixisti. O vir religiosissime, in operibus potentissime, posteris exemplum bene
faciendi præstitisti. Publice asserere necesse est quod ex copiosa animi tui virtute

[1] Saint Nicolas de la Grave, arr. Castel-Sarrasin (Tarn-et-Garonne).
[2] *Cod.* erat boatam de sancto Nicholao et vicecomitem.
[3] La Lomagne, *pagus quidam cujus caput erat* Lectoure (Gers).
[4] Escatalens, c^on Montech (Tarn-et-Garonne).
[5] *Cod.* revocavit.
[6] *Cod.* plebea.
[7] *Fort.* Boudou, c^on Moissac, *ubi erat prioratus à monasterio Moissiacensi pendens.*
[8] Lairiguette, *prope* la Bastide du Temple, c^on Castel-Sarrazin (Tarn-et-Garonne).
[9] Malauze, c^on Moissac.
[10] *Cod.* ceptra.
[11] Cintegabelle, arr. Muret (Haute-Garonne).
[12] *Cod.* collasizet.
[13] *Vide supra*, p. 208.

prædicta magnalia processerunt, affectans nimirum[1] tuis precibus ut dictum cœ- A nobium jam multipliciter in utroque collapsum, in melius reformaretur et quasi mortuum respiraret; quod dubito prolixiori tempore expectandum, etiam sic taliter periclitante. Speroque fiducialiter in Deo quod[2] pro retributione laborum ac meritorum tuorum particeps regni cœlestis per divinam clementiam es effectus, et in cœlestibus cum beatis ascriptus. Obiit anno Domini millesimo ducentesimo B nonagesimo quinto in castro de Bodorioro[3] quod ædificaverat ipse.

Post Bertrandum, Guillermus de Duro Forti, demum episcopus Lingonensis. Et audivi a domino de Capella, de quorum genealogia descenderat, quod quinque erant de eodem genere habentes centum millia librarum rendualium, quorum quatuor erant fratres, et quintus erat nepos eorum, scilicet dominus Bonafossus C de Duro Forti, prior Deauratæ Tholosæ; de quo priore[4] adhuc tenetur magna reputatio, quem ego sæpius vidi. Erat archiepiscopus Rothomagensis ad quinquaginta millia æstimatus[5], episcopus Lingonensis ad viginti millia, abbas Moysiaci ad viginti millia, prior Deauratæ Tholosæ ad quinque millia. Et audivi ab ore dicti prioris in Monte Albano, ubi obiit, quod ipse, quando studebat Pari- D sius, habebat in partitis[6] de prioratu Deauratæ quinque millia libras Parisiensium de communi cursu. Erat heres hospitii dominus Radulphus Bernardi[7] de Duro Forti, cujus hospitium valebat in redditibus annuatim quinque millia et ultra. Fuit abbas[8] anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto.

Post hunc Augerius, anno Domini millesimo trecentesimo sexto; cujus tem- E pore fuit latum arrestum Parisius de litigio cum consulibus incepto tempore abbatis Bertrandi de Monte Accuto et usque ad tempora ejusdem perdurante; in quo multi articuli sunt comprehensi, et male per villam observati in quibusdam. (F. 163 d.).

E CHRONICO NORMANNIÆ

AB ANNO 1169 AD ANNUM 1259, SIVE POTIUS 1272.

MONITUM.

Appendicem quam Sigeberti chronico adjecerat Robertus de Monte, ab anno 1169 ad annum 1259, sive potius 1272, persecutus est anonymus quidam continuator, cujus opus, in codice latino 14663, olim Sancti Victoris 287, fol. 158-168, insertum, typis mandatum est curante Andrea Duchesne[9]. Hujus chronici partem quæ ad Philippi Augusti et Ludovici VIII regna attinet doctissimus vir Brial ex A. Duchesne edidit, nec in chronologia quicquam immutavit, quamvis eam mirum in modum ab amanuensibus perturbatam fuisse agnovisset;

[1] *Cod.* affectarem in nimium.

[2] *Cod.* et *pro* quod.

[3] *Rectius fort.* Bodorio, *ut supra.*

[4] *Cod.* petro *pro* priore.

[5] *Hic errare constat Aimericum de Peyraco, qui archiepiscopum Rothomagensem alium esse existimat ac episcopum Lingonensem. Guillelmus autem de Duro Forti, prius abbas Moissiacensis, mox episcopus Lingonensis, ad sedem Rothomagensem anno 1319 evectus est.*

[6] *Id est, ut videtur,* en partage; *cod.* in portatis.

[7] *Rectius fort. nominandus erat non* Radulphus, *sed* Raimundus Bernardi, *quem Guillelmi fratrem majorem natu fuisse perhibent.* (Hist. généal. de France, tom. V, p. 745 et 746.)

[8] *Id est* Guillelmus de Duro Forti, *ad quem auctor noster revertitur.*

[9] *Hist. Norm. script.* p. 1003-1014. *De hac continuatione disseruit L. C. Bethmann, ap. Pertz,* SS. VI, 295 et 475.

ne quis tamen in errorem induceretur, veram annorum seriem ad marginem apponendam curavit. Nos traditam a doctissimo viro rationem secuti, novissimam Chesnianæ editionis partem, cum codice Sancti Victoris collatam, exhibemus.

Quæ proxime antecedunt ea require tomo nostro XVIII, p. 345.

A MCCXX[a]. Obiit Honorius papa. Gregorius IX papa C.LXXXII[1] præsidet. [a] 1226.

MCCXXI[b]. Obiit Theobaldus, Rothomagensis archiepiscopus, cui successit[c] Mauricius, Cenomannensis episcopus, LV archiepiscopus. [b] 1229. [c] Ann. 1231

MCCXXII[d]. Henricus, rex Anglorum, consilio comitis Britanniæ in Britanniam venit, volens acquirere Pictaviam et Normanniam. [d] 1230.

B MCCXXIII[e]. Obiit Philippus, comes Boloniæ, filius regis Philippi. Fames magna fuit. [e] 1234 (N. S.)

MCCXXIV[f]. Multi nobilium, baronum et comitum cruces assumpserunt ad subsidium Terræ sanctæ, ad hoc in Franciam misso legato a papa fratre Guillelmo de ordine fratrum Minorum. Quo anno[g] Petrus de Coli Medio[2], mortuo Mauricio, [f] 1237. [g] 9 Aug. 1237.
C Rothomagensis archiepiscopus[3] consecratur LVI.

MCCXXV[h]. Obiit Guillelmus de Ostilleio[4], Abrincensis episcopus, cui successit Guillelmus de Sanctæ Mariæ Ecclesia[5], vir sapiens, eloquens et literatus. [h] 1236.

MCCXXVI. Combusta est Lexoviensis cathedralis ecclesia tempore Guillelmi episcopi et Fulconis decani[6].

D MCCXXVII[i]. Controversia circa hæc tempora orta est inter Ecclesiam Romanam, et Federicum imperatorem, quæ in tantum exarsit, ut omnes Lombardiæ et Tusсaniæ civitates in duas partes scinderentur (una parte favente Ecclesiæ, alia imperatori), ad invicem bellum perpetuum et intestinum habentes. [i] 1238.

MCCXXVIII[j]. Motio crucesignatorum comitum, baronum et militum, multæque [j] 1239.
E multitudinis aliorum in Iherusalem, inter quos comes Britanniæ Petrus.

MCCXXIX[k]. Jacobus P[r]ænestinus a papa Gregorio in Francia destinatur legatus. [k] 1240.

MCCXXX[l]. Obiit Gregorius papa. Cœlestinus IIII papa [c].LXXXIII præsidet, qui sedem tantum tenuit per XVII dies, et mortuus est. Papa vero Gregorius eodem anno[7] contra Federicum prælatos Galliæ plurimos ad concilium convocavit: quo- [l] 1241.
F rum plurimi a prædicto Federico sunt capti et incarcerati. Unde captus fuit Rothomagensis archiepiscopus, abbas Fiscampnensis et alii multi. Terræ motus factus est in Normannia IX kalendas Octobris. Henricus, rex Anglorum, consilio comitis de Marchia, venit cum paucis militibus, ut Pictaviam debellaret[m]. Contra quem Ludovicus, rex Francorum, magnum exercitum congregavit, et eum a [m] An. 1242.
G Xanctonis fugavit, capta civitate, ipso rege per mare fugiente, sic cum suis turpiter evadente.

MCCXXX[n]. Mortuo Cœlestino papa, Innocentius IIII, papa [c]LXXXIII, præsidet. Natus est Ludovicus, regis Ludovici primogenitus filius. Eodem anno translata sunt corpora sanctorum Vitalis et Guillelmi, et aliorum, apud Savigne[i]um. [n] 1243.

H MCCXXXI[o]. Innocentius papa Lugdunum venit propter controversiam Federici. Petro archiepiscopo Rothomagensi assumpto [in] cardinalem, Odo, abbas Sancti Dionysii, in archiepiscopum LVII consecratur. [o] 1244.

MCCXXXII[p]. Innocentius papa apud Lugdunum magnum prælatorum concilium contra Federicum, Romanorum imperatorem, congregavit. Qui vocatus ad conci- [p] 1245.
J lium, non comparens, a prædicto Innocentio universalique concilio perpetuo anathemate condempnatur, et ne amodo pro imperatore habeatur, aut imperator

[1] *Chesn. omisit* C.LXXXII.

[2] *Sic codex; Chesn.* Colli Medio; *melius* Colle Medio, *ut in ejusdem præsulis contrasigillo legitur.*

[3] *Chesn. male, ut videtur,* Rothomagensi archiepiscopo.

[4] *Chesn. male* Oscilleio.

[5] *Alias* de Sancta Matre Ecclesia (*Cf.* Gall. Christ. *t. XI, col. 485*). *Cod. et Chesn.* de Sancta Maria in ecclesia.

[6] *Hoc incendium eodem anno accidisse memoratur apud* Galliam Christianam, t. XI, col. 782; *quod anno 1237 adscribendum conjicimus.*

[7] *Melius* anno 1240.

nominetur, omnibus catholicis inhibetur. In hoc Imperium Romanum cessasse A
videtur, secundum prophetiam, ut dicitur, Sibyllæ, quæ ait : *Post nullus.* Eodem
anno[1] Ludovicus, rex Francorum, gravi infirmitate pressus, ita ut crederetur mor-
tuus, crucem assumpsit. Odo, Tusculanus cardinalis, ad prædicandum de cruce
in regno Franciæ destinatur legatus, qui cancellarius Parisiensis fuerat.

[a] 1245. MCCXXXIII[a]. Crux in regno Franciæ ubique prædicatur. Comes Artensis[2], comes B
Pictavensis, et comes Andegavensis, fratres regis Franciæ, cum multis aliis co-
mitibus et baronibus cruce signantur.

[b] 1247. MCCXXXIIII[b]. Mortuo Odone, Rothomagensi archiepiscopo, Odo, qui vocatus est
Rigaudus, eidem successit, archiepiscopus LVIII, a papa Innocentio apud Lugdu-
num consecratus mense Martio. C

[c] 1248. MCCXXXV[c]. Ludovicus, rex Francorum, cum regina uxore sua, et fratribus suis
Roberto, comite Artevensi, et Carolo, comite Andegavensi, pluribusque aliis nobi-
libus, circa Pentecostem recedens a Parisius, suam aggreditur peregrinationem :
intrandoque mare apud Aquam Mortuam sive Massilliam[3], transfretavit insulam
Cypri; a quo loco recedens, navigavit cum suo exercitu circa Damietam. D

[d] 1249. MCCXXXVI[d]. Capta est Damieta a rege Ludovico, sola fuga evadentibus Sar-
racenis.

[e] 1249. MCCXXXVII[e]. Comes Pictavensis Alfoncius frater regis, cum reliquis crucesigna-
torum, magnaque nobilitate militum in subsidium fratris aggreditur ultra mare,
Blanchia, matre regis prædicti, regnum Franciæ virili animo gubernante. Oritur E
discordia et dissensio inter magistros theologiæ[4] Parisius, et fratres Prædicatores
et Minores, propter quædam magistrorum statuta de religiosis et collegiatis[5].

[f] 1250. MCCXXXVIII[f]. Guillelmo de Ponte Archæ præ nimia senectute curæ cedente pas-
torali, Fulco Dastim, ejusdem ecclesiæ[6] decanus, in episcopum eligitur, et ab ar-
chiepiscopo Rothomagensi mense Junio consecratur. Mense Augusto sequenti F
prædictus Guillelmus in abbatia de Bono Portu moritur.

[g] 1249. MCCXXXIX[g]. Ludovicus, rex Francorum, castra movens a Damieta, exercitum duxit
contra Sarracenos, veniensque ad quemdam locum, qui Masora dicitur, ibidem
castra metatus est. Comes Robertus Artensis, frater regis, secum de exercitu multis
nobilibus assumptis, contra Sarracenos fortiter dimicat, ac eorum multis occisis, G
de victoria præsumens, eosque fugientes incaute persequens, quoddam eorum
[h] 8 Febr. 1250 castellum ingrediens, cum suis consortibus periit[h], paucis vix evadentibus. De quo
N. S. regis exercitus multum extitit desolatus, Sarracenisque contra eum venientibus,
fugiendo in aquis plurimi sunt submersi, multi occisi. Rex pressus infirmitate
[i] 5 April. 1250. cum fratribus suis captus est[i], infinitaque exercitus sui multitudine. Sed Sarracenis[7] H
sibi adversantibus, et ad invicem discordantibus, reddita Damieta, ac magna pro
se suisque data pecunia, statim a carcere liberatur, cum omnibus sui exercitus
captivis, reversusque apud Aconem, cum uxore sua ibi morabatur.

[j] 1250. MCCXL[j]. Federicus quondam imperator et condemnatus moritur. Ejus filius
Corrandus in Apulia et Calabria tyrannizat. Innocentius papa a Lugduno Romam J
[k] 1251. revertitur[k]. Eodem anno per totum regnum Franciæ falsi pastores surrexerunt, et
a diabolo delusi et incitati ut mare contra Sarracenos transirent, despicientes
clerum, et ideo laicis et populo multum accepti. Sed multis malis ab eisdem illa-
tis clericis et ecclesiæ Dei, tandem turpiter necati sunt, et eorum multi suspensi,
[l] An. 1252. et cessavit tempestas. Comites Andegaviæ et Pictavis, fratres regis, in Gallias[l] re- K
vertuntur. Blanchia, Francorum regina, prædictorum comitum ac regis mater,
[m] An. 1252. obiit v. kalendas Decembris[m]. Eodem anno ventus fuit vehemens in octavis Epi-

[1] *Corr.* Anno 1244.

[2] *Corr.* Atrebatensis, *hic et infra, ubi occurrit* Artevensis.

[3] *Voces* sive Massiliam *apud Chesn. desiderantur.*

[4] *Chesn. male* theologos.

[5] *Hic legitur in inferiori codicis margine :* « In alia cronica reperitur quod anno Domini 1230 fuit maxima « dissensio inter cives Parisienses et scolares, et fuerunt « multi scolares occisi : et recessit Universitas a civitate « Parisiensi : quam sanctus Ludovicus rex revocavit, et « fecit forefacta emendari. Et anno 1252 orta fuit dissen- « sio in dicta Universitate inter seculares et religiosos, « propter librum magistri Guillelmi de Sancto Amore « *De mundi periculis* intitulatum : quæ discordia per papam « fuit sopita; et post anno 1256 recidivavit, et tandem « combustus et dampnatus fuit liber prædictus. Alia « discordia inter Picardos et Anglicos anno 1281 ; et fue- « runt Anglici fortiores. »

[6] *Scilicet* ecclesiæ Lexoviensis.

[7] *Cod. et Chesn* Solidanis.

A phaniæ, unde facta est domorum subversio, arborum eradicatio, maris inundatio
et gentium et pecudum maxima submersio. Judæi fugati sunt per totum regnum
Franciæ, et regno ejecti. VI idus Decembris obiit Guillelmus, Abrincensis episcopus[1], cui successit Ricardus dictus Angelus[2].

MCCXLI[a]. Ludovicus, rex Francorum, in partibus transmarinis quædam castella [a] 1252.
B reparavit ac munivit. Discordia Parisius inter seculares clericos et fratres Prædicatores et Minores ingravescit, quia Universitati in vindicta quærenda de quibusdam clericis nequiter occisis noluerunt per sua sacramenta adhærere[3]. Unde sedem apostolicam fratres prædicti appellantes, a prædicta sunt Universitate ejecti. Henricus, rex Anglorum, rebellantibus Gasconibus, in Gasconiam transmisit[4].

C MCCXLII[b]. Ludovicus, rex Francorum, a partibus revertitur transmarinis. Mortuo [b] 1254.
papa Innocentio, Alexander IIII papa C.LXXXV[5] præsidet, prius Ostiensis episcopus, et Renaudus vocatus. Henricus, rex Anglorum, rebellione Gasconum pacificata, per regnum Franciæ transiens, [venit][6] apud Pontiniacum[c], ubi sanctus Edamundus, archiepiscopus Cantuariensis, requiescit, receptusque fuit a rege Franciæ [c] Pontigny (Yonne).
D eundo honorifice Aurelianis, et redeundo Parisius. Circa hæc tempora ordo venit Parisius Saccorum vel, ut aiunt, Pœnitentiæ[7] Jesu Christi; venerunt Barrati, et fratres sanctæ Crucis, et Guillelmitæ, et Beguinæ, et Cartusienses[8], et multi alii. Quibus omnibus Ludovicus, rex Francorum, loca contulit Parisius ad manendum, beguinasque in regno suo fere ubique seminavit.

E MCCXLIII[d]. Ludovicus rex castra sua Normanniæ visitat, et usque ad Montem [d] 1256.
Sancti Michaelis pervenit. Henricus, rex Anglorum, a comitibus suis et baronibus
capitur[e] juratque stare eorum de regno Angliæ ordinationi[9]. Impetratis quibus- [e] 1258.
dam literis a fratribus Prædicatoribus a papa Alexandro contra magistros Uni-
versitatis[f], a lectionibus tota Universitas cessat. Congregantur archiepiscopi et [f] 1255.
F episcopi regni, pacem reformant, ita quod Prædicatores scholas magistrorum et scholarium non intrarent.

MCCXLIIII[g]. Magistri theologorum[10] Universitatis Parisiensis, præcipue magister [g] 1256.
Guillelmus de Sancto Amore, prædicare cœperunt quædam signa scripturarum ad cognoscendum pseudo-religiosos prædicatores, qui in ultimis temporibus ad
G debellandum fidem catholicam sunt venturi. Unde et quemdam de hoc librum composuerunt, quem intitulaverunt *De periculis novissimorum temporum*. De quo prædicti religiosi, scilicet Mendicantes, supra modum dolentes, ad papam Alexandrum librum prædictum detulerunt, quem condempnavit[11], ipsum dicens compositum in odium et scandalum religiosorum. Unde præmissam pacem dissolvit, et
H quatuor de majoribus Universitatis Parisiensis a regno, nisi fratres[12] sine mora reciperent, privavit. Qui ad papæ curiam accedentes, tres eorum voluntati faventes restituti, et cum ignominia sunt reversi, scilicet magister Odo de Douaco[13], et
magister Christianus[h], ac[i] decanus de Barro super Albam. Quartus vero, scilicet [h] Decanus Belvacensis.
magister Guillelmus de Sancto Amore, fortiter in curia stetit, et in pluribus a [i] Nicolaus.
J prædictis religiosis accusatus, de sua innocentia et doctrina coram quatuor cardinalibus competenter satisfecit, a quibus ab omni impetitione fratrum pronunciatus est immunis et absolutus.

MCCXLV[j]. Magister Guillelmus de Sancto Amore, dum, obtenta a papa Alexan- [j] 1257.
dro licentia redeundi, propter gravissimam infirmitatem, quæ eum invaserat, ad

[1] *In Chronico Saviniaci legitur :* Anno 1252, XIII cal. Martii magister Willelmus de Sanctæ Mariæ Ecclesia, episcopus Abrincensis, migravit a seculo. (*Conf.* Gall. Christ. *t. XI, col. 485.*)

[2] *In eodem Saviniaci Chronico,* dictus Laneus (*Conf.* Gall. Christ. *loco cit.*). — *Nonnulli Abrincenses canonici, litteris 22 aprilis 1253 datis, Rothomagensi archiepiscopo insinuandam curaverunt electionem a semetipsis factam* de venerabili viro magistro Richardo dicto Angelo in episcopum et pastorem. *Vid. supra,* t. XXI, p. 576.

[3] *Chesn. male* noluerunt sua sacramenta adhibere.

[4] *Corr.* transmeavit. *Anno autem 1253 in Vasconiam profectum fuisse regem Anglorum probant litteræ editæ apud Rymer* (tom. I, pag. 290 et 291).

[5] *Chesn. omisit* papa C.LXXXV.

[6] *Vocem* venit, *in codice omissam, supplevimus.*

[7] *Vox* pœnitentiæ *explet quod vacat eo loco in codice necnon apud Chesn.*

[8] *Pro* Guillelmitæ *et* Cartusienses *codex et Chesnius habent* Guillotini *et* Cotarenses.

[9] *Hic agitur de statutis Oxoniensibus anno 1258 factis.*

[10] *Corr.* theologiæ.

[11] *Litteris III nonas Octobris anno 1256 datis.* (*Cf.* Du Boulay, Hist. Univ. Paris. *t. III, p. 310, et* C. Jourdain, Ind. chronol. chartarum, p. 19.

[12] *Pro* fratres *male Chesn.* suos.

[13] *Corr.* Duaco.

terram suam reverteretur infirmus, per capellanos suos[1], papa Alexander eidem A
literas misit, in quibus eum privabat ab ingressu regni Franciæ, et ab omnibus
[a] Kal. Jun. 1256. suis beneficiis, ab actuque pariter legendi, prædicandi atque docendi. Obiit[a]
Johannes Ebroicensis episcopus, et sedes per tres annos vacavit.

[b] 1257. MCCXLVI[b]. Circa hæc tempora Ricardus comes dictus Pictaviensis, frater regis
Anglorum, in regem coronatur Alemannorum, ibi nil prosperum[2] agens, post B
duos annos, [aut] parum amplius, ad suum comitatum in Angliam est reversus.
Luna passa est eclypsim quadam nocte sabbati in æstate[3].

[c] 1259. MCCXLVII[c]. Henricus, rex Anglorum, venit Parisius, pacificavit cum rege Franco-
rum Ludovico de ducatu Normanniæ. Dedit ei idem Ludovicus quasdam civitates
et castella apud Cahors, in comitatu Pictaviensi[4], post mortem comitis fratris sui : C
de qua terra fecit ei homagium prædictus Henricus, rex Anglorum. Eodem anno
obiit Ludovicus, primogenitus regis Francorum, sepultusque est in abbatia Rega-
lis Montis, quam ejus pater fundavit. Obiit Guido, Baiocensis episcopus. Radul-
phus de Piris[5] factus est Ebroicensis episcopus[6], qui erat cancellarius regis.

[d] 1259. MCCXLVIII[d]. Corrando mortuo, Menfredus, Federici quondam condemnati filius D
spurius, in Apulia et Calabria tyrannizat, regnumque Siciliæ sibi usurpat. Sed suis
exigentibus meritis, a papa Alexandro anathematizatur.

[e] 1261. MCCXLIX[e]. Mortuo papa Alexandro, Jacobus patriarcha Jerosolymitanus vocatus
[f] Guidonem Fulcodii. Urbanus IIII papa C.LXXXVI[7] præsidet. Hic vocavit ad cardinalatum G.[f] Narbonen-
sem archiepiscopum, Radulfum Ebroicensem episcopum, et Simonem, regis Fran- E
ciæ cancellarium et Turonensem thesaurarium. Fames valida oppressit Norman-
niam. Carolus, comes Andegavensis, vocatus est a papa Urbano ad regnum Siciliæ
[g] 1263. contra Menfredum[g], obtuleruntque eidem Romani ut esset almæ Urbis senator.

[h] 1264. MCCL[h]. Mittitur Simon, Sanctæ Ceciliæ presbyter cardinalis, legatus in regno
Franciæ, et ad petendum decimam usque ad triennium comiti Karolo, ad conqui- F
rendum regnum Siciliæ contra Menfredum. Regnum Franciæ ingressus, prælatos
et abbates, capitula atque priores Parisius convocavit, et secundum mandatum
apostolicum usque ad triennium decimam redditùum ecclesiasticorum ab eis ob-
tinuit. Mittitur etiam Guido, Sabinensis episcopus cardinalis, legatus in Anglia, ut
regni perturbationem in concordiam revocaret. Sed comites Angliæ et barones in G
regno eum non permiserunt intrare, unde eos excommunicavit[8], et terram suppo-
suit interdicto, et sic imperfecto negocio est reversus. Cometa apparuit per tres
[i] Die 2 Octobr. 1264. menses. Urbanus papa obiit[i], cui Guido, Sabinensis episcopus, Angliæ destinatus
legatus, successit, qui fuerat primitus uxoratus[9], post, ut dicitur, miles, uxore
mortua factus est episcopus Sanctæ Mariæ de Podio in Alvernia, dehinc Narbonen- H
sis archiepiscopus, post ab Urbano papa ad cardinalatum vocatus, dictusque est
Clemens IIII, et in papam præsidet C.LXXXVII; qui statim de literis papalibus
clam et quidam alii amovit propter abusum et indignam vexationem pauperum[10].

[j] 1264. MCCLI[j]. Comes Simon de Monteforti cum aliis comitibus et baronibus Angliæ
atque cum Londoniensibus[11] contra regem Angliæ rebellant, omnes alienigenas J
expellentes a regno. Rex, cum filio suo Edwardo et Ricardo, rege Alemannorum,
[k] Die 14 Maii 1264. contra eos instruit bellum. Capitur[k] rex cum filio et rege Ricardo fratre suo mul-
tisque aliis, plurimis occisis, et aliis per fugam evadentibus, prædicti reges a
dicto Simone captivi tenentur; qui in regno cum suis complicibus tyrannizat, et
etiam in mari multa dampna et incommoda mercatoribus infert. Archiepiscopus K

Voces per capellanos suos *apud Chesn. desiderantur.*

[2] *Cod.* ibi vel prospum. *Chesn.* vel parum.

[3] *Scilicet, ut videtur, die 18 Maii anno 1258, ea nocte quæ diem sabbati præcessit.*

[4] *Id est in dominio Alphonsi, comitis Pictavensis et Tolosani.*

[5] *Male Chesn.* de Pins; *huic Radulpho alteram cognomen erat* Grosparmi.

[6] *Alexander papa IV, litteris 21 jun. 1259 datis, Ludovicum regem rogavit quatenus Radulfo Ebroicensis ecclesiæ regalia concederet.* (*Vid.* Cartul. normand, p. 116, n. 617)

[7] *Chesn. omisit* papa C.LXXXVI.

[8] *Litteris III kal. Novembris anno 1264 datis.* (*Cf.* Rymer, t. I, p. 447.)

[9] *Chesn. male* advocatus *pro* uxoratus.

[10] *Voces* qui statim *usque* pauperum *omisit Chesnius, hunc autem locum, quamvis corruptum nobisque desperatum, edere maluimus : videat lector an hic fortasse memoretur sententia publica qua, teste Ciaconio, Clemens papa 40 episcopos indignos officio amovit, quod Manfredo adhæsissent, nisi potius pro* clam et quidam alii *legendum videatur* cancellarium et quosdam alios.

[11] *Pro* Londoniensibus, *cod.* Lodomen. *seu* Lodonien. *Apud Chesn. voces* atque cum London. *desiderantur.*

A Tyrensis mittitur[a] legatus a papa Urbano in Galliis ad prædicandum de cruce, [a] An. 1262 ante Pascha.
et petendum centesimam in subsidium Terræ sanctæ, quam usque ad quinquen-
nium obtinuit de consensu prælatorum. Anno præcedenti[b] Constantinopolis [b] An. 1261.
capta fuerat a Græcis, expulso imperatore. Sic cessat Constantinopolitanum im-
perium. Combusta est abbatia Becci Helluini cum tota villa, mense Maio[c]. [c] 1264.
B MCCLII[d]. Edwardus, filius primogenitus regis Angliæ, carcerem Simonis de Mon- [d] 1265.
teforti evadit. Multi nobiles eum[1] adjuvant. Comes Andegaviæ in Urbem transiit
per mare, senatoriam[2] Urbis recipit, in regem Siciliæ, Apuliæ et Calabriæ coro-
natur, exercitum parat ad debellandum Mainfredum. Crux Apuliæ in subsidium
dicti regis in Galliis prædicatur, et euntibus plenaria conceditur indulgentia pec-
C catorum. Comes Flandrensis[3], cui prædictus rex suam filiam[e] desponsavit, cum [e] Blancham.
episcopo Altissiodorensi[f], comite Vendosmiæ[g], pluribusque aliis nobilibus per [f] Guidone.
Lombardiam absque obstaculo transeunt usque Romam in subsidium regis Sici- [g] Bucardo.
liæ. Rex Siciliæ exercitum suum, post Natale recedens a Roma, duxit contra Main-
fredum, hostem Ecclesiæ publicum. In Apulia bellum conseritur[h] apud Sanctum [h] 1266.
D Germanum: victus fugit Mainfredus cum suis reliquiis apud Capuam. Rex cum
suo exercitu eum insequitur; a Capua fugit versus Beneventum[4], cum multo via-
rum discrimine. Ibidem adveniente rege, ex utraque parte bellum [conseritur][5];
duabus aciebus Mainfredi cedentibus, omnes alii[6] in fugam convertuntur; tanta
multitudo hostium occiditur, quod oculis ne viderentur[7] celarent campum. Main-
E fredus occiditur, Jordanus comes Guebellinus, et Perrusinus de Florentia cum plu-
ribus aliis capiuntur. Sic regnum Siciliæ sibi prædictus rex subjugavit. Uxor
Mainfredi per mare fugiens cum filiis capta est a civibus de Barlete[i], ac reducta, [i] Barletta
et regi Siciliæ tradita cum ingentibus thesauris, quos, ut dicitur, secum deferebat. (Prov. de Bari).
Filius[j] ducis Burgundiæ cum nobilitate militum crucesignatorum per mare [j] Odo, comes Nivernensis.
F transiit in Aconem, in subsidium Terræ sanctæ.
MCCLIII[k]. Hoc anno in festo[l] sancti Andreæ apostoli mortuus fuit Nicolaus Ma- [k] 1267.
lerbe miles, cui successit Gaufridus, et Johannes, ejus filii; et anno Domini [l] 30 Nov.
MCCLXXIX, in festo[m] sanctæ Priscæ virginis, mortua fuit Haysia, relicta militis præ- [m] 12 an.
dicti. Obiit archiepiscopus Tirensis in regno Franciæ pro negotio Terræ sanctæ et
G crucis transmarinæ. Primogenitus ducis Burgundiæ filius in transmarinis parti-
bus moritur, qui anno præcedenti mare transierat in subsidium Terræ sanctæ.
Solidanus[n] Babyloniæ cum Sarracenis suis christianis transmarinis multa incom- [n] Bondodar.
moda infert, castella christianorum obsidet et capit, et contra promissionem
suam trucidat illos qui castra ei reddunt, salvis corporibus et rebus suis. Castellum
H Japhet aufert eis, quod situm supra mare præsidium erat contra Sarracenos chris-
tianis ac populo[8] Terræ sanctæ; et inde recedens exercitum ducit contra Arme-
nios[9] christianos, quibus impulsis multa incommoda infert, et contra Antio-
chiam, ut quidam asserunt, gladium vibrat, minando christianis. Quo audito,
christiani cismarini graviter dolent. Audita destructione facta per Sarracenos in
J partibus transmarinis, Clemens papa Simoni, cardinali tituli Sanctæ Cæciliæ, le-
gato misso a prædecessore suo Urbano in Galliis ob negotium regni Siciliæ, mandat
crucis transmarinæ prædicationem[10].

Ludovicus, rex Francorum, comitum, baronum, militum et omnium regni
sui nobilium militiæ secularis parlamentum parat Parisius in Quadragesima, ad fes-
K tum Dominicæ Annunciationis, et coram omnibus crucem sanctam et coronam[11]
de capella sua gardino suo apportans, ea die cum primogenito suo Philippo, et aliis
duobus filiis suis, scilicet Johanne et Petro, crucem assumpsit, in quo loco
plurimi nobilium crucem assumpserunt, scilicet comes Britanniæ[o], comitissa [o] Johannes.

[1] *Cod. male* ad eum.
[2] *Cod. male* senatorem.
[3] *Corr.* Filius comitis Flandrensis Robertus.
[4] *Cod. et Chesn. male* Vennetum.
[5] *Vocem* conseritur *in cod. omissam supplevimus.*
[6] *Voces* omnes alii *apud Chesn. desiderantur.*
[7] *Corr.* videretur.
[8] *Sic Chesnius; ibi autem codex pro* ac populo *vocem corruptam exhibet, scilicet* apple, *superaddita compendii nota.*
[9] *Cod. male, ut videtur,* Hermonios; *hanc vocem omisit Chesnius.*
[10] *Codex*, depredationem; *Chesnius autem*, deprædicationem.
[11] *Codex* cruce facta et corona; *Chesnius autem* cruce facta et coronam.

[a] Bucardus. [b] Johannes. Flandriæ[1], comes Vindocinensis[a], et comes de Augo[b] in Normannia, et plures alii nobiles et magnates. A

Hoc anno dominus Johannes de Cortenaio consecratus est in archiepiscopum Remensem, quo etiam Parisius obiit episcopus Belvacensis[2]. Regnum Angliæ bellis et contentionibus devastatur. Tamen fugitivi Edwardo et ejus patri castrum fortissimum Quenillehouch[3] reddiderunt, sed ad alia loca se transtulerunt. Hoc B etiam anno dominus Othobonus cardinalis a papa Clemente missus est legatus in Angliam, cui in executione suæ legationis magister Gregorius de Neapoli, Baiocensis decanus, adjunctus est.

[c] 1267. MCCLXIIII[c] Obiit Fulco Hastim[4] venerabilis[5] episcopus Lexoviensis, et sepelitur in ecclesia Sancti Petri Lexoviensis[6] ante majus altare. Cui successit Guido de C Vervilla[7], archidiaconus Constanciensis. [d] 5 Jun. 1267. In festo Pentecostes[d] eodem anno Philippus, primogenitus filius Ludovici regis Francorum, fit miles Parisius, cum tanto urbis et civium apparatu, ut retroactis temporibus vix[8] solempne festum Parisius factum vel alibi reperiatur. Unde et tota civitas sericis pannis et cortinis extitit ornata, et omnia civitatis ministeria[e] [e] Métiers. novis vestimentis induta de pannis D brodatis, sericis, cendalis, aut vestibus aliis, secundum præceptum et dispositionem præpositi Parisius. Qua die[9] in insula Beatæ Mariæ per Simonem legatum et cardinalem prædicatum est de cruce, et plurimi nobilium crucem ibidem sumpserunt, scilicet rex Navarræ[f] [f] Theobaldus., et cognatus ejus comes Drocensis[g] [g] Robertus., cum multa nobilitate militum. Similiter Odo Rigaudus, venerabilis Rothomagensis archiepi- E scopus, cum pluribus clericis ibidem crucem assumpsit. In Anglia comes Glocestriæ[h] [h] Gilbertus. contra regem Edwardum rebellat, et in Lodonia[10] cum forbannitis includit[ur]. Sed Edwardus civitatem obsedit, et tandem inter eos pax reformatur, et plurimi nobiles cruce signantur. Karolus rex Siciliæ, pacato regno, ad curiam papæ revertitur, et ab eo contra quasdam urbes jamdiu a prædecessoribus ex- F communicatas mittitur, scilicet primitus contra Senem antiquam, cujus fortissimum castrum expugnat[11], et Pulchebone illi redditur. Quo facto contra Pisanos transit, et omnia terræ nascentia circa urbem devastat. Sed Sarracenis de Rocheriis[12] rebellantibus in Apulia contra eum, ab obsidione revocatur, atque ad debellandum Sarracenos in Apulia revertitur, ubi a cardinali Radulfo de Piris[i] [i] Al. Grosparmi., legato G ibidem ad reformandum statum Ecclesiæ destinato, indulgentia plenaria euntibus contra Sarracenos prædictos prædicatur.

Henricus, frater regis Hispaniæ, relegatus a fratre, cum in Africa diu sævisset[13], tandem ad regem Siciliæ et curiam venit papæ, et a populo Romano in senatorem[14] Urbis est electus. Qui postmodum, orta[15] controversia inter papam, cardinales et H ipsum, in Urbe thesauris ecclesias suis spoliat, et, ut dicitur, magnam pecuniam cardinalium in custodia[16] depositam rapit. Unde ad ipsum debellandum ex jussu papæ rex Siciliæ exercitum mittit[j]. [j] 1268.

[1] *Melius, ut videtur, apud Guill. de Nang.* Guido comes Flandriæ.

[2] *Johannem de Cortenaio in possessionem archiepiscopatus Remensis missum fuisse anno 1266 pridie non. Octobris, et Guillelmum episcopum Bellovacensem obiisse Lutetiæ IX kal. Mart. ejusdem anni, hoc est anni 1267 ante Pascha, tradunt doctissimi Galliæ Christianæ auctores* (tom. IX, coll. 116 et 745).

[3] *Sic in codice legitur; hanc corruptam lectionem omisit Chesnius ediditque* castrum fortissimum . . . . reddiderunt : *fortasse autem hic locus ita emendari possit :* castrum fortissimum Kenilworth reddiderunt. *Notandum tamen hanc deditionem anno 1267 factam fuisse, non autem eo tempore quo missus est legatus in Angliam cardinalis Ottobonus, qui mense Septembri anno 1265 legationis munere jam fungebatur.*

[4] *Corrig.* Dastim.

[5] *Vox* venerabilis *apud Chesn. desideratur.*

[6] *Pro* in ecclesia *codex male* cardinalis; *voces autem* cardinalis Sancti Petri Lexoviensis *omisit Chesnius.*

[7] *Fort. corrigendum* Merula; *hic enim episcopus apud Galliam Christ. cognominatur* du Merle.

[8] *Melius, ut videtur,* vix tam solemne.

[9] *Chesnius,* qua de causa.

[10] *Corr.* contra regem Henricum reb. et in Londonia, *seu* contra Edwardum filium regis.

[11] *Chesnius :* contra Senenses cives, fortissimum castrum Pulch . . . . . expugnat, et illi redditur. *Codex autem eo loco pravam lectionem exhibet :* contra Senem antiq cujus fortissimum castrum Pulcheboe. expugnat. *Hæc autem, ni fallimur, emendare potuimus ex anonymo Monachi Patavini chronico ubi ad annum 1267 legitur :* « Tunc « contra prædictos rebelles rex catholicus movit procinc- « tum, Senensium districtum vastavit, castrum autem « Podii Bonici, in quo de tota Thuscia inclusa erat mi- « litum rebellium multitudo longa obsidione devicit. « Post hæc Pisanos, *etc.* » *A recentioribus vulgo* Poggi-Bonzi *vocatur castrum quod* Podii Bonici *in Patavino chronico et* Pulchebone *in codice Sancti Victoris dicitur.*

[12] *Corr.* Luceria.

[13] *Sic Chesnius; cod. autem* servisset; *legendum potius* latuisset (*Conf. Guill. de Nang. ad annum 1266,* tom. nostro XX, p. 428).

[14] *Cod. male* et populo Romano senatorem; *Chesn.* senator.

[15] *Cod.* ortus vel orta; *voces autem* ortus vel, *utpote corruptas aut abundantes, recte omisit Chesn.*

[16] *Cod.* in custodiam

A Audito quod Ludovicus, rex Francorum, a papa peteret decimam in subsidium Terræ sanctæ, procuratores cathedralium ecclesiarum regni Franciæ Parisius in unum convenerunt, et pluribus tractatibus habitis, tres provinciæ, scilicet Remensis, Senonensis et Rothomagensis, solemnes procuratores ad papam mittunt cum literis sequentibus.

B « Sanctissimo patri in Christo ac domino C.[a] divina providentia sacrosanctæ ac « venerabilis Ecclesiæ summo pontifici, decanus et capitulum Remense, *vel* Rotho- « magense, cum ceteris cathedralibus ecclesiis provinciæ nostræ, devota pedum « oscula beatorum. Domus Dei, quæ in lapide adjutorii super fundamentum « apostolorum et prophetarum stabilita est, a Petro et ejus successoribus formam
C « semper constitutionis[1] et statum incolumitatis accepit. Quod enim stipiti rami, « quod capiti membra, quod[2] fonti rivuli, hoc apostolicæ sedis eminentiæ[3] debent « omnes ecclesiæ, quas ubique terrarum religio Christi fundavit. Et quia de ma- « nibus cujuscumque rectoris et ducis totius sibi populi commissi pendet salus, « eo quod universa membrorum compago ex dispositione capitis informatur, cla-
D « mat ad vestram clementiam talis provintia[4], sumptibus intolerabilibus exhausta, « plenam reportans de vestra sanctitate fiduciam, postulans ut vestræ potestatis « consolatione respiret in his in quibus desolatam se sentit et mœrore affectam. « Sane novit vestra sanctissima paternitas, et in fines orbis terræ credimus exi- « visse, quantis perturbationibus et pressuris universalis Ecclesia, potissime Galli-
E « cana, sit turbata, nunc decimam, nunc duodecimam præstando, nunc centesi- « mam, nunc multarum aliarum exactionum gravamina sustinendo, in quibus « nisi a sede apostolica plenam possit assequi libertatem, pestis ista latissime se « diffundet, et in commune totius cleri dispendium redundabit; præsertim cum « interrogante nostro Salvatore seniorem Petrum, prædecessorem vestrum : « Reges,
F « inquit, terræ a quibus accipiunt tributum, vel censum? a filiis suis, vel ab alie- « nis? » Respondit Petrus : « Ab alienis. » Et exinde intulit Dei filius, cujus vices geritis « in terris : « Ergo liberi sunt filii. » Ubi glosa Rabani ait : *Antequam Petrus suggerat,* « *Dominus interrogat, ne scandalizentur discipuli ad postulationem tributi.* Quod quidem « scandalum, hodie, proh dolor! longe lateque diffunditur in filios totius Ecclesiæ
G « Gallicanæ. Nec mirum, cum legatur in sacro et antiquo canone, quod Esdras « sacerdotibus et levitis et sacris cantoribus Templi nullum tributum imposuerit. « Sed et in libris Regum[b] legitur de sapientissimo Salomone, quod universum « populum, qui remanserat de Amorreis et Etheis et Phariseis tributarios fecerit[5]. « De filiis autem Israel non constituit Salomon servire quemquam cum tributo.
H « Tandem, quantum jugum servitutis hujus Dei filio displicuerit, fide oculata et « miserabili experientia[6] nuper demonstravit. Unde enim spoliati sunt veri Hebræi « ad literam, ditati sunt Ægyptii, et Israel, anathemate pollutus, coram hostibus, « licet inimicis crucis Christi, in prælio stare non potuit : quia anathema decimæ « et duodecimæ per XII annos inventum erat in medio sui[c]. Ceterum, quod propter
J « hujusmodi[7] exactiones Orientalis Ecclesia ab obedientia Romanæ Ecclesiæ reces- « serit, patet cunctis. Quot denique sacerdotes, clerici, et monachi per universam « Ecclesiam Gallicanam, occasione hujus decimæ minus plene solutæ, sunt sus- « pensi, excommunicati, et irregulares facti, et quam crudeliter sint exactæ, turpe « est dicere[8], impossibile numerare. Insuper, clementissime Pater, pariter ad
K « memoriam revocate[9] qualiter in supradictis exactionibus humilis obedientia re- « muneratur Ecclesiæ Gallicanæ, quia afflictæ afflictio superadditur, miseriæ non « miseretur, vulnus super vulnus condicitur[10], quia princeps provinciarum facta est « sub tributo, cum ceteris regnis[11] mundi tantæ servitutis jugum nusquam impo- « natur. Imo revera jam vulgariter ignominiosum proverbium in nostro regno ver-

[a] Clementi.
[b] *Reg.* III, IX, 21.
[c] *Josue*, VII, 12, 13.

[1] *Codex* eruditionis. *Chesnius* conditionis.
[2] *Sic Chesn. emendato codice, ubi ter* quot *pro* quod.
[3] *Male cod.* eminente; *Chesn.* eminenti.
[4] *Cod. et Chesn.* providentia.
[5] *Sic cod et Chesn.; sed corrigendum videtur* : de Amorrhæis, et Hethæis, et Pherezæis, tributarios fecerit.
[6] *Cod. male* experitia *vel* experencia.
[7] *Voces* quod *et* modi *in cod. omissas supplevit Chesn.*
[8] *Chesn.* ostendere.
[9] *Cod. male* revocare.
[10] *Fort.* conciditur; *hic enim, nisi fallimur, prava occurrit imitatio libri Job* concidit me vulnere super vulnus (Cap. XVI, 15.)
[11] *Chesn. male* reginis.

« titur, quod plus sunt servi hodie clerici quam laici, ut petita licentia vera loqua- A
« mur. Cum igitur intellexerimus quod dominus Ludovicus, rex illustrissimus Fran-
« corum, vestræ sanctitati supplicaverit, ut decimam, vel aliam quotam in universa
« Ecclesia Gallicana vestra sanctitas concedere dignaretur eidem, et per talem con-
« cessionem supponeretur sancta mater Ecclesia jugo perpetuæ et intolerabilis ser-
« vitutis, idcirco ad pedes vestræ præcelsæ sanctitatis flexis genibus cordis, et B
« complosis manibus cum filiis Israel, compressi[1] servitute cum deploratione pro-
« voluti humiliter et ferventer supplicamus, quatinus in ista supplicatione taliter
« se habeat vestra sanctitas, quod sancta mater Ecclesia temporibus nostris de
« variis oppressionibus respiret ad pacem, et de tantis tempestatibus ad tranquil-
« litatem resurgat. Conservet vos Deus ad servandam debitam Ecclesiis Gallicanis C
« libertatem, et quasi lux splendens et præfulgens crescat usque in perfectum
« diem. Amen. »

Rex vero Ludovicus contra[2] prædictos ecclesiarum nuncios papam vehementer
exasperavit. Unde cum magna austeritate nuncios ecclesiarum suscepit, et dure
locutus ad eos, nihil acto de negocio ecclesiarum, absque honore remisit, deci- D
mamque dari regi per triennium confirmavit, magnisque minis et terroribus
rebelles compescuit. In parlamento Purificationis Parisius a rege Ludovico et co-
mitibus ceterisque crucesignatis nobilibus jurata est motio ab illo tempore in
duos annos.

[a] 1268. MCCLV.[a] Coradinus[3] filius Coradi quondam filii Federici ab Alemannia exerci- E
tum traducit contra regem Siciliæ Karolum, et a civitatibus rebellibus Ecclesiæ
deducitur usque Romam, et in odium regis Siciliæ et Ecclesiæ a Romanis cum
maximis honoribus recipitur, et Urbem intravit, plurimosque nobilium Urbis per
inanes promissiones[4] suas exercitui junxit, Henricum filium regis Hispaniæ sena-
torem Urbis sibi sociavit, et terram Apuliæ et Calabriæ vel[5] dare se promisit, F
Romanosque heredes, si in bello moreretur, instituit, et exercitum maximum ad
Urbem[6] movit, ut prædictas terras debellaret, quas sibi jure hereditario vindicabat.
Auditoque quod veniret, Karolus rex cum exercitu suo, quamvis multo minori,
illi obviam venit : prælium in campo Palentino committitur. Corradinus vincitur,
[b] Frederico. magna strages fit sui exercitus, capitur ipse cum filio[b] ducis Astruciæ, capitur et G
Henricus senator Urbis cum nobilibus Romanorum; et post per judicium[7] nobi-
lium terræ, Coradinus et filius ducis Astruciæ cum multis aliis nobilibus decapi-
tantur. Henricus senator captivus in carcere detinetur. Hoc bellum gestum est die
[c] 23 Aug. 1268. Jovis[c] post octavas Assumptionis beatæ Mariæ. Eodem anno, satis tempestive
post bellum rex Carolus electus est in senatorem Urbis, et per alium senatoriam H
administrare illi concessum est : et revertitur ad bellandam Nucheriam[8] in Apulia
civitatem Sarracenorum rebellem.

Edwardus in Anglia crucem assumpsit. Ottobonus, qui legatus est in Anglia, ad
curiam revertitur. Ludovicus, rex Francorum, iter suum transmarinum præparat,
et maximam pecuniarum copiam congregat, tam de decima proventuum eccle- J
siasticorum, quam de talliis civitatum, castellorum, et burgorum regni sui[9]. Ra-
dulphus de Piris, Albanensis episcopus, cardinalis legatus pro negocio crucis a
papa Clemente in Franciam ad supplicationem regis, mittitur[10], et Simon pres-
byter cardinalis tituli Sanctæ Cæciliæ, qui legatus fuerat pro negocio regni Sici-
liæ, recedit. K

[d] 29 Nov. 1268. Obiit Clemens papa circa festum sancti Andreæ apostoli[d], et inter cardinales
contentio magna oritur de pontifice eligendo, non valentes in unum concordare,
in tres partes ita divisi, ut duæ partes non possent in aliquem promovendum con-
venire, sicut electio[11] papæ requirit.

[1] *Cod.* cum pressi. *Chesn.* compulsi.
[2] *Chesn.* circa.
[3] *Cod. male* Corandus.
[4] *Chesn. male* submissiones.
[5] *Pro* vel *fort. legendum* ei.
[6] *Melius, ut videtur,* ab urbe.
[7] *Chesn. male* præjudicium.
[8] *Corr.* Luceriam.
[9] *Chesn.* tam de decima proventuum ecclesiasticorum quam civitatum cast. et b. *Codex autem eo loco corruptam exhibet lectionem :* tam de decima quam proventuum ecclesiasticorum, quam de galliis comitatum, castellorum, *etc.*
[10] *Cod. et Chesn.* in Francia ad suppl. reg. *omissa voce* mittitur, *quam supplendam esse judicavimus.*
[11] *Cod.* electus.

A MCCLVI[a]. A rege Siciliæ Karolo Nuceria[1] rebellis civitas Sarracenorum capitur. [a] 1269.
Edwardus primogenitus regis Angliæ venit in Franciam Parisius, et loquutus est
cum Ludovico rege Francorum, pepigitque et juramento firmavit, quod satis
tempestive post eum transfretaret contra Sarracenos. Obiit Raginardus, Parisiensis
episcopus. Ludovicus, rex Francorum, Blanchiam filiam desponsavit filio primo-
B genito[b] regis Castellæ. Adhuc tanta fuit hoc anno cardinalium dissensio, quod [b] Ferdinando.
papam eligere non potuerunt. Ludovicus, rex Francorum, cum filiis suis et cum
comitibus et baronibus, iter suæ peregrinationis in principio veris[2] aggreditur.

MCCLVII[c]. Ludovicus circa octavas beati Johannis Baptistæ mare apud Marcelliam [c] 1270.
et Aquam Mortuam cum exercitu suo ingreditur, et tendit in Africam, atque
C applicat cum exercitu in portu antiquæ[3] Carthaginis, eamdemque urbem, sed
parvam et destructam, cepit, castraque posuit. Karolus, rex Siciliæ, in auxilium
fratris sui Ludovici usque ad Carthaginem transivit. Rex Ludovicus in castris
gravi infirmitate pressus obiit, et filius ejus Johannes, Radulphus de Piris cardi-
nalis similiter, et multi alii comitum et baronum. Unde exercitus multum extitit
D desolatus, Sarracenorum turmis[4] contra illos dimicantibus, et de insidiis cotidie
egredientibus, nec eos pacem de nocte habere sinentibus.

Exercitus tamen contra regem de Tunes et ejus nobilem civitatem movit, et
Sarracenos[5] de tentoriis fugavit, approximans civitati. Tandem, intervenientibus
nunciis, pacem fecerunt cum rege de Tunes[6], ut subditus esset dictus rex regi
E Siciliæ, et tributum eidem redderet consuetum, quod diu reddiderat[7] antecesso-
ribus suis: sed per multos annos cessaverat, quia Sicilia et Apulia erant[8] in con-
tentione. Quod statim solvit pro annis transactis, et magnam partem sumptuum
Philippo, regi Francorum, qui patri Ludovico successerat, atque aliis comitibus
et baronibus reddidit. Qua pace confirmata, Edwardus, filius regis Angliæ, ad
F exercitum venit; sed non diu post exercitus cum regibus transiit ab Africa in
Siciliam, treuga accepta cum Sarracenis usque ad quindecim annos, ut dicebatur.
In reditu, sive statim post reditum exercitus, in Sicilia obiit rex Navarræ[d]. Obiit [d] Theobaldus.
et uxor ejus[e] filia regis Ludovici. Obiit et juvenis regina[f], uxor Philippi primo- [e] Isabella.
geniti Ludovici, qui post ipsum regnavit, et plures alii nobilium, comitum et [f] Isabella.
G baronum. Circa Quadragesimam, rex Siciliæ Karolus et rex Franciæ Philippus
venerunt apud Viterbium, cardinalibus supplicantes ut eligerent papam. Sed nihil
profuit. Et cum ibidem morarentur, filii Simonis de Monteforti, Simon et Guido,
cum auxilio comitis Ruffi, in ecclesia Henricum de Alemannia, filium regis Ricardi,
cognatum suum, hominem prudentem et pium, qui nec in bello fuerat ubi pater
H illorum occisus fuerat[9], et pro illorum revocatione laboraverat, nequissime occi-
derunt, quamvis in custodia regum esset, et coram eis Simon primogenitus eum-
dem assecurasset: et eo occiso in ecclesia apud Viterbium, recesserunt liberi in
terram comitis Ruffi, qui Guidoni filiam suam dederat in uxorem.

MCCLVIII[g]. Philippus, primogenitus Ludovici, cum fratre suo, comitibus et baro- [g] 1271.
J nibus, circa Pentecostem rediit, et venit Parisius, deferens ossa patris sui, fratris
et uxoris, et vocatis prælatis regni, apud Sanctum Dionysium honorifice sepelivit.
Hoc anno ex nimia inundatione pluviarum fere ubique terrarum carum tempus
fuit, maxime post Natale Domini. Cardinales circa mensem Septembris[h] papam [h] Kal. Sept. 1271.
elegerunt quemdam archidiaconum Leodiensem[10], genere Placentinum, nomine
K Thealdum[11], qui tunc causa peregrinationis transierat mare cum Edwardo, filio
regis Angliæ primogenito, et morabatur apud Achonem. Comes Pictavensis[i] et [i] Alphonsus.
uxor ejus[j], comitissa de Tholosa, cum redirent de Africa, obierunt[12]; quorum [j] Johanna.

[1] *Corr.* Luceria.
[2] *Sic Chesn.; cod. male* fere *pro* veris.
[3] *Chesn. male* antiquo.
[4] *Chesn.* Sarracenis contra. *Codex* Sarraceni et turmies.
[5] *Sic Chesn.; male autem cod.* movit eam et Sarracenis, *etc.*
[6] *Chesn.* cum rege de Tunes et Barbariæ; *cod.* cum rege Tunes al. Tuniæ et Barbariæ, *scilicet, ni fallimur,* alias Tuniæ, *etc.; has autem voces omisimus, quas amanuensis ipsi chronico superaddidisse nobis videtur.*
[7] *Sic Chesn.; cod.* reddiderant.
[8] *Cod.* Sicilie et Apulie erat.
[9] *Voces* ubi pat. ill. occ. fuerat *apud Chesn. desiderantur.*
[10] *Cod.* Leodicensem.
[11] *Cod.* Theodinum.
[12] *Conf. Guill. de Nang.* tomo nostro XX, p. 488.

corpora in Franciam relata sunt, et sepultum comitis[1] apud Sanctum Dionysium. A Obiit[a] et Johannes de Cortenaio, archiepiscopus Remensis. Rex Philippus coronatus est Remis ab episcopo Suessionensi[b] dominica post octavas Assumptionis beatæ Mariæ[2], et circa festum sancti Dionysii[c] Parisius cum maximo civitatis et civium apparatu receptus. Circa Natale Domini in Pictavia[m] perrexit et Tolosam, ex morte comitis avunculi sui et comitissæ jure hereditario possidendas. Sed quibus- B dam nobilibus eidem resistentibus[3], de toto regno suo exercitum ad debellandum eos congregat. Circa Quadragesimam apostolicus a transmarinis partibus Romam rediit, et ibidem consecratus est in papam, vocatusque Gregorius X papa CLXXXVIII. Obiit rex Anglorum Henricus[d], et rex Alemanniæ Ricardus[e], frater ejus, in Anglia. Obiit dux Burgundiæ[f], et vir venerabilis et discretus magister G. de Sancto Amore, C qui pro constantia veritatis quam prædicaverat contra quosdam potius superstitiosos quam religiosos[4] relegatus fuerat a regno Franciæ. Edwardus, primogenitus regis Anglorum, a partibus transmarinis reversus, circa Quadragesimam venit ad curiam domini papæ, et frater ejus Eadmundus rediit in Angliam.

MCCLIX[g]. Hoc anno Gregorius prælatorum concilium et capitulorum citavit, D præfigens a mense Maii in duos[5]. Rex Francorum Philippus comitem de Fois[h], et quosdam sibi rebelles nobiles in comitatu Tolosano eis[6] se tradentes secum adduxit, et carceri mancipavit. In Septembri causa peregrinationis Montem Sancti Michaelis in periculo maris visitavit, et cum magno apparatu, ubi transiit, a civitatibus et castellis Normanniæ receptus est. E

[a] Mense Aug. an. 1270.
[b] Milone.
[c] Circa diem 9 Oct.
[d] 16 Nov. 1272.
[e] 2 April. 1271.
[f] An. 1272.
[g] 1272.
[h] Gastonem.

EXTRAIT

DES

CHRONIQUES DE PIERRE COCHON.

AVERTISSEMENT.

Le manuscrit français 5391 (jadis 9859. 3, et de Colbert 1424) renferme différentes chroniques qui ont été les unes recueillies, les autres composées par Pierre Cochon, notaire apostolique, à Rouen, dans la première moitié du XV[e] siècle. M. Charles de Beaurepaire[7] a fait des recherches approfondies sur la vie de l'auteur, et a montré, après M. Vallet de Viriville[8], combien la chronique qu'il nous a laissée présente d'importance pour l'histoire de la Normandie depuis l'avénement de Philippe de Valois jusqu'à l'année 1430 ou environ. La compilation

[1] *Sic cod. fort. pro* sepultura; *male autem Chesn.* et sepulta; *nam comes apud Sanctum Dionysium, uxor autem ejus apud Beatam Mariam de Gerciaco sepulta est. Conf. Primatis chronicon,* supra, p. 88.

[2] *Id est* die 23 Aug. 1271; *quidam autem die 15, alii die 30 ejusdem mensis.* (*Conf.* Art de vérifier les dates, *tom. I, p. 587.*)

[3] *Cod.* residentibus.

[4] *Voces* pro constantia, *etc. usque* religiosos *apud Chesn. desiderantur.*

[5] *Supple* annos.

[6] *Sic cod. et Chesn.; attamen, nisi fallimur, hic agitur de rebellibus qui regi se tradiderant.*

[7] Notice sur Pierre Cochon, auteur de la Chronique normande. Extrait du Précis de l'Académie de Rouen, année 1859-1860.

[8] *Voyez ce que M. Vallet de Viriville, dont nous déplorons la perte récente, dit de Pierre Cochon dans le volume intitulé :* Chronique de la Pucelle ou Chronique de Cousinot, suivie de la Chronique normande de P. Cochon, relatives aux règnes de Charles VI et de Charles VII (Paris, 1859, in-18), p. 341 et suiv.

de Pierre Cochon est moins intéressante pour l'époque antérieure. Nous en avons cependant détaché quelques passages qui avaient droit de figurer dans le présent volume. Comme ils sont empruntés à différentes parties de la compilation, nous devons indiquer en peu de mots la composition du manuscrit dont nous nous sommes servis. Ce manuscrit contient :

1° (f. 5) De courtes annales, depuis la naissance de Jésus-Christ jusqu'en 1351; il y manque un feuillet correspondant aux années 903-1143;

2° (f. 11) Un petit poëme sur la fondation de Paris et la succession des rois de France jusqu'à Charles V inclusivement;

3° (f. 14) Des notes sur divers événements arrivés à Rouen, de 1371 à 1424;

4° (f. 22) Un abrégé de la chronique anonyme, dite Chronique de Reims, dont nous avons inséré un fragment dans le volume précédent[a]; [a] XXII, 301.

5° (f. 31 v°) Des notes sur les successeurs de saint Louis, et sur les enfants de Charles VI.

6° (f. 32) Une chronique normande, depuis l'avénement de Philippe de Valois jusqu'à l'année 1433.

Nous avons extrait quelques passages du premier, du deuxième, du cinquième et du sixième de ces morceaux. C'est le deuxième et surtout le sixième qui forment la partie originale des chroniques de Pierre Cochon; nous espérons bien qu'ils ne tarderont pas à être publiés en entier.

I. — Extrait des Annales.

A MCCXXVI. Mourut le roy Loys, et Loys, son filz, fu après roy, apellé le roy saint Loïs.

MCCXLIIII. Mourut la contesse Jehenne de Flandres, et Marguerite, sa seur, fu comptesse.

MCCXLVII. Le bon roy saint Loys mut pour aler oultre mer, et mena ses frères
B avec lui, c'est assavoir le compte Robert d'Artois, et le bon compte Charles d'Anjou. En cel an fu le siége devant Ays[b], et le pape Innocent estoit à Leon sur le [b] 1248.
Rone, et de là s'en ala en Avignon, et fist commenchier le palays[1].

MCCLXX. Mourut le bon roy saint Loys, et son filz lors fu après.

MCCLXXIII. Prist Robert, ainsné fil du compte de Flandres, Blanche à fame, et
C espousa à Samur dimence devant l'Ascencion[2].

MCCIIII.XX.XVI. Les granz crestines d'eaues furent, qui abatirent le Chastelet de Petit Pont de Paris, et fondirent les pons, et fu la vegille saint Thomas, apostre[c]. [c] 20 déc.
Et en cel an fu Jehan de Saint Jehan pris en Gascongne.

MCCC et III. Trespassa la bonne royne Jehenne[3]. Et en cel an les Templiers
D furent destruiz[d], et aucunez autres croniquez dient qu'il furent mors l'an III.C. et VII. [d] 1307.

MCCCXV. Mourut sire Engerren de Marregny, au gibet de Montfauchon, à Paris, dont ce fu grant damage au royaume.

MCCC et XVI. Fu la grant famine, et qui tousjours mengast, toujours eust fain.

[1] *Les mots* et de là — le palays, *ont été effacés; la note :* cê ne fu pas celuy, *a été ajoutée en regard. En effet, Innocent IV n'a pas résidé à Avignon.*

[2] *Les auteurs de l'*Art de vérifier les dates *rapportent à l'année 1271 la mort de Catherine ou Blanche de Sicile, première femme de Robert de Béthune.*

[3] *Jeanne de Navarre, femme de Philippe le Bel, morte en 1305.*

MCCC et XVIII. Les Juys qui tenoient à Rouen beaucoup d'eritagez ès parroisses A de Saint Erblant, Nostre Dame la Roonde et à Saint Lo, et avoient une rue appellée la rue aux Juys, et encore est appellée, et estoit leur moustier en une place de present appellée le Clos as Juys, furent boutez hors de la dicte ville, et leurs heritages confissiez au roy.

MCCCXXI. Furent les mesiax ars par tout le royaume de France, pour ce qu'il B empoisonnèrent les eauez, affin que les genz sainz mourussent et que les mesiax fussent seigneurs du monde.

II. — Extrait du Poëme sur la succession des rois de France.

Or oés du XLVIII[e] :
Ce fu le roy Loys saintisme. C
XLIIII ans vesqui rois.
Sa fame out nom, c'est li voirs,
Margerite, ce dit le conte;
De Prouvence fu fille au conte.
Le XLIX[e] roy fu D
Philippe, mout out de vertu,
Qui en Arragon trespassa.
Trois ans[1], ce m'est aviz, regna.
Deulz fames out, bien le soit on :
L'une[a] fille au roy d'Arragon; E
L'autre fu Marie nommée,
Du duc de Brebant engendrée.
Plusiex gens soivent que c'est voirs.
Après le L[e] roys :
Nommé fu Philippe le Bel, F
Qui mout estoit fort et ignel,
Qui mout bien s'esprouva.
XXXIX anz com roys regna.
Le LI[e] rois
Loys fu le larges, courtois. G
Le premier an qu'i fu sacré,
Trespassa, c'est la vérité.
Johan, son filz, si poy regna
Que pas à Rainz ne retourna
Prendre son sacre : Dieu le voult. H
Jhesus, qui est sire sur tout,
Ait l'ame en son commandement.
Bien croy qu'il l'ait certainement.
Après luy fu Philippe rois.
Chinc anz regna, c'est bien li voirs. J
Puis regna Charles li mains nés
VII an[s]. A tous les trespassés
Face Dieu pardon et mercy.

[a] Isabelle.

III. — Note sur les successeurs de saint Louis.

Quant le bon roy saint Loy fu trespassé, Philippe, son filz, fu roy, et ne vesqui K que III anz, et mourut en Arragon. Et après lui fut roy Philippe le Bel, qui regna XXXIX anz, lequel avoit II frèrez, l'ainsné compte de Vallois, et l'autre compte d'Alenchon[2], par lequel Engueren de Marregny mourut. Lequel roy Philippe le Bel out III filz, qui tous trois furent roys après sa mort, l'un aprez l'autre, et ne [b] Charles. durèrent que trop poy de temps. Et disoit le peuple que le compte de Vallois[b] les L faisoit empoysoner pour parvenir à la couronne de France. Si plut à Dieu 16 Déc. 1325. que le dit compte mourut[c] enchiès que le desrain de[s] III enfanz mourut, et lui

[1] *Cette erreur sur la durée du règne de Philippe le Hardi se trouvera reproduite dans les deux fragments qui vont suivre.*

[2] *Il y a ici une confusion : Charles, frère de Phili[ppe] le Bel, comte de Valois, devint comte d'Alençon en 1293, et laissa en mourant deux fils, Philippe, qui monta sur le trône de France, et Charles, qui fut la tige de la maison d'Alençon.*

A mort, si comme il venoit du sacre, le dit compte avoit I filz nommé Philippe de Vallois, qui fu esleu roy par deffaut d'oir maalle, et son oncle compte d'Allenchon[1] vout avoir la moitié du royaume, et en fu très grant debat entr'eulz, et puis la pais s'en fist. Ainsi demoura Philippe de Vallois roy de France.

IV. — Extrait de la Chronique normande.

B Après ce que les trois enfanz royalz de la lignie du bon roy saint Loys trespassèrent en jane aage, et que le royaume demoura despoulié et nu de roy filz de roy, et que la lignie failly, les barons dou royalme eslurent Philippe filz au compte de Vallois à estre roy, pour ce que c'estoit le plus prochain maale de la roialté, et fu le commenchement et le premier roy de la ligne de Vallois, et fu couronné à
C Rainz l'an de grace mil CCC et XXVII [a]. Et pour miex entendre ceste hystoire, le bon roy saint Loys trespassa l'an mil CC LXX, et regna roy XLIIII anz. Et après lui fu Philippe son filz, qui trespassa en Arragon, et ne regna que trois anz[2]. Après lui, fu Philippe le Bel, qui regna XXXIX anz, et fist faire en son temps le pallés de Paris, et mout d'autres beaulz lieus, et estoit son mestre conseiller monseigneur
D Engerren de Marregny, chevalier, lequel fist faire l'église d'Escoyes, et fonda les chaignouries[3], et d'autres maisons, comme le manoir de Maigneville [b] et pluseurs autres, et fu tant envié qu'il en mourut, et estoit son mestre conseiller un noble homme nommé sire Guillebert Poolin, lequel se messire Engerren l'eust creu, il n'en fust pas mort. Car quant il estoit en prison à Paris, le dit Poolin lui dist :
E « Sire, n'atendés pas la fureur de vos ennemis. J'ay faist aprester à Harefleu une « nef tout pour escliper en mer, et vous feroy livrer II coursiers, et monterés sus, et « vous en yrés à Harefleu, et partirez du royaume tant que vostre pais soit faite; « car vous avés de bons amis en plusiex royaumez. » Et il respondi : « Ja Diex ne « place que je m'en fuie : car il sembleroit que je fusse coupable. » Atant n'en voult
F rien faire. Si lui en mesprist. Et adonc estoit son bon mestre trespassé, le roy Philippe le Bel, qui trespassa l'an mil CCC et XII [c]. Et le dit messire Engerren trespassa l'an XV, trois anz après. Dont ce fu trop grant dommage pour le royaume, et dient aucunz c'oncquez puis bien ne vint en France.

[a] 1328.

[b] Mainneville.

[c] 1314.

EX INDICIBUS EPISCOPORUM

CONSTANTIENSIUM, ABRINCENSIUM, SAGIENSIUM ET LEXOVIENSIUM.

MONITUM.

In codice latino 15171 (olim 900 Sancti Victoris), foliis 102-111, regnante Carolo V, annotata sunt nomina pontificum quibus nonnullarum ecclesiarum, tum in Anglia tum in Normannia constitutarum, regimen a primordio usque ad sæculum XIV commissum fuit. Horum indicum, quos sæpe laudaverunt auctores Galliæ christianæ, parte priore omissa, posteriorem tantum edimus ubi agitur de episcopis qui tempore sancti Ludovici ejusque successorum Constantiensem, Abrin-

[1] *Charles, comte d'Alençon, était frère et non pas oncle de Philippe de Valois.*
[2] *Voyez la note 1 de la page 224.*
[3] *Ce mot, qui équivaut à la forme* chanoinerie, *donnée par plusieurs glossaires, doit désigner les prébendes de la collégiale d'Éconis.*

censem, Sagiensem et Lexoviensem ecclesias gubernaverunt. Ex eodem codice indices episcoporum Constantiensium necnon Abrincensium, curante D. Gilbert, anno 1867, typis mandati sunt in diario cui titulus : *La semaine religieuse du diocèse de Coutances et d'Avranches.*

[CONSTANTIENSES EPISCOPI.] A

Constanciarum Beatæ Mariæ præclara manet ecclesia, lapideo opere turribusque lapideis multum decora.

. . . .

Hugo[1].
Gillanus[2]. B
Johannes[3].
Eustachius, de ordine Minorum, natus ex urbe Rothomagensi, cujus obitus nonis Augusti[4].

Robertus[5] de Haricuria, vir[6] magnanimus, totius prudentiæ et honoris et scienciæ clarus[7]. Hic ecclesiæ columpna inflexibilis, utriusque juris peritus, cum C fratre suo Radulfo fundavit Parisius domum scolarium de Haricuria. Ipse fratres habuit dominum Johannem de Haricuria primogenitum et Radulfum prædictum, legis peritum, venerabilem et Guidonem, episcopum Lexoviensem, Guillelmumque militem, dominum de Salceia[8]. Robertus autem præfatus episcopus obiit
[a] 1315. nonis[9] Martii[a], et sepultus est Parisius in majori ecclesia prope majus altare. D

Guillelmus de Tevilla, nutu præfati episcopi ad clericatum et canonicatum promotus, post eum electus [est] episcopatui, et ecclesiam decoravit, ut patet in turri lapidea et in ymagine alabastri beatæ Virginis. Domum episcopalem valde decoram ædificavit. Hujus corpus quiescit ante majus altare ecclesiæ[10].

Ludovicus[11], natione Belvacensis. E

[ABRINCENSES EPISCOPI.]

Abrincensi vel Abrincatensi in ecclesia sancti Andreæ, apostoli, cathedrali sederunt episcopi :

. . . .

Willermus[12]. F

Magister Gaufridus obiit IIII° idus Aprilis[13].

Johannes[14] dictus Haut fu né[15], vir[16] sanctæ memoriæ, dilectus a Deo et hominibus in prædicationibus, in ordinibus et divinis officiis sic devotus ut insistentes ad devotionis augmentum promoveret. Hic devotissime ecclesiam Beatæ Mariæ de Becco dedicavit in octavis Nativitatis ejusdem Dei genitricis[17], et consequenter ba- G silicam Sancti Petri de Gemmetico. Successu vero temporis, propter guerras regum Francorum, Anglorum et Navarræ[18] exul ab urbe et dyocesi, Rothomagum con-

[1] *Hugo de Morvilla, cujus epitaphium editum est in Gallia christiana* (XI, 880) :

> Qui jacet hic Hugo, Cato pectore, Tullius ore,
> Muneribus Titus, præsul honore fuit.
> Quique sequens Marthæ studium requiemque Mariæ,
> Quæ sua sunt mundo reddidit atque Deo.
> Prævia quem rapuit lux festi Simonis, annos
> Post bis sexcentos octoque terque decem.
> Det Deus huic vere secum sine fine manere.
> Amen.

Unde colligimus Hugonem 27 oct. 1238 obiisse.

[2] De Cadomo.

[3] *Johannes de Esseio, a. 1274 defunctus.*

[4] *Galliæ christianæ auctores tradunt Eustachium 8 Augusti 1291 decessisse.*

[5] *Hæc clausula edita est in Gallia christ.* XI, 884.

[6] *Gall. christ.* noster.

[7] *Gall. christ.* prudentiæ et canonum scientia

[8] *Ibid.* Palceia.

[9] *Ibid.* II.

[10] *Guillelmum defunctam volunt alii a. 1345, alii a. 1347. Ita auctores Galliæ christianæ.*

[11] *Dictus* d'Erquery, *defunctus circ. a. 1371.*

[12] *Cum in codice Sancti Victoris admodum imperfecta sit episcoporum Abrincensium series, nescimus quis sit iste Willermus.*

[13] *Gaufridus, dictus* le Boucher, *a. 1306 mortuus traditur.*

[14] *Quæ sequuntur edita sunt in Gallia christiana,* XI, 490 *et* 491.

[15] *Voces* dictus H. *desunt in Gall. christ.*

[16] *Gall. christ.* noster.

[17] 15 *sept.* 1342, *ex Chronico Beccensi.*

[18] *Gall. christ.* Navarræorum.

A fugit ad securitatem, et tandem ibidem migravit ad Dominum, sepultusque est honorifice in tumulo lapideo in monasterio Sancti Petri et Audoeni, secundum affectum devotionis suæ[1], in capella præcipui patroni sui beati Andreæ, apostoli, anno Domini M.CCC.LVIII[2].

Robertus Porte[3].

B

[SAGIENSES EPISCOPI.]

Sagiensis decora manet cathedralis ecclesia, sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii honore consecrata, in qua fuerunt episcopi :

. . . .

Gaufridus, cujus obitus sollemniter agitur in ecclesia Rothomagensi III ka-
C lendas Februarii[a]. [a] 1258.

Thomas[4].

Johannes[5].

Gervasius[6].

[LEXOVIENSES EPISCOPI.]

D Lexoviensis ecclesia beati Petri, apostoli, facultatibus non impar ceteris Neustriæ episcopatibus sacrisque reliquiis, quia ibi fertur honore debito observari corpus sanctissimi Ursini, primi Bituricensis archiepiscopi, atque sancti Candidi episcopi, cum aliis reliquiis. Ibi fuerunt episcopi :

. . . .

E Willermus[7].

Fulco[8].

Guido de Merula, obiit VII kalendas Maii[b]. [b] 1285.

Guillelmus de Asinariis, cantor ejusdem ecclesiæ. MCCLXXXV[9].

Johannes[10].

F Guido de Haricuria, vir magnanimus, frater Roberti, Constantiensis episcopi, licet non compar in litteratura, tamen non impar in tuitione ecclesiastica. Obiit VIII kalendas Maii[c]. [c] 1336.

Guillermus de Caro Monte, natione Vulcassinus, ejusdem ecclesiæ canonicus[11].

Guillermus, natione Lemovicensis, primo monachus ordinis Sancti Benedicti,
G vir litteratus, provisione papæ Clementis VI factus est abbas Sancti Taurini Ebroicensis, deinde episcopus Tricastinus et postea Lexoviensis. Hic prædicator illustris, licet jurista, multam habuit diligenciam ad claudendum urbem Lexoviensem anno Domini M.CCC.LVII, propter guerras regum Francorum, Anglorum et Navarræ. Tunc abiit Avinioni, et miserabili eventu domus in qua inierat com-
H busta est, et ipse periit anno Domini M.CCC.LVIII.

Johannes dictus Dormiens[12], sed in negotiis suis satis vigilans ; ducis Normanniæ regentisque Francorum cancellarius, ab episcopatu Lexoviensi translatus est Belvaco.

[1] *Ibid.* secundum affectionis suæ.....

[2] *De eodem episcopo hæc sæculo XIV notata sunt ad calcem codicis Bibl. imp. signati* français 4946 :

Anno Domini M° CCC° quinquagesimo octavo, IIII[a]. die mensis Junii, apud Rothomagum, obiit et decessit a mundo vir bonæ memoriæ magister Johannes Haut fut né, episcopus Abrincensis, et fuit inhumatus et sepultus in monasterio abbatiæ Sancti Audoeni Rothomagensis, in capella sancti Andreæ apostoli, in sinistra parte ipsius capellæ, prope capellam beatissimæ genitricis Mariæ, matris Domini nostri Jesu Christi, et fuit apportatus de loco ubi decessit ad dictum monasterium Sancti Audoeni cum magna sollemnitate, processione omnium religionum civitatis Rothomagensis ac decani et capituli majoris ecclesiæ Rothomagensis, præsentibus domino archiepiscopo, decano ipsius ecclesiæ, ac magna et copiosa congregatione populi tam ecclesiastici quam secularis, et in choro dicti monasterii fuit solemniter celebratum pro anima ipsius servicium *Placebo* et *Dirige* VI[a] die prædicti mensis, et septima die corpus ipsius traditum ecclesiasticæ sepulturæ, et decantavit majorem missam decanus ecclesiæ Rothomagensis, habuitque conventus Sancti Audoeni pro pitantia die suæ sepulturæ XX libras turonensium, et septima die suæ sepulturæ X libras turonensium.

[3] *Roberti Porte nomen eadem manu sed recentiore, ut videtur, atramento notatum est. — Robertus die 5 Nov. 1359 regalia obtinuit.*

[4] *Thomas de Alnoto, a. 1278 defunctus.*

[5] *Johannes de Berneriis qui a. 1294 obiit.*

[6] *Gervasius a. 1356 electus.*

[7] *Guillelmus de Ponte Arcæ, qui in manibus Odonis Rigaudi a. 1250 cessit.*

[8] *Fulco Dastin, 1250-1267.*

[9] *Guillelmus de Asneriis, a. 1285 electus.*

[10] *Johannes de Samois.*

[11] *Obiit a. 1349.*

[12] *Melius* de Dormannis, *vulgo* de Dormans.

POLYPTYCHUM ROTOMAGENSIS DIŒCESIS.

MONITUM.

Chronicis Normannicis interserenda duximus vetera Rotomagensis et Constantiensis diœcesium polyptycha, quorum utrumque regnante sancto Ludovico confectum est. In eis enim habetur commemoratio earum rerum quæ in monasticis chronicis annotatæ sunt multarumque aliarum quas medii ævi annalium scriptores neglexerunt quasque magna industria perquirunt neoterici.

Rotomagense polyptychum, contentum in Imperialis bibliothecæ codice latino 11052 (olim suppl. lat. 718), archiepiscopo Odoni Rigaudi (1248-1275) sæpius addictum, in ordinem redactum esse constat dum Petrus de Colle Medio sedem archiepiscopalem teneret
[a] fol. 45 verso. (1236-1244), cum in clausula ad ecclesiam Villariensem spectante[a] *Mauritius*, qui proximus ante Petrum fuerat, dicatur *ultimus archiepiscopus*, cumque in duobus aliis locis Petrus ipse nominetur ut Rotomagensi ecclesiæ præsidens : « Ecclesiæ de Freellis contentio est super « jure patronatus inter dominum archiepiscopum Petrum et abbatem
[b] fol. 54 verso. « Sancti Dionisii in Francia[b]; » — « Ecclesiæ de Gourello super jure « patronatus est contentio inter dominum archiepiscopum Petrum et
[c] fol. 81. « dominum de Montiniaco[c]. »

Polyptychi auctor recensuit singulas ecclesias præcipuasque capellas, et de unaquaque notavit quis fuerit patronus, quis rector vel vicarius, a quo archiepiscopo (Rotrodo 1164-1183, Galtero 1184-1207, Roberto 1208-1221, Theobaldo 1222-1229, Mauritio 1231-1235, vel Petro 1236-1244) fuerit receptus rector vel vicarius, quanti æstimarentur annui beneficiorum redditus, quotque parochiani ad singulas spectarent ecclesias.

E beneficiorum valore ibi annotato decimæ aliaque ecclesiastica tributa, de quibus plura documenta tomo nostro XXI exhibuimus, percipiebantur; ex parochianorum numero, nonnullæ obventiones, et inter cætera debitum quoddam, gallice dictum *la débite*, id est pecuniæ summa quam unaquæque parochia ad tuendam cathedralem ecclesiam quotannis conferebat quæque sic constituta fuerat ut quot parochiani, id est familiæ, in recensione designati fuissent, tot denarii solverentur[1]. Quæ cum ita sint, ex debiti summa definiri potest parochianorum numerus.

In intervallis quæ de industria reliquerat primus amanuensis, adjectæ sunt tempore archiepiscoporum Odonis Rigaudi (1248-1275) et

[1] De modo solvendi debiti, vid. Regestum Radulphi Roussel (cod. lat. 5197), cujus præfationem edemus infra in Appendice ad Polyptychum Rotom.

Guillelmi de Flavacuria (1278-1306) multæ magnique momenti annotationes, quas uncis distinctas edemus.

Recentiora parochiarum nomina, præcipue ad fidem libri cui titulus : *Description historique de la haute Normandie*, adjecimus, universis uniuscujusque decanatus ecclesiis simul initio capitum congregatis, quia notæ singulis clausulis appositæ justum modum excessissent.

INCIPIT ARCHIDIACONATUS MAJOR. fol. 6.

INCIPIT DECANATUS CHRISTIANITATIS ROTHOMAGENSIS [1].

A Ecclesia Sancti Machuti[2]. Parrochiani mille quingenti. Valet C et LX l.; sed inde
tenetur sacerdos archiepiscopo reddere X l., et capitulo Rothomagensi X l. Archie-
piscopus, patronus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam domino Andreæ
presbitero. Item domino Tyerrico.]

Ecclesia Sancti Pauli. Parrochiani II.C. Non habet redditus determinatos, sed
B recipit a priorissa singulis mensibus XX s., nec recipit curam ab archiepiscopo,
sed instituitur ab abbatissa de Monasterio Villari, auctoritate papæ, ut dicitur.

Ecclesia Sancti Viviani. Parrochiani mille trecenti. Valet CC et octoginta l. Abbas
Sancti Audoeni Rothomagensis, patronus, et percipit ibi LXX l. annuatim. [Archie-
piscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Johannem de Sereno Fonte, ad præsenta-
C tionem abbatis et conventus Sancti Audoeni Rothomagensis.]

Ecclesia Sancti Nigasii. Parrochiani quadringenti et L. Valet C l. Abbas Sancti Audoeni Rothomagensis, patronus.

Ecclesia Sancti Audoeni. Parrochiani circa quadringenti. Valet circa C l. Sacrista
et elemosinarius percipiunt ibi [XXX] l. Abbas Sancti Audoeni, patronus. [Magister
D Martinus de Burgo Acardi receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præ-
sentationem dicti abbatis.]

Ecclesia Sancti Gildardi. Parrochiani circa IIII.C. Archiepiscopus, patronus. Valet octoginta l. t. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Roberto, decano tunc temporis christianitatis Rothomagensis. Item magistro Johanni Gasconi.]

E Ecclesia Sancti Laurencii. Parrochiani trecenti. Valet nonaginta l. Abbas Sancti
Wandregisilli, patronus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Rober-
tum Preudomme, ad præsentationem dicti abbatis. In dicta ecclesia Sancti Lau-

[1] *Initio codicis (fol. 5 verso) adjectus est nonnullarum capellaniarum index, cujus textum hic in annotationibus repræsentandam duximus :*

Heæ sunt capellaniæ in ecclesia Rothomagensi, quarum dominus archiepiscopus est patronus.

Capellania magistri Reginaldi de Calvo Monte valet XXX l. vel plus : videantur litteræ de emptionibus factis.

Capellania domini Andreæ, quæ fuit pro Petro Michaelis, valet circa XXX l.

Capellania domini Guillelmi dicti Comitis, pro archidiacono Reginaldo, valet circa XX l.

Capellania Ricardi de Vicecomitatu valet XV l.

Capellania Haisiæ Nourjout, quæ est apud Boscum Rogeri, valet XX l. Transferenda est ad ecclesiam Rothomagensem juxta voluntatem defunctæ.

Capellania archidiaconi Johannis de Sarqueus non habet patronum determinatum, quod ego sciam. Voluit tamen quod magister Guirardus, socius suus, conferret eam quamdiu viveret.

Capellania domini Michaelis de Sancto Ermelando pro Lucratore.

Item quatuor capellaniæ quarum quælibet valet XV l., et quatuor quarum quælibet valet XV marchas.

Item capellania Rogeri Canousart perficienda in Albania, cum aliis capellaniis et beneficiis Albaniæ.

Item capellania Johannis de Brequegny, clerici, augmentata per executores Galteri Blondel, valet circa XX l. Patronus non est determinatus. Quam habet dominus Johannes de Ons, quam ei contulit Guillelmus thesaurarius, executor dicti Johannis.

Nota de Clemente de Longo Vico.

Heæ sunt quarum dominus [a] est patronus. [a] archiepiscopus.

Patronus est capellaniæ magistri Reginaldi de Calvo Monte; capellaniæ domini Ludovici; capellaniæ domini Andreæ; capellaniæ domini Radulphi Anglici; item capellaniæ Laurencii dicti l'Aloue, pro Radulpho de Donjone; capellaniæ Sanctæ Annæ. (*Voces* capellaniæ S. Annæ *secunda manu sæculo XIV adjectæ sunt.*)

[2] Saint-Maclou, Saint-Paul, Saint-Vivien, Saint-Nicaise, Saint-Ouen (*postea* Sainte-Croix-Saint-Ouen), Saint-Godard, Saint-Laurent, Saint-Patrice, Saint-André-hors-la-ville, Saint-Vigor, Sainte-Marie-la-Petite, Sainte-Croix-des-Pelletiers, Saint-Pierre-l'Honoré, Saint-Jean, Saint-Lô, Saint-Amand, Saint-Nicolas, Saint Herbland, Notre-Dame-la Ronde, Saint Denis, Saint-Martin-du-Pont, Saint-Étienne-des-Tonneliers, Saint Cande-le-Jêune, Saint Pierre-du-Châtel, Saint Andre-dans-la-ville, Saint-Vincent, Saint-Eloi, Saint-Michel, Saint-Sauveur, Saint Pierre-le-Portier, Canteleu sur-Croisset, le Mont-aux-Malades, Saint-Agnan sur-Rouen, Bois-Guillaume, Isneauville, Fontaines-sous-Préaux, le Vivier, Carville-sur-Rouen, Saint-Hilaire, Saint-Sever, Oissel, Grand-Couronne, le Grand-Quevilly, le Petit-Quevilly, Moulineaux, Saint-Etienne, la Grande-Église, Saint-Martin-sur-Renelle, Saint-Matthieu à Saint-Sever, le Quesne-Canu à Moulineaux.

rencii fundata est quædam capellania de bonis Helyæ Pictaviensis, quondam civis A
Rothomagensis, cujus archiepiscopus est patronus. Valet xv l. Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Girardo clerico. — Johannes dictus Papin, burgensis Rothomagensis, instituit quandam capellaniam in ecclesia Sancti Laurencii Rothomagensis, de bonis testamenti uxoris suæ, Basilæ nomine, ad quam præsentavit nobis hac prima vice, et de cætero dominus Rothomagensis archiepiscopus erit B
patronus.]

Fol. 7.

Fol. 6 verso. Ecclesia Sancti Patricii. Parrochiani trecenti et quadraginta. Cancellarius Rothomagensis, patronus ratione cancellariæ, et percipit ibi XL s. annuæ pensionis; et abbas de Cerisiaco LX s., ratione cujusdam transactionis habitæ inter ipsum et presbiterum ecclesiæ. Valet presbitero LX l. C

Ecclesia Sancti Andreæ extra portam. Parrochiani circa octoginta. Valet circa XX l. Abbas Gemeticensis, patronus, cui presbiter reddit XXX et II s. pro orto et tenemento suo.

Ecclesia Sancti Vigoris. Parrochiani LXX. Valet XXX l. Archiepiscopus, patronus. [Ascius dictus le Tort, quondam civis Rothomagensis, instituit quandam capella- D
niam in ecclesia Sancti Vigoris Rothomagensis, usque ad valorem XX l. t., prout in littera testamenti sui continetur; et voluit prædictus Ascius quod uxor sua, quoad vixerit, sit patrona ejusdem capellaniæ; voluit etiam quod archiepiscopus Rothomagensis, qui pro tempore fuerit, sit patronus ejusdem capellaniæ post mortem uxoris suæ supradictæ. Magister Johannes, archidiaconus et vicarius E
Odonis Rigaudi, recepit ad dictam capellaniam Nicholaum dictum Vicinum, ad præsentationem mulieris supradictæ.]

Ecclesia Sanctæ Mariæ Parvæ. Parrochiani C. Valet presbitero XXX l. Solvit cancellario annuatim XX s. Cancellarius, patronus. [Magister Johannes Poyriers receptus ab archiepiscopo Odone, ad præsentationem dicti cancellarii. Item Johannes F
dictus Coipel. Item Reginaldus de Sappo.]

Ecclesia Sanctæ Crucis. Parrochiani circa C. Valet circa XX l. Abbas Sancti Audoeni, patronus; percipit ibi XII s. annuatim; abbas Sancti Georgii de Bauquiervilla, V s.

Ecclesia Sancti Petri Honorati. Parrochiani CXX. Valet XXX l. Abbas Sancti Au- G
doeni, patronus; percipit ibi X s. annuatim. [Ricardus de Schala, præsentatus ab abbate Sancti Audoeni, receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem dicti abbatis. Item Remigius.]

Ecclesia Sancti Johannis super Renellam. Parrochiani CC. Valet L l. Prior Sancti Laudi præsentat archiepiscopo ad curam. H

Fol. 7. Ecclesia Sancti Laudi. Valet XL l. Prior Sancti Laudi præsentat ad curam.

Ecclesia Sancti Amandi. Parrochiani circa octoginta. Valet circa XX l. Abbatissa Sancti Amandi, patrona.

Ecclesia Sancti Nicholai. Parrochiani LX. Valet circa XL l. Capitulum Rothomagense, patronus. Percipit in eadem dictum capitulum XV l. [Magister Petrus de J
Carvilla fundavit ibi quandam capellaniam, ad quam præsentaverunt ejus[1] executores ipsius prima vice; de cætero conferet dominus archiepiscopus.]

Ecclesia Sancti Ermelandi. Parrochiani octoginta. Valet XL l., absque portione XVI librarum quas percipit ibi magister Tholomeus, canonicus Rothomagensis, patronus dictæ ecclesiæ ratione suæ præbendæ. [In ecclesia Sancti Ermelandi fun- K
data est quædam capellania a Guillelmo dicto Lucratore et ejus uxore, civibus Rothomagensibus. Valet XV l. Archiepiscopus, patronus. Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Michaeli clerico. Item alia per executores Perronellæ Audos, civis Belvacensis, cujus fuit executor magister Stephanus de Quemino; quam habuit primo N. de Posterna, ad præsentationem dicti executoris; de cætero do- L
minus archiepiscopus erit patronus.]

Ecclesia Sanctæ Mariæ Rotundæ. Parrochiani [2]. Ibi sunt tres canonici, unus curatus horum. Dominus rex, patronus. Tres vicarii, quos canonici præsentant

[1] *Vox* ejus *delenda* — [2] *Numerus cod. abest.*

A archiepiscopo, quilibet suum. Valet ecclesia curato circa XL l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Johannem presbiterum ad curam dictæ ecclesiæ, ad præsentationem domini regis.]

Ecclesia Sancti Dionisii. Parrochiani CXX. Valet XX l. Cantor Rothomagensis, patronus, et percipit ibi C s. annuatim. [[1] receptus fuit ad præsentationem B cantoris Rothomagensis ab archiepiscopo Odone Rigaudi.]

Ecclesia Sancti Martini juxta pontem. Parrochiani CXX. Valet XXXV l. Abbatissa Sancti Amandi, patrona. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Guillelmum, ad præsentationem dictæ abbatissæ.]

Ecclesia Sancti Stephani de vico Tonellariorum. Parrochiani CXX. Valet XL l. fol. 7 verso.
C Abbas Sancti Audoeni, patronus; ibi percipit XXX s. annuatim. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Helyam, ad præsentationem abbatis prædicti.]

Ecclesia Sancti Candidi Junioris. Parrochiani CIIII. Valet XL l. Episcopus Lexoviensis, patronus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Nicholaum de Trubevilla, ad præsentationem dicti episcopi. Item magistrum Robertum de Bello Campo.]

D Ecclesia Sancti Petri de Castro. Parrochiani octoginta. Valet XVI l. Abbas Sancti Audoeni, patronus, et percipit ibi XL s. annuatim.

Ecclesia Sancti Andreæ in vico Fabrorum. Parrochiani LX. Valet XXVI l. Abbas Sancti Audoeni, patronus, et percipit ibi XL s. annuatim.

Ecclesia Sancti Vincentii. Parrochiani CC^ti. Valet vicaria XXV l. Ibi fundata est E quædam præbenda Rothomagensis. Canonicus illius præbendæ, patronus.

Ecclesia Sancti Elegii. Parrochiani CC^ti LX. Ibi est fundata quædam præbenda Rothomagensis ecclesiæ. Canonicus dictæ præbendæ, patronus. Valet vicaria circa XX l. In dicta parrochia est quædam capella in domo Filiarum Dei, cujus præsentatio pertinet ad dictum canonicum. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit F Petrum vicarium, ad præsentationem domini Guillelmi de Nangis, tunc canonici Rothomagensis, qui præbendam suam percipiebat ibidem.]

Ecclesia Sancti Michaelis. Parrochiani CXII. Valet LX l. Abbas de Monte Sancti Michaelis de Periculo maris, patronus; percipit ibi L s. annuatim.

Ecclesia Sancti Salvatoris. Parrochiani octoginta VII. Valet L l. Capitulum Ro- fol. 8.
G thomagense, patronus. Et abbas Sancti Audoeni percipit ibi XLV s. annuatim, et dictum capitulum XLV s.

Ecclesia Sancti Petri Portarii. Parrochiani LXVI. Valet XX l. Archiepiscopus, patronus. [Magister Johannes de Noientello, archidiaconus et gerens vices reverendi patris Odonis Rigaudi, contulit eam Gaufrido dicto le Tieullier subdiacono.]

H Ecclesia de Cantu Lupi. Parrochiani CLXXX. Dominus rex, patronus. Valet L l.

Ecclesia de Monte Leprosorum. Parrochiani LXX. Prior ejusdem loci, patronus. Presbiter, cum suo clerico, habet ibi victum in mensa canonicorum, et ultra hoc percipit ibi VI l.

Ecclesia Sancti Aniani. Parrochiani L. Dominus rex, patronus. Valet XXXV l.

J Ecclesia de Bosco Guillelmi. Parrochiani CC^ti. Abbas Sanctæ Katerinæ, patronus. Valet presbitero LXX l.

Ecclesia de Yneauvilla. Parrochiani CXL. Abbas Sancti Audoeni, patronus. Valet XL l. [Odo præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Odone Rigaudi. Item Ricardus. Item Radulphus de Homma.]

K Ecclesia de Fontibus. Parrochiani XLVIII. Valet XXV l. Dominus Johannes de Mauquenchi, miles, patronus.

Ecclesia de Viviario. Parrochiani LX. Dominus villæ, patronus. Valet XXX l. fol. 8 verso

Ecclesia de Carevilla. Parrochiani VII.XX. Prior de Monte Leprosorum, patronus. Valet XXXV l. Capella Sancti Audoeni de Loncpeen in eadem parrochia. [Item ma-
L gister Johannes de Noientello, archidiaconus et vicarius Odonis Rigaudi, recepit ad ecclesiam prædictam Guillelmum de Fusquereio, clericum, ad præsentationem prædicti prioris.]

Ecclesia Sancti Hilarii. Parrochiani circa nonaginta. Magister Tholomæus, pa-

[1] *Locus in cod. vacuus.*

tronus, ratione præbendæ suæ Rothomagensis. Valet XLV l. — Capella Sancti Ægidii de Repevilla, in parrochia prædicta. Presbiter Sancti Hylarii debet ibi deservire.

Ecclesia Sancti Severi juxta Rothomagum. Abbas Becensis, patronus. Parrochiani ccc^{ti}. Valet XXXV l.

Ecclesia Sancti Martini de Oissello. Parrochiani cc^{ti} XL. Johannes de Sancto Sansone, armiger, patronus, ratione uxoris suæ. Valet LXX l.

Ecclesia Magnæ Coronæ. Parrochiani VI.XX. Prior Aulæ Puellarum, patronus. Valet XXV l.

Ecclesia de Kevilliaco Magno. [Parrochiani IIII.XX. Valet XX l. Archiepiscopus, patronus. Guillelmus archiepiscopus contulit eam Guillelmo presbitero.]

fol. 9. Ecclesia de Kevilliaco Parvo. [Abbas Beccensis, patronus.]

Ecclesia de Molendin[ell]is. [Valet XVI l. vel circa. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Guillelmum de Magnevilla, ad præsentationem prioris Aulæ Puellarum. Item Petrum Recuchon[1].]

Parrochia Sancti Stephani in ecclesia Rothomagensi.

Ecclesia Sancti Martini super Renellam. Parrochiani VII.XX. Valet L l. Capitulum Rothomagense, patronus, et percipit ibi X l. annuatim.

[In manerio archiepiscopi apud Sanctum Mathæum de Ermentruvilla fundaverunt quandam capellaniam Petrus filius Michaelis et Aelicia, ejus uxor, cives Rothomagenses, ad quam dicti Petrus et Aelicia ac Guillelmus, eorum filius, debent præsentare quamdiu vixerint, et eandem capellaniam vacare contigerit. Et notandum est quod post ipsorum trium decessum, archiepiscopus Rothomagensis qui pro tempore fuerit et ejus successores erunt patroni capellaniæ memoratæ. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Andream in dicta capellania primum institutum, ad præsentationem dictorum Petri et Aeliciæ. Valet XXVII l. Ibidem postea fuerunt collocatæ sorores quæ sunt ibi.]

[Capellania leprosariæ de Quercu Canuta. Valet XV l. Archiepiscopus, patronus. Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Radulpho presbitero. Item Petro.]

fol. 5. [Vincencius de Valle Richerii, quondam civis Rothomagensis, duas capellanias fundavit, et dotavit quamlibet de [2] l. t.; non sunt tamen certi loci assignati ubi hujus modi capellaniis serviatur, et sic fuerunt fundatæ quod ipse prima vice præsentaret ad eas, et deinde esset in posterum archiepiscopus patronus earum. Cujus rei gratia, Guillelmus archiepiscopus illam quam Guillelmus Renoudi ex præsentatione dicti Vincencii obtinebat, post ejus obitum, contulit jure suo Johanni de Formetot, presbytero, et aliam quam Johannes Vimerii ex eadem præsentatione tenebat, post obitum ejus, contulit jure suo Petro de Quemino, clerico.]

fol. 9 verso. DECANATUS DE BURGO THEROUDI.

Ecclesia de Furcis[3]. Abbas de Becco, patronus. Valet XL l. Parrochiani VI.XX. R. presbiter, præsentatus a dicto abbate et receptus a domino Petro. [Magister Johannes de Dumo qui nunc est receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem dicti abbatis. Item Guillelmus, nepos abbatis, receptus fuit ab eodem archiepiscopo, ad præsentationem ipsius abbatis. Item Petrus ab eodem archiepiscopo, ad præsentationem ejusdem abbatis.]

Le Tuit Symer. Rex, patronus. Valet XV l. Parrochiani XXVIII. Guillelmus presbiter, præsentatus a Ricardo, quondam domino dictæ villæ, quo recedente in Hiberniam, devenit patronatus ad regem. Dubitatur si rex sit patronus. [Archiepi-

[1] *Voces* Item P. Recuchon *bis in cod. exaratæ sunt.*

[2] *Numerus cod. abest.*

[3] Saint-Éloi-de-Fourques, Tuit-Simer, Bardouville, Anneville-sur-Seine, Berville-sur-Seine, Obourville-sur-Seine, Iville-sur-Seine, Bos-Gouet, Touberville, Tuit-Hébert, Bos-Bénard-Cressi, Bos-Bénard-Commin, Infreville, Angoville, Bourg-Theroude, Boissay-le-Châtel, Bâville, Teillement, Vouecreville, Bos-Renoul, Bonneville-sur-le-Bec, Berville-en-Campagne, Maleville-sur-le-Bec, Saint-Martin-du-Parc, Saint-Paul-de-Fourques, Gros-Teil, Houlbec, Valeville, Saint-Denis-des-Monts, Saint-Filibert-sur-Boissay, Bos-Guerard-en-Roumois, Marcouville-en-Roumois, Bocherville-en-Roumois, Bos-Norman, Bos-Roger-de-la-Londe, Tuit-Heudebert, la Londe-Commin, Elbeuf, Brionne, le Bec-Hellouin, Saint-Taurin-sur-Fourques, Bos-Robert, Mauny.

A scopus Odo Rigaudi recepit Stephanum ad præsentationem regis, quia, dum inter
dictum dominum regem, ex una parte, et Johannem de Landis, militem, ex
altera, contentio esset super jure patronatus ipsius ecclesiæ, idem miles in assi-
siis Pontis Archæ, coram domino Juliano de Perona, comparens, voluit et con-
sensit quod præsentatus ab eodem rege reciperetur ad eam.]

B Bardolvilla. Heredes Petri de Braia, patroni. Valet xx l. Parrochiani lxxxiiii.
Guido presbiter, præsentatus a dicto Petro, receptus a domino Mauritio. [Archie-
piscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Johannem, ad præsentationem domini
Anselli de Braya, militis.]

Annevilla. Abbas Fiscannensis, patronus. Valet [iiii.xx] l. Parrochiani vii.xx.
C Guido presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino Mauritio.

Bervilla super Secanam. Prior Beatæ Mariæ de Prato juxta Rothomagum, pa-
tronus. Valet xi l. Parrochiani lxx. Robertus presbiter qui nunc est præsentatus
fuit a dicto priore et receptus a domino Petro. [Item Guillelmus de Flava Curia,
archiepiscopus Rothomagensis, recepit Petrum le Fae, ad præsentationem abbatis
D de Becco.]

Auborvilla. Prior Beatæ Mariæ de Prato, patronus. Valet xii l. Parrochiani l.
Henricus presbiter, præsentatus a dicto priore, receptus a domino Theobaldo.

Huivilla. [Sanctus Leodegarius de Yvilla[1].] Guillelmus de Huivilla, [miles,] pa-
tronus. Valet xl l. Parrochiani vi.xx. H. presbiter, præsentatus a dicto Guillelmo,
E receptus a domino Petro. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Johannem ad
præsentationem dicti Guillelmi militis. — In parrochia de Wivilla de novo fun-
davit Willelmus, dominus de Wivilla, quandam capellam beatæ Mariæ, et ibi in
feodo suo assignavit xv libratas redditus, auctoritate domini regis, de quo habet
litteras ipsius. Ad dictam capellam nos[2] Odo Rigaudi, Rothomagensis archiepi-
F scopus, recepimus Thomam dictum Moisson, ad præsentationem dicti militis.
Qualiter dictus capellanus habere se debeat erga presbiterum parrochialem, con-
tinetur in litteris archiepiscopi confectis super hoc, quas habet presbiter parro-
chialis seu habere debet.]

Boschus Gocti. Abbas de Pratellis, patronus. Valet xxv l. Parrochiani vii.xx. fol. 10.
G [Magister Radulphus qui nunc est receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi,
ad præsentationem dicti abbatis.]

Apud Tubervillam tres ecclesiæ, videlicet ecclesia Sanctæ Mariæ, ecclesia Sanctæ
Trinitatis, capella Sancti Audoeni. Prior de Burgo Achardi, patronus. Cedunt
proventus in usus fratrum.

H Tuit-Hebert. Georgius de Bosco Renoldi, miles, patronus. Valet xv l. Parro-
chiani iiii.xx. G. presbiter, præsentatus a dicto Georgio, receptus a domino Theo-
baldo.

Bos Bernart de Cressy. Abbas Becensis, patronus. Valet xx l. Parrochiani l.
Mathæus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino Mauritio, [Ri-
I cardus presbiter receptus fuit post Evrardum ab archiepiscopo Odone Rigaudi,
ad præsentationem dicti abbatis. Item Petrus, ab eodem archiepiscopo, ad præ-
sentationem dicti abbatis.]

Bos Bernart Comin. Johannes, miles, ejusdem villæ dominus, patronus. Valet
xx l. Parrochiani xxxiiii. Jeronimus presbiter, præsentatus a patre dicti Johannis,
K receptus a domino Theobaldo. [Radulphus presbiter qui nunc est receptus fuit ab
archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem Thomæ armigeri, domini ejus-
dem villæ. Item Nicholaus de Mesnillo Wace receptus fuit ad præsentationem
dicti Thomæ, nunc militis.]

Hyffrevilla. Droco, dominus ejusdem villæ, patronus. Valet xxx l. Parrochiani
L lxxii. Lucas presbiter, præsentatus a dicto Drocone, receptus a domino Mau-
ritio.

Angovilla. Johannes de Haricuria, patronus. Valet xv l. Parrochiani xlvi. R.
presbiter, præsentatus a patre dicti Johannis, receptus a domino Mauritio. [Guido

[1] *Ita in codicis margine secunda manu annotatum est.* — [2] *Voces* nos O. R. R. archiep. *inter lineas adjectæ sunt.*

de Romesio, præsentatus a Johanne de Haricuria, receptus a Guillelmo, archiepi- A
scopo Rothomagensi.]

fol. 10 verso. Burgus Theroudi. Abbas de Ulteriori Portu, patronus, ex donatione Hugonis de Ferariis, militis. Valet L l. Parrochiani IIII.XX. Georgius presbiter, præsentatus a domino Richardo de Haricuria, firmario domini regis, qui tunc gerebat ballum dictæ terræ, et receptus a domino Roberto. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit B
Petrum, ad præsentationem magistri Guillelmi de Ferrariis, qui, prout nobis[1] constitit, per litteras ballivi qui tunc erat, obtinuit in assisiis Pontis Audomari, contra abbatem Ulterioris Portus per inquestam jus patronatus dictæ ecclesiæ super quo diutius litigarunt.]

Bussetum[2]. Heredes de Buxeto, patroni. Valet L l. Parrochiani LXXV. Guillelmus C
presbiter, præsentatus a domino de Tilliaco, qui tunc gerebat tutelam heredum de Buxeto, et receptus a domino Petro. [Guillelmus, receptus ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem heredum prædictorum. — Apud Buxeium castrum est quædam capella, cujus est patronus dominus de Gaciaco, ratione uxoris suæ, et ad ejus præsentationem recepit archiepiscopus Odo Rigaudi Guil- D
lelmum Adelee, presbiterum. Valet x l.]

Bavilla. Abbas Sancti Audoeni Rothomagensis, patronus. Valet x l. Parrochiani XXXV. Radulfus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino Galtero.

Teilleman. Dominus de Harecort, patronus. Valet XXX l. Parrochiani IIII.XX. Nicholaus præsentatus a domino Johanne de Bello Monte, gerente tutelam dicti E
domini de Harecort, et receptus a domino Petro.

Walliqervilla. Abbas de Becco, patronus. Valet XV l. Parrochiani XXX. Radulphus presbiter, præsentatus a dicto abbate et receptus a domino Theobaldo.

Bos Renolt. Georgius, miles, dominus ejusdem villæ, patronus. Valet XV l. Parrochiani XXX. Helias presbiter, præsentatus a dicto Georgio, receptus a domino F
Petro.

Bornevilla. Abbas de Becco, patronus. Valet XXX l. Parrochiani C. Johannes presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino Petro. [Magister Guillelmus receptus fuit ab archiepiscopo Rothomagensi, ad præsentationem dicti abbatis.] G

[Bervilla. Heredes de Bussey, patronus. Valet personatus XVI l., vicaria XX l. Parrochiani IIII.XX. Henricus persona, Guillelmus vicarius, præsentati a domino Almarico de Haricuria, persona receptus a domino....[3], vicarius receptus a domino Roberto. Thomas, persona quæ nunc est, recepta fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem heredum de Bosseio.] H

fol. 11. Mala villa. Dominus Willelmus de Feugereto, Radulphus de Sancto Dionisio, Robertus de Boelleio, Robertus de Quesneio, patroni, hoc modo quod debent præsentare abbati Gemeticensi, et abbas domino archiepiscopo. Valet IIII.XX l. Parrochiani LXI. Thomas presbiter, præsentatus a prædictis dicto abbati, et ab abbate præsentatus domino Mauritio. I

Parcus. Radulphus de Sancto Dionisio, Robertus de Quesneio, Robertus de Boelleio, Guillelmus de Feugereio, patroni, hoc modo quod isti quatuor præsentant abbati Gemeticensi, et post modum abbas præsentat domino archiepiscopo. Valet XV l. Parrochiani L. Philipus, qui nunc est persona, fuit præsentatus a prædictis quatuor, et cum esset abbas excommunicatus et ideo inhabilis ad præsentan- K
dum, dominus archiepiscopus recepit et instituit eum, salvo jure utriusque partis. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Guillelmo presbitero propter lapsum temporis.]

Sanctus Paulus. Abbas de Becco, patronus. Valet XV l. Parrochiani XXIIII. Radulphus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino Petro. L

Le Til. Abbas de Becco, patronus. Valet LX l. Parrochiani CCLX. Radulphus presbyter, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino Petro. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Guillelmum ad præsentationem dicti abbatis.]

[1] *Voci* nobis, *quæ expuncta est, substitutæ sunt voces* eidem archiepiscopo.

[2] *Priore manu* Bussetus.

[3] *Hic deest archiepiscopi nomen.*

A Houlebec. Ricardus, presbiter, Symon de Houlebec, patroni alternatim. Valet xv l. Parrochiani xxxv. Laurentius presbiter, præsentatus a dicto Symone, et receptus a domino Theobaldo. [Cum duo armigeri alternatim deberent ad hanc ecclesiam præsentare, videlicet Thomas Rongnier et Geerrosius de Goisbervilla, cumque dictus Geerrehosius hac vice præsentare deberet, omne jus quod habebat B cessit abbati de Becco per cartam suam, et reverendus pater Odo, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, recepit Robertum de Beveron, clericum, a dicto abbate hac vice ad dictam ecclesiam præsentatum, ad præsentationem ejusdem abbatis.]

[Vallevilla. Fulco de Argenciis, armiger, patronus, præsentavit Mathæum de Esprevilla, et receptus est a domino Guillelmo, archiepiscopo Rothomagensi.]

C Sanctus Dionisius de Montibus. Abbas de Becco, patronus. Valet xl l. Parrochiani lx. Archiepiscopus tenet eam in manu sua propter absenciam personæ. [Magister Johannes, archidiaconus et gerens vices reverendi patris Odonis Rigaudi, recepit Guillelmum de Escohies, clericum, ad præsentationem dicti abbatis.] fol. 11 verso.

Sanctus Philibertus. Abbas de Becco, patronus. Valet xx l. Parrochiani xxx. D Thomas presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino Theobaldo.

Boschus Guerardi. Guillelmus le Menjant, patronus. Valet xxxv l. Jordanus, canonicus Baiocensis, persona. [Magister Johannes de Noyentello, archidiaconus et vicarius Odonis Rigaudi, recepit Guillelmum de Brayo, clericum, ad præsentationem Roberti dicti le Menjant, presbiteri[1].]

E [Ecclesia Sancti Dyonisii de Boscho Gerardi. Abbas Sancti Wandregesili, patronus. Anno Domini M.CC.LXX^mo secundo, die mercurii ante festum beati Dyonisii[a], in assisia Rothomagensi, mota contentione super dicta ecclesia inter viros religiosos abbatem et conventum Sancti Wandregesili prædicti, ex una parte, et Robertum dictum le Menjant, presbiterum, ex altera, per dictum ac arbitralem F sententiam arbitrorum a dictis partibus electorum adjudicata fuit proprietas juris patronatus prædictæ ecclesiæ prædictis religiosis, prout in quadam littera, sigillo ballivi Rothomagensis sigillata, super hoc confecta, vidimus contineri.] fol. 10. [a] 5 Oct. 1272.

Marcosvilla. Jordanus de Yvetot, miles, patronus. Valet xv l. Parrochiani xvii. De isto patronatu contenderunt dictus Galterus de Yvetot et Galterus de Buese-G villa in curia domini regis, et dicitur quod Galterus de Yvetot obtinuit, verumptamen Guillelmus, presbiter qui nunc est, præsentatus fuit a Galtero de Buessevilla, et receptus a domino Petro, antequam alter Galterus optinuisset. [Petrus de Crisperiis, ultimo receptus ad ipsam ecclesiam, præsentatus fuit a domino de Haricuria, ratione heredum Galteri de Yvetot, militis, quos tunc habebat in custodia.] fol. 11 verso.

H Boschiervilla. Colinus de Tuit, patronus. Valet xv l. Parrochiani xxxv. Radulphus presbiter, præsentatus a dicto Colino, receptus a domino Petro. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Petrum ad præsentationem domini Guillelmi de Tuit, militis.]

Bos Normant. Templarii, patroni. Valet xii l. Parrochiani lxv. Robertus pres-J biter, præsentatus a dictis Templariis, receptus a domino Petro. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Guillelmum de Puteo Martini presbiterum, ad præsentationem fratris Roberti, magistri militiæ Templi in Normannia.]

Bos Rogier. Radulphus de Bos Rogier, patronus. Valet iiii.xx l. Parrochiani cxx^ti iiii^or. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Martinum, ad præ-K sentationem domini Guillelmi dicti Britonis, militis. — In parrochia de Bosco Rogeri fundaverunt quandam capellaniam Alexander, tunc presbiter et rector dictæ ecclesiæ, et Nicholaus dictus Parvus, executores testamenti Haisiæ Nourjout de Rothomago, de bonis dictæ Haisiæ, ad quam dicti executores præsentaverunt Robertum Cabot, receptum ab archiepiscopo Odone Rigaudi. Et notandum quod L archiepiscopus Rothomagensis qui pro tempore fuerit debet esse patronus dictæ capellæ. Valet xix l. t. et xii d. Item dictus Robertus in receptione sua juravit se articulos sequentes servaturum, et hæc quidem successores ejus jurabunt. Primus est quod jura parrochialis ecclesiæ non usurpabit. Item quod confessiones parro-

[1] *Deleta in codice clausula quæ ad Boschum Guerardi spectabat, secunda manu (fol. 10) annotata sunt quæ sequuntur.*

chianorum non audiet, nec factioni testamentorum intererit, nisi de licentia pres- A
biteri parrochialis. Item quod candelas et oblationes quas recipiet presbitero par-
rochiali restituet. Item quod ibidem personaliter residebit. Item quod in vicinis
ecclesiis non celebrabit frequenter, nisi de licentia presbiteri memorati. Item quod
singulis diebus dicet *Placebo* et *Dirige*, cum pertinentiis, ad minus tres psalmos
et tres lectiones cum responsis et versibus, exceptis diebus quibus in ecclesia Ro- B
thomagensi prætermittitur officium mortuorum, cum oratione *Quæsumus, Domine,
pro tua pietate*. Item quod semel ad minus celebrabit missam de *Requiem* pro anima
defunctæ Haisiæ et animabus omnium fidelium defunctorum, cum dicta oratione
Quæsumus, Domine, secreta et communione, et ter in ebdomada in missa dicet dic-
tam orationem tunc semel pro defunctis, etc. Item quod diebus dominicis et feriatis C
dicet matutinas in ecclesia de Bosco Rogeri et vesperas cum presbitero. Item quod
annualia seu tricesima non faciet. Item quod in nativitate Domini unam missam
celebrabit in Pascha, in festivitatibus beatæ Mariæ et beati Petri et[1] majori altari,
si super hoc a presbitero fuerit requisitus. Item quod fontes nec campanas habebit.
Isti omnes articuli debent conscribi in institutione capellanorum hujusmodi.] D

fol. 12 Tuit Heudebert. Dominus de Londa, patronus. Valet xv l. Parrochiani xl.
Guillelmus presbiter, præsentatus a dicto domino, receptus a domino Mauritio.

La Londe. Dominus de Londa, patronus. Valet xxx l. Parrochiani lx. Hugo
presbiter, præsentatus a prædicto domino, receptus a domino Roberto. [Symon
receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem domini Nicho- E
lai, domini dictæ villæ.]

Hurlebuef super Secanam. Abbas Sancti Taurini Ebroicensis, patronus. Valet
xx l. Parrochiani cxii. Robertus presbiter, præsentatus a dicto abbate, et receptus a
domino Roberto. [Magister Michael qui nunc est eam habuit ex collatione archie-
piscopi Odonis Rigaudi, quia dictus abbas ei minus sufficientem præsentavit; F
ideo eam dictus archiepiscopus contulit.]

Briona. Johannes de Salerna, patronus. Valet lx l. Parrochianos circa quin-
gentos. Radulfus presbiter, præsentatus a dicto Johanne, receptus a domino Petro.
[Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Johannem, ad præsentationem
abbatis Sancti Wandregisili, præsentatum primo eidem abbati a Johanne de Salerna. G
Idem archiepiscopus contulit eam postmodum magistro Nicholao Beliart propter
lapsum temporis. — Memoria de capella Sancti Johannis Domus Dei de Briona.]

Sanctus Andreas de Becco. Abbas Becensis, patronus. Valet xl l. Parrochiani
ccxl. Rogerus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino Roberto.
[Ricardus dictus Pepim, qui nunc est, receptus fuit ad præsentationem dicti H
abbatis ab archiepiscopo Odone Rigaudi. Item [2], filius senescalli monasterii,
receptus fuit a dicto archiepiscopo, ad præsentationem dicti abbatis.]

Sanctus Taurinus. Abbas de Becco, patronus. Valet xv l. Parrochiani xxiiii.
Radulphus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino Petro. [Ma-
gister Johannes de Noientello, archidiaconus et vicarius Odonis Rigaudi, recepit I
Nicholaum dictum Selles, ad præsentationem dicti abbatis.]

Boschus Roberti. Abbas de Becco, patronus. Valet xxv l. Parrochiani lxx.

[Apud Malum Nidum, in manerio domini Guillelmi Crispini, est quædam
capella, in qua sunt sex parrochiani. Valet xx l. Dominus Guillelmus Crispini
præsentat abbati Beccensi, et abbas præsentat archiepiscopo personam quam dictus K
miles sibi præsentat, nec potest alium præsentare. Archiepiscopus Odo Rigaudi
recepit ad eandem capellam Radulphum presbiterum.]

fol. 12 verso.

DECANATUS DE PONTE AUDOMARI.

Ecclesia de Rubeo Monasterio[3]. Abbas de Becço, patronus. Valet iiii.xx l. Par-

[1] *Fort. corrig.* in.
[2] *Locus vacuus in cod.*
[3] Rouge-Moutier, Hauville, Bouquelon, Glos-sur-Risle, Flancourt, Saint-Ouen des-Champs, Épreville-en-Roumois, Vateville-sur-Seine, Barneville, Trouville-la-Haule, Saint-Agnan-de-Pont-Audemer, Saint-Mard-sur-Risle, Brétot, Manneville-sur-Risle, Appeville-Annebaut, Bourneville-sur-le-Pont-Audemer, Étreville, Éturqueraie, la Haie-Auberée, Routot en Roumois, la Haie-de Routot, Fourmetot, Blacarville, Sainte-Opportune

A rochiani CLX. Magister Galterus, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino
Theobaldo. [Dyonisius, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo
Odone Rigaudi. Item magistri Gervasius et Ricardus recepti fuerunt a dicto archie-
piscopo, ad præsentationem dicti abbatis.]

Hautvilla. Præpositus ecclesiæ Carnotensis in Normannia, patronus. Valet [1] l.
B Parrochiani CC. Helias qui nunc est, præsentatus a dicto præposito, receptus a
domino Mauritio. [Corrardus, clericus, receptus ab archiepiscopo Odone Rigaudi,
ad præsentationem dicti præpositi. Item idem archiepiscopus recepit Petrum de
Mutina, ad præsentationem dicti præpositi.]

Boquelont. Petrus de Roia, miles, patronus. Valet XL l. Parrochiani LXXII. Ro-
C bertus presbiter, præsentatus a dicto Petro, receptus a domino Mauritio. [Archie-
piscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Nicholaum Postel, ad præsentationem
Johannis de Roia, militis.]

Gloz. Robertus de Mortuo Mari, patronus. Valet XX l. Parrochiani IIII.XX et VI.
Hernol presbiter, præsentatus a dicto Roberto, receptus a domino Theobaldo.
D [Albinus, clericus, receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsenta-
tionem dicti Roberti. Guillelmus, archiepiscopus Rothomagensis, recepit Guil-
lelmum de Lundellis, ad præsentationem Guillelmi de Mortuo Mari, militis.]

Freslencort. Abbas de Becco, patronus. Valet XVI l. Parrochiani L. Nicholaus
presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino Roberto.

E Sanctus Audoenus de Campis. Petrus de Roia, miles, patronus. Valet L l. Par-
rochiani C. Ricardus presbiter, præsentatus a dicto Petro, receptus a domino Mau-
ritio.

Esprevilla. Dominus Garnerus de Esprevilla, miles, Galterus d'Esprevilla, do-
Johanne, archidiacono et vicario reverendi patris Odonis Rigaudi.]
E

fol. 27 verso.

DECANATUS SANCTI GEORGII.

Ratiercastel[2]. Valet X l. Parrochiani XXII. Abbas Sancti Georgii præsentavit
Radulphum, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Theobaldus. [Radulphus clericus, receptus ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem F
dicti abbatis.]

Mesnilium. Valet XXX l. Parrochiani IIII.XX. Abbas Sancti Wandregisili præsentavit Willelmum, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Mauritius.
[Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Petro clerico, propter lapsum temporis. Item Roberto, similiter propter lapsum temporis.] G

Cravenchun. Valet XX l. Parrochiani LX. Abbas Sancti Wandregisilli dicit se
esse patronum, et archiepiscopus similiter. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit
magistrum Ricardum de Hermanvilla, ad præsentationem prædicti abbatis.]

Criquebuef. Valet L l. Parrochiani C. Abbas Sancti Wandregisilli præsentavit
Ludovicum de Wilequier, et recepit eum archiepiscopus Robertus. H

Buievilla. Valet XXX l. Parrochiani LXXVI. Rex præsentavit W. Landri, et recepit
eum archiepiscopus Wauterus.

Estelant. Valet XXV l. Parrochiani LXV. Prior de Longa Villa præsentavit Radulphum presbiterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Robertus.

Norrevilla. Valet XXX l. Parrochiani VIII.XX. Abbas Gemeticensis præsentavit Wil- J
lelmum presbiterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Petrus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Thomam, ad præsentationem dicti abbatis.]

[Ecclesia Beatæ Mariæ de Caudebec. Valet XL l. Abbas Sancti Wandregisili,
patronus. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Radulphum, ad præsentationem dicti abbatis.] K

fol. 28. Fraxineta. Valet XV l. Parrochiani LXXII. Rex præsentavit Robertum qui nunc
est, et recepit eum archiepiscopus Mauritius.

Tofrevilla Martelli. Valet XXX l. Parrochiani LX. Jordanus de Wilequier præ-

[1] *Cod.* Comi.

[2] Radicatel, Mesnil-sous-Lillebonne, Gravençon, ..., Ételan, Norville, Caudebec, la Frénaie-sur-Lillebonne, Toufreville-la-Cable, Triquerville, Bebec, Villequier, Saint-Arnoul-sur-Caudebec, Rençon, Maulevrier-en-Caux, Louvetot-sur-Caudebec, Toufreville-la-Corbeline, le Verdbosc, la Forestière, Mont-de-l'If, Croixmare, Panneville, Bouville, Blaqueville, Fréville, Carville-sur-la-Forestière, les Ifs-sur-Caudebec, Béteville, Saint-Paer-sur-Duclair, Épinay-sur-Duclair, Sainte-Marguerite-sur-Duclair, Duclair, l'Aunay-sur-Duclair, les Vieux-sous-Écales, Écales-sur-Villers, Villers-le-Chambellan, Varangeville-les-Deux-Églises, Saint-Thomas-de-la-Chaussée, la Vaupallière, Hénouville-sur-Duclair, Montigny, Saint-Georges-de-Baucherville, Quevillon, Manneville-sur-Saint-Georges, Saburs, Hotot-sur-Seine, Val-de-la-Haie, Petitville, Sainte-Gertrude, Saint-Wandrille.

A sentavit Robertum presbiterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Tybaudus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Martinum, ad præsentationem regis, ratione heredis de Willequier, cujus ballum tunc habebat.]

Tragarvilla. Valet x l. Parrochiani xxx. Robertus de Sorenc et dominus de Gornateto præsentaverunt Thomam presbiterum qui nunc est, et recepit eum
B archiepiscopus Tybaudus.

Buiebec. Valet xv l. Parrochiani lx. Ricardus de Buiebec præsentavit Gaufridum presbiterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Petrus.

Wilequier. Valet lx l. Parrochiani c. Est abbatis de Cornevilla.

Sanctus Arnulphus. Valet xxx l. Parrochiani c. Abbas Sancti Evroudi præsen-
C tavit Hugonem [1] presbiterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Petrus.

[Ecclesia Beatæ Mariæ de Resenchon. Abbas Sancti Wandregisilii, patronus. Johannes qui nunc est[2], receptus ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem dicti abbatis.]

Malus Leporarius. Valet xxx l. Parrochiani lxx. Rex præsentavit Hugonem pres- fol. 28 verso.
D biterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Petrus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam magistro Roberto propter insufficientiam præsentati.]

Lovetot. Valet l l. Parrochiani c. Abbas Sancti Wandregisilli præsentavit magistrum Jordanum, et recepit eum archiepiscopus Petrus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Guillelmum Bienvenu, ad præsentationem dicti abbatis.
E Item Robertum presbiterum.]

Toufrevilla Corbelin. Valet lx l. Parrochiani c. Domini de Toufrevilla præsentaverunt Radulphum personam et Ricardum vicarium, et receperunt eos archiepiscopi Robertus et Tybaudus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit ad totam ecclesiam magistrum Nicholaum, ad præsentationem Nicholai Malesmeins,
F militis. Archiepiscopus Guillelmus recepit Radulphum dictum Piemont, ad præsentationem Nicholai Malesmeins, militis.]

Viridis Boschus. Valet xii l. Parrochiani xxviii. Prior de Ouvilla præsentavit Johannem, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Robertus.

Foleteria. Valet xxx l. Parrochiani xl. Radulphus de Foleteria præsentavit Ro-
G bertum presbiterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Petrus.

Mondelif. Valet xxx l. Parrochiani xxxii. Abbas Gemeticensis præsentavit Nicholaum presbiterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Petrus. [Willelmus qui nunc est receptus fuit ad præsentationem dicti abbatis ab archiepiscopo Odone Rigaudi.]

H Croimara. Valet l l. Parrochiani vi.xx. Abbas Gemeticensis præsentavit Ægidium presbiterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Petrus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Robertum presbiterum, ad præsentationem dicti abbatis.]

Pennevilla. Valet xv l. Parrochiani l. Hurtaudus de Trublevilla dicitur esse patronus. fol. 29.

J Bovilla. Valet lx l. Parrochiani c. Leprosi Sancti Eustacii præsentaverunt dominum Droconem de Treublevilla, et recepit eum archiepiscopus Gauterus.

Blaquevilla. Valet xxv l. Parrochiani c. Abbas Sanctæ Katerinæ præsentavit Alelmum presbiterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Gauterus.

Frivilla. Valet l l. Parrochiani iiii.xx.x. Rex præsentavit Raginaldum decanum, et
K recepit eum archiepiscopus Petrus. [Magister Johannes de Noientello, archidiaconus et vicarius Odonis Rigaudi, recepit magistrum Petrum dictum Vavassorem, clericum, ad præsentationem domini regis.]

Carevilla. Valet xl l. Parrochiani lx. Rex præsentavit Johannem presbiterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Petrus. Rex postea, per suas pa-
L tentes litteras quas vidimus, reddidit jus patronatus ipsius ecclesiæ Galtero de Caleto, armigero.

Les His. Valet xl l. Parrochiani l. Petrus des His præsentavit Radulphum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Tybaudus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi

[1] *Cod. Rug, adjecta compendii nota.*

[2] *Vocem est, in cod. omissam, supplevimus.*

recepit Johannem de Moseniaco, presbiterum, ad præsentationem Guillelmi des A
Ys, filii dicti Petri. Guillelmus, archiepiscopus Rothomagensis, recepit Petrum
dez Is, ad præsentationem Guillelmi[1] dez Is, patris sui, militis.]

Betevilla. Valet xx l. Parrochiani IIII.XX et X. Abbas Sancti Wandregisilli præsen-
tavit Willelmum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Petrus. [Guillelmus,
archiepiscopus Rothomagensis, recepit Robertum de Huglevilla, ad præsentatio- B
nem abbatis.]

[Sanctus Paternus. Duæ portiones. Prima valet C l. Parrochiani. . . .[2] Et ad
illam receptus fuit magister Johannes de Ver, ad præsentationem abbatis Geme-
ticensis, ab archiepiscopo Odone Rigaudi. Alia vero valet IIII.XX l. Parrochiani. . . .
Et ad eam receptus fuit magister Petrus de Bretevilla, ad præsentationem dominæ C
Philippæ de Hotot.]

fol. 29 verso. Spinetum. Valet XL l. Parrochiani IIII.XX. Abbas Gemeticensis præsentavit Ro-
bertum presbiterum qui nunc est, et recepit eum archiepiscopus Petrus. [Archie-
piscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Judocum, ad præsentationem dicti
abbatis.] D

Sancta Margarita. Valet X[3] l. Parrochiani C. Rex præsentavit Ricardum, nunc
presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Gauterus. [Magister Nicholaus, receptus
ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem domini regis Francorum.]

Ducler. Valet[4]. . . . . Parrochiani CCC. Abbas Gemeticensis præsentavit Willel-
mum, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Tybaudus. [Archiepiscopus E
Odo Rigaudi recepit Johannem Pesant, ad præsentationem abbatis Gemeticensis.
[a] 1306-1311. Raymundus, sacrista Condomii, vicarius archiepiscopi Bernardi[a], recepit ad eam
Radulphum de Clivilla, presbiterum, ex causa permutationis factæ inter ipsum de
ecclesia Sancti Jacobi de Alacrimonte, cujus rector erat, et magistrum Guillel-
mum l'Estert, de dicta ecclesia de Duclaro, cujus idem Guillelmus rector erat.] F

Alnetum. Valet XV l. Parrochiani XII. Gaufridus de Montyerhart præsentavit
Romanum, et recepit eum archiepiscopus Petrus.

Les Vez. Valet XII l. Parrochiani XXX. Dominus des Wez præsentavit Andream,
presbiterum nunc, et recepit eum archiepiscopus Petrus. [Archiepiscopus Odo
Rigaudi recepit Andream, ad præsentationem domini Roberti, tunc domini G
villæ.]

Scalæ. Valet XV l. Parrochiani XXX. Domina Johanna de Plana Silva præsentavit
Paulum, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Petrus.

Villaria. Valent IIII.XX l. Parrochiani C. Camerarius præsentavit Petrum presbite-
rum, nunc defunctum, et recepit eum archiepiscopus Gauterus. [Archiepiscopus H
Odo Rigaudi recepit magistrum Robertum Chieret, ad præsentationem domini
Galteri Cambellani, militis.]

fol. 30. Sanctus Petrus de Warengiervilla. Valet XV l. Parrochiani LX. Prior Magdalenes
Rothomagensis præsentavit Robertum, nunc presbiterum, et recepit eum archie-
piscopus Petrus. Item Gauterus Pipart præsentavit Mathæum presbiterum ad J
vicariam de VIII libris, et recepit eum archiepiscopus Gauterus. Et sunt ibi XX
parrochiani.

Sancta Maria de Warengiervilla. Valet X l. Parrochiani XXVIII. Robertus Pipart
præsentavit Silvestrum, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Petrus.
[Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Johannem presbiterum, ad præsentationem K
domini Johannis de Clera, militis.]

Lucaseria. [Sanctus Thomas de Calceia.] Valet XV l. Petrus de Roia, miles,
præsentavit Nicholaum, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Robertus.
Parrochiani XL. [Nicholaus persona receptus ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad
præsentationem Johannis de Mellemont, domini de Mota, militis. Item ab eodem L
archiepiscopo, ad præsentationem ejusdem militis, receptus fuit Nicholaus.]

Wapalleria. Valet X l. Parrochiani XL. Radulfus Wapaille præsentavit Johan-

[1] *Cod.* Guillelmis.
[2] *Hic et infra parochianorum numerus in cod. prætermissus est.*
[3] *Hunc numerum delevit manus recentior eique substituit numerum* L.
[4] *Numerus in cod. deletus.*

nem, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Tybaudus. [Magister Johannes, archidiaconus Rothomagensis et gerens vices reverendi patris Odonis Rigaudi, recepit Guillelmum de Yevre, clericum, ad præsentationem domini Roberti de Porta, canonici Rothomagensis, ratione qua tenebat villam et dominium ejus ad firmam.]

Henovilla. Valet xxx l. Parrochiani c. Abbas Sancti Georgii præsentavit Lucam, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Mauritius.

Montigni[1]. Valet xv l. Parrochiani XLV. Gaufridus Patenostre præsentavit Henricum, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Mauritius. [Gilebertus qui nunc est receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem Willelmi de Bello Campo, militis, filii dicti Gaufridi.]

Sanctus Georgius de Bauquiervilla. Valet xxv l. Parrochiani VIII.XX. Abbas Sancti Georgii præsentavit Raginaldum, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Mauritius. fol. 30 verso.

Kevillon. Valet xx l. Parrochiani LX. Abbas Sancti Georgii præsentavit[2]..... et recepit eum archiepiscopus Petrus.

Mannevilla. Valet XL l. Parrochiani c. Abbas Sancti Georgii præsentavit Symonem, nunc presbiterum, et recepit eum archiepiscopus Petrus. [Ricardus præsentatus ab abbate prædicto, receptus ab archiepiscopo Odone Rigaudi.]

Sahurs. Valet XL l. Parrochiani c. Amauricus de Moullento præsentavit Robertum, et recepit eum archiepiscopus Petrus.

Hotot. Valet xv l. Parrochiani XL. Rex præsentavit Nicholaum, et recepit eum archiepiscopus Petrus.

Vallis Haiæ. Valet x l. Parrochiani XL. Templarii deserviunt.

[Ecclesia de Parva Villa. Valet L l. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Petrum de Senonis, ad præsentationem regis.]

[Ecclesia Sanctæ Gertrudis. Valet[3]..... Abbas Sancti Wandregisili, patronus. Guillelmus receptus ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem dicti abbatis. Item idem archiepiscopus recepit Robertum, ad præsentationem dicti abbatis.]

[Ecclesia Sancti Michaelis de Sancto Wandregisilo. Valet[4]..... Abbas Sancti Wandregisili, patronus. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Robertum presbiterum, ad præsentationem dicti abbatis.]

DECANATUS DE PAVELLIACO. fol. 31.

Ecclesia de Warnevilla[5]. Parrochiani LV. Valet LX l. Heredes Walteri quondam domini villæ, patroni.

Ecclesia de Bretevilla. Parrochiani XLVIII. Nicholaus de Bretevilla, patronus. Valet portio presbiteri xxx l.

Ecclesia de Bertrimonte. Parrochiani LX. Abbas Sancti Wandregisili, patronus. Portio presbiteri valet xxx l.

Ecclesia de Baudretot. Parrochiani circa L. Archiepiscopus, patronus. Valet L l.

Ecclesia Sancti Audoeni [de Brolio]. Parrochiani octoginta. Archiepiscopus, patronus. Portio presbiteri valet LX l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Johanni de Puteolis. Item archiepiscopus Guillelmus contulit eam Thomæ, presbitero domini Mathæi de Tria, et fuit compositum tunc inter ipsum dominum Guillelmum et Galterum de Breaute, militem, quod ipsi essent de cetero patroni

[1] *Priore manu* Montingni.
[2] *Locus vacuus in cod.*
[3] *Numerus cod. abest.*
[4] *Locus vacuus in cod.*
[5] Varneville-aux-Grais, Breteville-sur-Tôtes, Bertrimont, Bautot-sur-Claire, Saint-Ouen-du-Breuil, Gueuteville, Hugleville, Saint-Victor-la-Campagne, Ancreteville-l'Eneval, Bourdinville-la-Chaussée, Yerville, Équetot-l'Obert, Saint-Martin-aux-Arbres, Osouville-l'Eneval, Motteville, Saint-Étienne-le-Vieux, Saussay-sur-Yerville, Sideville, Sidetot, Limesy, Fretemeule, Mesnil-Durescu, Sainte-Austreberte, Hardouville, Pavilly, Barentin, Goupillières, Rampfeugères, Frequiennes, Poville, Pissy, Roumare, le Cardonnay, Sierville, Butot-sur-Claire, Val-Martin, la Houssaye-Bérenger, Grugny, Claire, Bosc-Asse, le Tot, Anseaumeville, Monville, Élette, Saint-Maurice et Saint-Nicolas-de-Malaunay, Notre-Dame-des-Champs-sur-Malaunay, le Homme-sous-Rouen, Bondeville-l'Abbaye, Houppeville (*alias* Plain-Bosc), Maromme, Pavilly.

alternis vicibus, et debet dictus miles, quando primo vacaverit, præsentare ad A
eam, et habet inde litteras domini Guillelmi prædicti.]
Ecclesia de Gutevilla. Parrochiani xxxvi. Abbas Sancti Wandregisili, patronus.
Valet portio presbiteri xxx l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum
Robertum, ad præsentationem dicti abbatis.]
Ecclesia de Huglevilla. Parrochiani nonaginta. Propria est Belli Loci. Portio B
curati l l.
Ecclesia Sancti Victoris in Campania. Parrochiani nonaginta v^que. Adam de
Gutevilla, patronus. Valet l l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Guillelmum
de Gueutevilla, filium Adæ de Gueutevilla, ad præsentationem dicti Adæ, ar-
migeri.] C
fol. 31 verso. Ecclesia de Anquetrevilla. Parrochiani circa lx. Prior leprosariæ de Pavelliaco,
patronus. Portio presbiteri valet [xl l. Willelmus dictus Burgundus qui nunc est
receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem leprosorum
dictæ leprosariæ, nullo priore ibidem tunc existente.]
Ecclesia de Bordeinvilla. Parrochiani lxxv. Capitulum Rothomagense, pa- D
tronus. Portio presbiteri valet xxx l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Galte-
rum, ad præsentationem dicti capituli. Item Michaelem presbiterum.]
Ecclesia Sanctæ Mariæ de Hyervilla. Parrochiani nonaginta. Abbas de Wale-
munt, patronus. Portio presbiteri valet xxx l.
Ecclesia Beatæ Mariæ de Esquetot. Parrochiani lxxv. Abbas Sancti Wandregi- E
sili, patronus. Portio presbiteri valet xl l. [Johannes receptus ab archiepiscopo
Odone Rigaudi, ad præsentationem dicti abbatis.]
Ecclesia Sancti Martini ad Arbores. Parrochiani circa lx. Capitulum Rothoma-
gense, patronus. Portio presbiteri valet xx l.
Ecclesia Sanctæ Mariæ de Osovilla. Parrochiani lviii. Prior leprosorum de F
Pavelliaco, patronus. Portio presbiteri valet xl l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi
commisit curam ecclesiæ prædictæ Johanni presbitero, pro eo quod Guillelmus
deseruerat ipsam per multos annos, nec ad ipsam redierat, nec potuerat inveniri,
et vocatus fuerat legitime.]
Ecclesia Sancti Michaelis de Mautevilla. Parrochiani c. Prior leprosorum de G
Pavelliaco, patronus. Portio presbiteri valet lx l. [Martinus, clericus, receptus ad
præsentationem dicti prioris leprosorum, ab archiepiscopo Odone Rigaudi.]
Ecclesia Sancti Stephani. Parrochiani x. Dominus Guillelmus Durescu, miles,
patronus. Valet xii l.
fol. 32. Ecclesia Sancti Martini de Sauceio. Parrochiani xliiii. Dominus villæ, patronus. H
Portio presbiteri valet xl l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Nicholaum de
Torto Ductu, clericum, ad præsentationem domini Johannis de Sauceio, militis.]
Ecclesia Sancti Stephani de Syndovilla. Parrochiani l. Abbas Sancti Wandre-
gisili, patronus. Portio presbiteri valet l l.
Ecclesia Sancti Nicholai de Sydetot. Parrochiani xxiiii. Petrus, dominus de J
Sydetot, patronus. Portio presbiteri valet x l.
Ecclesia de Limesi. Ibi sunt duo presbiteri curati. Proprii parrochiani unius,
scilicet Radulphi, xl. Proprii parrochiani alterius, scilicet Rogeri, vi.xx. Parro-
chiani communes ambobus xl. Dominus Guillelmus de Frontebosc et Radulphus
de Limesi, armiger, patroni portionis Rogeri alternis vicibus. Abbas Sancti Geor- K
gii, patronus portionis Radulphi. Valet portio Radulphi xv l. et inde solvit abbati
Sancti Georgii vi s. Portio Rogeri valet octoginta l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi
recepit Guillelmum presbiterum, tunc decanum de Paveillyaco, ad portionem quæ
fuit Rogeri de Sorenc, ad præsentationem Jordani de Frontebosc, militis.]
Ecclesia de Fracta Mola. Parrochiani xxiiii. Valet xxxii l. Dominus de Esquetot, L
patronus.
Ecclesia de Mesnillo Durescu. Parrochiani l. Dominus Guillelmus Durescu,
patronus. Valet xl l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Radulphum ad præ-
sentationem dicti militis. In parrochia de Menillo Durescu est quædam capella
Sancti Theobaldi, cujus dominus Guillelmus, miles, dominus dictæ villæ, est M

A patronus. Valet xv l. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Henricum, fratrem
ejusdem militis, ad præsentationem ipsius.]
Ecclesia Sanctæ Austrebertæ. Parrochiani xl. Robertus de Bello Campo, miles,
patronus. Portio presbiteri valet xxx l.
Ecclesia de Hardunvilla. Parrochiani xvii. Dominus rex, patronus. Valet xxiiii l. fol. 32 verso.
B Ecclesia de Pavelliaco. Ibi sunt duo curati. Lucas, presbiter; parrochiani ipsius
ducenti octoginta; portionis ejus abbas Sanctæ Katerinæ patronus; valet sua
portio xl l. Alter dicitur Jordanus, clericus; cujus parrochiani c et xxxii; valet
ejus portio octoginta l.; Thomas de Pavelli, patronus ejusdem portionis. [Archie-
piscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Gilebertum ad primam portionem, quam
C obtinuit dictus Lucas, ad præsentationem abbatis Sanctæ Katherinæ. Magister
Johannes de Noientello, archidiaconus et gerens vices reverendi patris Odonis
Rigaudi, recepit Radulphum dictum Machon, presbiterum, ad portionem quam
Lucas et Gilebertus prædicti obtinuerunt successive, ad præsentationem dicti
abbatis. — In parrochia de Paveilliaco est quædam capella in manerio, ad quam
D rex præsentavit Ricardum de Duno, ratione balli heredis de Oirneval, receptum
ab archiepiscopo Odone Rigaudi.]
Ecclesia Sancti Martini de Barentin. Parrochiani cclx. Abbas Fiscannensis,
patronus. Portio presbiteri valet xl l. [Magister Johannes de Noientello, archidia-
conus et vicarius reverendi patris Odonis Rigaudi, recepit Rogerum de Harviler,
E ad præsentationem abbatis de Fiscanno.]
Ecclesia de Goupillieres. Dominus Guillelmus de Plesseiaco, miles, patronus.
Valet xxx l. Parrochiani[1] . . . . . [In parrochia illius est quædam capella quæ vocatur
capella Sancti Andreæ de Castilhone, quam Johannes de Masinhey, dominus de
Pouvilla, dicit ad se pertinere.]
F Ecclesia de Rampefegiere. Parrochiani . . . . Ricardus de Semilli, armiger, pa-
tronus. Valet xv l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Robertum Masire, cleri-
cum, ad præsentationem Gaufridi dicti l'Eschaus, armigeri.]
Ecclesia de Freschienes. Parrochiani . . . . Valet lxx l. [Archiepiscopus Odo
Rigaudi recepit Martinum presbiterum, ad præsentationem domini Roberti,
G militis, domini dictæ villæ. Item Adam de Grigni, ad præsentationem dicti
militis.]
Ecclesia de Pouvilla. Parrochiani liiii. Dominus villæ, patronus. Portio pres-
biteri valet xx l.
Ecclesia de Pissy. Parrochiani c. Abbas Fiscannensis, patronus. Valet lx l. fol. 33.
H Ecclesia de Romare. Parrochiani c. Abbatissa Sancti Amandi Rothomagensis,
patrona. Portio presbiteri valet circa xl l. [Rogerus presbiter, qui nunc est, recep-
tus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem dictæ abbatissæ.]
Ecclesia Sancti Johannis de Cardineto. Parrochiani cxxx. Abbas Fiscannensis,
patronus. Portio presbiteri valet xlv l. [Henricus, decanus de Buris, receptus fuit
J ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem dicti abbatis. Item magister
Nicholaus de Caprevilla, presbiter.]
Ecclesia de Sehyervilla. Parrochiani cc et xx. Dominus villæ, patronus. Valet
iiii.xx l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Johanni dicto Gastel.
Ecclesia Sancti Vulfranni de Buhetot. Parrochiani lv. Abbas Sancti Wandre-
K gisili, patronus. Portio presbiteri valet xl l.
Ecclesia Sancti Georgii. Parrochiani xxx. Dominus villæ, patronus. Valet xxx l.
[Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Lucam de Clara, ad præsentationem dicti
domini.]
Ecclesia Sancti Petri de Hosseia. Parrochiani circa octoginta. Dominus de Clara,
L patronus. Portio presbiteri valet xxx l.
Ecclesia de Grugni. Parrochiani xxvi. Dominus de Grugni, patronus. Valet xxv l.
Ecclesia de Clara. Parrochiani circa octoginta vi. Dominus villæ, patronus. fol. 33 verso.
Valet l l. [Rogerus receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsenta-

[1] *Hic et in duobus sequentibus articulis parochianorum numerus cod. abest.*

tionem Johannis de Clera, armigeri. Item Robertus Maquerel. Item magister Chris- A
tianus.]
Ecclesia Sanctæ Mariæ de Bosco Aconis. Parrochiani LXIIII. Dominus de Clara,
patronus. Portio presbiteri valet XL l. [Magister Robertus, receptus ab archiepiscopo
Odone Rigaudi, ad præsentationem Johannis de Clara, armigeri.]
Ecclesia Beatæ Mariæ de Tot. Parrochiani LVI. Abbas Sanctæ Katerinæ Rotho- B
magensis, patronus. Portio presbiteri valet XV l.
Ecclesia de Anselmi Villa. Parrochiani LXV. Abbas Sanctæ Katerinæ, patronus.
Portio presbiteri valet XX l.
Ecclesia Beatæ Mariæ de Monvilla. Parrochiani VI.XX. Abbas Sanctæ Katerinæ,
patronus. Portio presbiteri valet L l. [Johannes præsentatus a dicto abbate, re- C
ceptus ab archiepiscopo Odone Rigaudi. Item Hugolinus habuit eam auctoritate
apostolica.]
Ecclesia Sancti Remigii de Esletes. Parrochiani L. Portio presbiteri valet XX l.
Patronus[1].....
Ecclesia Sancti Mauritii juxta Malum Alnetum. Parrochiani LX. Valet XXIIII l. D
Abbatissa Sancti Amandi Rothomagensis, patrona. [Johannes receptus fuit ab
archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem dictæ abbatissæ. Item idem
archiepiscopus recepit Guillelmum, clericum, ad præsentationem dictæ abbatissæ.
Item magister de Noyentello, archidiaconus et vicarius Odonis Rigaudi, recepit
Reginaldum de Malo Alneto, clericum, ad præsentationem dictæ abbatissæ.] E
Ecclesia Sancti Nicholai de Malo Alneto. Parrochiani L[X]. Abbas Sancti Au-
doeni, patronus. Valet XVIII l. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Galterum, ad
præsentationem abbatis Sancti Audoeni.]
fol. 34. Ecclesia Beatæ Mariæ de Campis. Parrochiani LX. Oliverius de Rouvres, pa-
tronus. Valet XXX l. F
Ecclesia Sancti Martini de Home. Parrochiani LXXV. Abbas Sancti Audoeni Ro-
thomagensis, patronus. Valet XX l.
Ecclesia Sanctæ Mariæ de Bondevilla. Parrochiani L. Dominus villæ, patronus.
Valet XXIIII l.
Ecclesia Beatæ Mariæ de Pleinbosc[2]. Parrochiani octoginta. Abbas Sancti Au- G
doeni, patronus. Valet XXIIII l.
Ecclesia Sancti Martini de Marrome. Parrochiani circa C. Abbas Fiscannensis,
patronus. Valet XXVIII l.
Capella leprosariæ de Pavelliaco. Ibi sunt duo sacerdotes. Valent eorum red-
ditus circa octoginta l. Domini villæ, patroni. [Robertus dictus Miles, presbiter, H
qui nunc est, receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi ad dictam capellam,
ad præsentationem dictorum dominorum. Leprosi debent vivere de redditibus
dictæ capellæ.]

fol. 34 verso.

ARCHIDIACONATUS AUGI.

DECANATUS DE LONGA VILLA. J

Capellæ de Bosco Merleit[3] dominus Reinaldus de Lindebou patronus. Valet
circa XII l. R. presbiter præsentatus[4], receptus ab archiepiscopo Mauritio.
Ecclesiæ Sancti Sindonii abbas et conventus Sancti Wandregisili patronus. Valet
circa XLV l. Parrochiani quinque vel circa. Necesse est quod habeat capellanum.
Gaufridus presbiter, præsentatus a dicto abbate, et receptus a domino Petro. K

[1] *Patroni nomen in cod. omissum.*

[2] Le Plain-Bosc, alias Hopeville. *Reg. Radulphi Roussel*, fol. 13.

[3] Le Bos-Melet à Auffay, Saint Saëns, Rosay-sur-Bellencombre, les Autieux-sur-Bellencombre, Saint-Ouen-sur-Bellencombre, Saint-Martin-sous-Bellencombre, Pelletot, Anneville-sur-Sie, Notre-Dame-du-Parc, Orival-sous-Bellencombre, Bellencombre, Auffay, Basomesnil, Montreuil-en-Caux, Tourville-sur-Arques, Bouteilles, Martigny, la Frénaye-sous-Bellencombre, Aubermesnil-sur-Arques, Cent-Acres, Beaumais, la Chapelle-du-Bourgnay, Muchedent, la Chaussée sur-Longueville, Étables, le Catelier, Cropus, Totes, la Crique-sur-Bellencombre, Saint-Honoré-sur-Torcy, Sévis, Arques, Archelles, Saint-Aubin-le-Cauf, Saint Hélier, Saint-Germain-sous-Torcy, Torcy le-Petit, Manehouville, Torcy le-Grand, Sainte-Foi-la-Giffard, Bos-Hulin, les Innocents-sur-Bellencombre, la Heuze dans la forêt d'Éavy, Crêpeville, Bourgueil.

[4] *Hic deest patroni nomen.*

A [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Johannem de Hotot, ad præsentationem dicti
abbatis.]
Ecclesiæ de Roseio dominus archiepiscopus patronus. Valet circa xl l. Parro-
chiani circa IIII.XX et x. Ægidius presbiter, præsentatus et receptus a domino ar-
chiepiscopo Roberto. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam magistro Odoni
B de Senonis, clerico suo. Item Johanni de Lauduno.]
Ecclesiæ de Altaribus dominus archiepiscopus patronus. Valet circa XIIII l.
Parrochiani circa XL. Martinus presbiter, præsentatus et receptus ab archiepiscopo
Mauritio. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Radulpho clerico.]
Ecclesiæ Sancti Audoeni abbas Sancti Victoris patronus. Valet circa xx l. Par-
C rochiani XL. Ricardus presbiter, præsentatus a dicto abbate, et receptus ab archie-
piscopo Tybaudo. [Johannes de Duclaro institutus fuit in ea per officialem Ro-
thomagensem, auctoritate sedis apostolicæ.]
Ecclesiæ Sancti Martini prior et conventus leprosorum de Belencombre pa-
tronus. Valet circa xv l. Parrochiani circa centum. Petrus presbiter, præsentatus
D a dictis priore et conventu, et receptus ab archiepiscopo Mauritio.
Ecclesiæ de Peletot Johannes de Peletot patronus. Valet circa xv l. Parro-
chiani XVIII. Præsentatus Valeranus presbiter a Radulpho de Peletot, receptus ab
archiepiscopo Galtero. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Gregorium, ad præ-
sentationem dicti Johannis, militis.]
E Ecclesiæ de Annevilla abbas de Cornevilla et Renaldus Lovel patroni. Valet fol. 35.
circa XXX l. Thomas presbiter, præsentatus a prædictis patronis, receptus ab archie-
piscopo Tybaudo. Parrochiani circa IIII.XX.
Ecclesiæ de Parco prior de Aufai patronus. Valet circa xv l. Parrochiani XXXII.
Helias presbiter, præsentatus a dicto priore, receptus ab archiepiscopo Tybaudo.
F [Guillelmus, clericus, receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsen-
tationem abbatis Sancti Ebrulphi.]
Ecclesiæ de Oreval Thomas de Oreval patronus. Valet circa VIII l. Parro-
chiani XVI. Willelmus, præsentatus a Radulpho de Orival, receptus ab archiepi-
scopo Gualtero.
G Ecclesiæ de Belencombre[1] abbas Sancti Victoris patronus. Valet circa XXV l.
Parrochiani VIII.XX. Radulphus præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepi-
scopo Mauritio. [Item Petrus, ad præsentationem dicti abbatis. Item magister G.
Alexandri, ex collatione apostolica, tanquam ad titulum dicti abbatis.]
Ecclesiæ de Aufay abbas Sancti Ebrulti patronus. Valet circa L l. Parrochiani
H circa IIII.C. Averedus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archie-
piscopo Tybaudo.
Ecclesiæ de Aumesnil Robert Barat, miles, patronus. Valet x l. Parrochiani XXII.
Johannes presbiter, præsentatus a patre dicti patroni, receptus ab archiepiscopo
Theobaldo.
J Ecclesiæ de Monterell abbas de Becco patronus. Valet XL l. Parrochiani C. Wal- fol. 35 verso.
terus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Galtero.
Ecclesiæ de Torvilla abbas Sancti Georgii patronus. Valet XXX l. Parro-
chiani IIII.XX. Stephanus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archie-
piscopo Mauritio.
K Ecclesiæ de Boutellis abbas Sancti Wandregisili patronus. Valet XL l. Parrochiani
circa VIII.XX. Presbiter est ultra mare, præsentatus a dicto abbate, receptus ab
archiepiscopo Mauritio. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Guillel-
mum Bienvenu, ad præsentationem dicti abbatis. Item Ricardum de Deppa. Item
Leodegarium dictum Tesson, ita tamen quod idem Leodegarius tenebitur reddere
L XII l. t. annuæ pensionis Radulpho, quondam rectori ipsius, quandiu vixerit idem
Radulphus, qui propter morbum lepræ resignavit eandem, prout in litteris super
hoc confectis plenius continetur.]
Ecclesiæ de Martiniaco abbas Sancti Wandregisili patronus. Valet XXX l. Parro-

[1] *Cod.* Belencombrei.

chiani circa IIII.XX. G. presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepi- A
scopo Theobaldo.
Ecclesiæ de Fraxineta prior Sancti Laurentii in Leonibus patronus. Valet
circa IX l. Parrochiani XXIIII. Johannes presbiter, præsentatus a dicto abbate, re-
ceptus ab archiepiscopo Mauritio.
Ecclesiæ de Oberti Meisnillo abbas de Cormellis [Lexoviensis diocesis], patro- B
nus. Valet circa XVIII l. Parrochiani circa L. Acelinus presbiter, præsentatus a dicto
abbate[1] archiepiscopo Petro. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Radulphum,
ad præsentationem dicti abbatis.]
Ecclesiæ de Centum Acris prior de Aufaio patronus. Valet circa VIII l. Petrus
fol. 36. presbiter, præsentatus a dicto priore, receptus ab archiepiscopo Roberto. Parro- C
chiani XVI.
Ecclesiæ de Belmeis dominus archiepiscopus patronus. Valet circa XX l. Parro-
chiani circa L. Symon presbiter, præsentatus et receptus a domino Roberto[2] ar-
chiepiscopo. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam magistro Ansello.]
Ecclesiæ de Capella Baldoinus de Freulevilla, miles, patronus. Valet circa XVIII D
l. Parrochiani XXV. Lucas presbiter, præsentatus a dicto milite, receptus ab archie-
piscopo Petro. [Archiepiscopus Rigaudi recepit Guillelmum, ad præsentationem
Ricardi de Freulevilla, armigeri.]
Ecclesiæ de Mouchedent abbas Sanctæ Katerinæ patronus. Valet circa XX l. Par-
rochiani C. Nicholaus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archie- E
piscopo Mauritio. [Magister Guillelmus receptus ab archiepiscopo Odone Rigaudi,
ad præsentationem abbatis prædicti.]
Ecclesiæ de la Cauchie abbatissa de Sancto Amando patrona. Valet circa XX l.
Parrochiani circa LII. Robertus persona, præsentatus a dicta abbatissa, receptus ab
archiepiscopo Petro. F
Ecclesiæ de Estalebleis prior de Leais patronus. Valet XX l. Parrochiani C. Ra-
dulphus presbiter, præsentatus a dicto priore, receptus a domino Petro.
Ecclesiæ de Castelier Willelmus de Boufart patronus. Valet XV l. Parro-
chiani XXVIII. Rex præsentavit ratione custodiæ. Archiepiscopus Petrus recepit
Walterum presbiterum. G
fol. 36 verso. Ecclesiæ de Cropuis contendunt super jure patronatus archiepiscopus et Michael
de Bosco Willelmi. Eustacius, presbiter, de Pratellis, credit archiepiscopum jus
habere, qui receptus fuit a Galtero archiepiscopo. Valet XXX l. Parrochiani LXXV.
Ecclesiæ de Tostes[3] idem Eustacius presbiter. De patronatu similiter est con-
tentio inter archiepiscopum et dominum de Tostes. Archiepiscopus Walterus de- H
dit eidem auctoritate concilii; sed credit presbiter quod sit jus militis.
Ecclesiæ de la Crike Johannes de la Crike patronus. Valet XX l. Parro-
chiani XXIIII. Johannes presbiter, præsentatus a patre dicti Johannis, receptus ab
archiepiscopo Mauritio.
Ecclesiæ Sancti Honorati Hugo de Torchi, miles[4], patronus. Valet XXIII l. Par- I
rochiani XXII. W. presbiter, præsentatus a patre dicti Hugonis, receptus ab archie-
piscopo Roberto.
Ecclesiæ de Sevis abbas Sancti Victoris patronus. Parrochiani XXXVI. Valet XII l.
Radulphus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Theo-
baldo. K
Ecclesiæ de Arches abbas Sancti Wandregisili patronus. Valet LX l. Parro-
chiani III.C. Johannes presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archie-
piscopo Petro.
Ecclesiæ de Archeles presbiter de Arches patronus. Valet XV l. Parrochiani L.
fol. 37. Stephanus presbiter, præsentatus ab eodem presbitero de Arches, receptus ab ar- L
chiepiscopo Mauritio.
Ecclesiæ Sancti Albini super Arches Sanctus Wandregisilus patronus. Parro-

[1] *Fort. supplendæ sunt voces* et receptus ab.
[2] *Vox* Roberto *in cod. expuncta est.*
[3] *Mendose, nisi fallimur, in decanatu Longæ Villæ recensita est ecclesia de Tostes, quæ revera ad decanatum de Basquevilla pertinebat;* *vid. infr. fol. 77 codicis.*
[4] *Vox* miles *expuncta fuisse videtur.*

A chiani CC. Valet XL l. Johannes de Cauz, præsentatus a dicto abbate, receptus ab
archiepiscopo Roberto.

Ecclesiæ Sancti Elerii[1] abbas Sancti Victoris patronus. Valet XXV l. Parrochiani C. Ricardus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Mauritio. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Mathæum, ad præsentationem
B dicti abbatis.]

Ecclesiæ de Meisnillo Sancti Germani heres de Breaute patronus. Tutor ipsius præsentavit Johannem presbiterum; archiepiscopus Petrus recepit. Valet XX l. Parrochiani XXXIIII.

Ecclesiæ de Torceio Parvo prior de Liauz patronus. Idem præsentavit Willel-
C mum de Petra Ponte; recepit archiepiscopus Petrus. Valet XL l. Parrochiani IIII.XX.

Capellæ sine cura de Meisnillo Haket Reginaldus Louvel, miles, patronus. Valet XXVIII l. Helias Haquet præsentavit Lucianum capellanum; recepit archiepiscopus Robertus.

Ecclesiæ de Torcheio Magno duo sunt patroni et tres presbiteri curati in soli- fol. 37 verso.
D dum; duo habent medietatem reddituum, et tertius medietatem. Duarum portionum Hugo de Torcheio patronus; tertiæ, quæ est Gaufridi, dominus Adam de Torcheio. Gaufridum recepit archiepiscopus Robertus. Gualterum presbiterum recepit archiepiscopus Gualterus. Thomam presbiterum tertium recepit archiepiscopus Petrus. Parrochiani VII.XX. Duæ portiones valent unaquæque XX l.; et ter-
E tia XL. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Eustachium ad portionem[2]. Item archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Radulphum Quesnel ad præsentationem regis Franciæ, ratione custodiæ Guillelmi de Torchiaco, minoris annis, filii quondam domini Hugonis de Torchiaco, militis, ad portionem quæ fuit magistri Eustachii de Grandi curia.]

F [Ecclesia Sanctæ Fidis supra Longam Villam valet XX l. Parrochiani C. Prior de Longa Villa, patronus. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Petrum presbiterum, ad præsentationem dicti prioris. Item Robertum, ad præsentationem ejusdem prioris.]

[Ecclesia de Bosco Huelini valet XXV l. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit
G magistrum Johannem Troussel, ad præsentationem prioris de Longa Villa. Item magistrum Johannem de Secors.]

[Ecclesia de Innocentibus. Rex, patronus. Valet IIII.XX l.]

[Capella Beatæ Mariæ de Hosa sita in[3] manerio domini Martini de Hosa in foresta de Aquosis, valet XV l., ad quam archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Roge-
H rum, ad præsentationem dicti Martini, militis.]

[Ecclesia de Crispa villa. Rex, patronus. Valet IIII.XX libras[4].]

[Ecclesia Sancti Georgii de Borgeel valet XVI l. Parrochiani XIII. Patronus, dominus Yvo Caletot, miles, ad cujus præsentationem archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Gaufridum presbiterum. Item Ricardum Alberici, clericum.]

J DECANATUS AUGI[5]. fol. 38

Ecclesiæ de Ponte[6] comes Augi patronus. Valet XL l. Parrochiani circiter IIII.XX et X. Clemens presbiter, præsentatus a comitissa Augi, receptus ab archiepiscopo Theobaldo. [Lambertus, clericus, receptus ad præsentationem dicti comitis ab archiepiscopo Odone Rigaudi. Item magister Johannes de Noientello, archidiaco-

[1] *Cod.* Clerii.
[2] *Hic aliquid in cod. deesse videtur.*
[3] *Vox* in *omissa in cod.*
[4] *Hæc clausula in cod. cancellata est; ecclesia Crispævillæ recensebitur infra (fol. 79 verso codicis), in decanatu de Basquevilla.*
[5] *Serius in cod. adjecta sunt folia quatuor quæ ad hunc decanatum spectant. Eadem manu qua cætera exarata videntur.*
[6] Pont, Criel, Saint Léonard-du-Bel à Criel, Saint-Jacques-d'Eu, Déville-en-Caux, Foleny, Milebos, Toufreville-sur-Criel, Oberville-sur-Yerre, Saint-Amand-de-Guilmécourt, Saint-Pierre-en-Val, Val-Duroi, Melleville-sur Eu, Guerville, Canehan, Avênes-sous-Agumont, Assigny, Mesnil-Réaume, Villy-sur-Eaune, Lonroi, Gousseauville, Saint-Agnan-sur-Sept-Meules, Aucmesnil, Saint-Vast-de-Guilmécourt, Sept-Meules, Saint-Rémi-en-Campagne, Biville-sur-Mer, Greny, Étalonde, Saint-Sulpice-sur-Yerre, Toqueville-sur-Criel, Bos-Rocoul, Saint-Martin-le-Gaillard, Cuverville-sur-Yerre, le Tréport, Marais-le-Normand, Hinseville, Saint-Pierre-d'Eu, Monchy-sur-Eu, Floques, Notre-Dame et Saint-Jean-d'Eu, Aubermesnil-les-Érables, Brunville-sur-Mer, Marais-le-Normand.

nus et vicarius Odonis Rigaudi, recepit Henricum de Gerrevilla, clericum, ad A
præsentationem dicti comitis.]

Ecclesia Sancti Albini de Criol. Abbas Augi, patronus. Valet LX l. Parrochiani CCC et LX. Abbas et monachi præsentant domino archiepiscopo et deserviunt ecclesiæ ad proprios usus.

Ecclesiam Sancti Leonardi juxta Creolium habent[1] in custodia. Abbas Augi, B
similiter patronus. Recipiunt inde prior et fratres ibi deservientes X l. t.; aliud vadit ad abbatiam, ut dicitur.

Item abbas habet ibi ecclesiam Sancti Thomæ, quæ valet circiter XII l. Deservitur ibi ad voluntatem abbatis.

Item ecclesiæ Sancti Jacobi de Augo abbas Augi patronus. Valet X l. Parrochiani C
circa LX. Abbas totum recipit et facit ibi deservire.

Item ecclesiæ de Daivilla dominus villæ patronus. Duo sunt presbiteri: Willelmus præsentatus a dicto domino, receptus ab archiepiscopo Theobaldo; Petrus acolitus præsentatus a dicto[2], receptus ab archiepiscopo Petro. Valet pars Guillelmi XV l.; pars Petri X et VIII l. Parrochiani XLV. Curam habent indivisam. [Ar- D
chiepiscopus Odo Rigaudi recepit Robertum, ad præsentationem domini de Lavardin, ad unam portionem. Item ad unam portionem recepit Robertum Gondoust, ad præsentationem dominæ Johannæ, dominæ de Lavardin. Guillelmus, archiepiscopus Rothomagensis, recepit Petrum Magnum Hominem ad unam
portionem, ad præsentationem dominæ Odelinæ de Lavardin.] E

Ecclesiæ de Folenniaco dominus de Danvilla patronus. Valet XX l. Parrochiani XXVIII. Hugo præsentatus a dicto domino, receptus ab archiepiscopo Petro.

Ecclesiæ de Crenveis [Media villa in Bosco[3]] abbas de Becco patronus.
Valet XXXV l. Parrochiani XLIIII. Gilebertus persona, præsentatus a dicto abbate, F
fol. 38 verso. receptus ab archiepiscopo Roberto. Ibi est vicarius ad dies personæ. Robertus dictus Clericus[4] uxoratus de Gonssevilla recipit ibi quandam partem decimæ. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Johannem, ad præsentationem dicti abbatis. Contencione mota inter dictum abbatem et Robertum de Lonroi, militem,
super jure patronatus, archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam, propter lapsum G
temporis, magistro Waltero, qui nunc est persona ipsius ecclesiæ. Et sciendum est quod dictus abbas jus patronatus dictæ ecclesiæ obtinuit contra dictum militem in assisia Augi, prout in litteris baillivi tunc temporis Augi vidimus contineri, videlicet Laurentii Liebert.]

Ecclesiæ de Toufrevilla juxta Criolium dominus de Freauvilla patronus. Va- H
let LX l. Parrochiani C. Lucas presbiter, præsentatus a dicto domino, receptus ab archiepiscopo Mauritio. [Magister Henricus de Ballolio receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præsentationem domini prædicti. Dominus Goscius receptus fuit a dicto archiepiscopo ad præsentationem dicti domini.]

Ecclesiæ de Aubertivilla heredes domini Johannis de Sancto Audoeno patroni. J
Valet XX l. Parrochiani XXVI. Johannes presbiter[5], receptus auctoritate concilii ab archiepiscopo Waltero.

Ecclesiæ Sancti Amandi de Gilemercuria dominus de Freauvilla patronus. Valet XVI l. Parrochiani XXX. G. presbiter, præsentatus a dicto domino, receptus ab
archiepiscopo Mauritio. K

Ecclesiæ Sancti Petri in Valle abbas de Ulteriori Portu patronus. Valet XL l. Parrochiani IIII.XX. Rogerus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Mauritio. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Petrum Jouvin, ad præsentationem abbatis et conventus de Ulteriori Portu.]

Ecclesiæ de Waldurel[6] abbas de Ulteriori Portu patronus. Valet XII l. Parro- L
chiani XIIII. Gaufridus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archie-

[1] *Subaudiendam* abbas et monachi Augi.
[2] *Suppl.* domino.
[3] La Ville emi le bos. *Reg. Radulphi Roussel, fol.* 17 *verso.*
[4] *Fort. leg.* Robertus dictus de Gonssevilla, clericus uxoratus.
[5] *Vox* presbiter *inter lineas adjecta.*
[6] Vaudouirray. *Regestum Radulphi Roussel, fol.* 18.

A piscopo Roberto. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Thomam, clericum, ad
præsentationem dicti abbatis.]

Ecclesiæ de Mellevilla abbas de Ulteriori Portu patronus. Valet xx l. Parrochiani xl. Willelmus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Roberto.

B Ecclesiæ de Guerrivilla abbas de Ulteriori Portu patronus. Valet xx l. Parro- fol. 39.
chiani l. Thomas presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo
Theobaldo.

Ecclesiæ de Canahan abbas Sanctæ Katerinæ patronus. Valet xxv l. Parrochiani
lx. Radulphus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Pe-
C tro. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit. . . .[1] presbiterum, ad præsentationem
dicti abbatis.]

Ecclesiæ de Asvernis abbas de Ulteriori Portu patronus. Valet xv l. Parrochiani xxxvi. Huilardus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Theobaldo.

D Ecclesiæ de Esseineio capitulum Rothomagense patronus. Valet xii l. Parro-
chiani c. Baudrinus presbiter, præsentatus a dicto capitulo, receptus ab archie-
piscopo Roberto. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Michaelem, ad præsenta-
tionem capituli prædicti. Item Ricardum de Sappo.]

Ecclesiæ de Meisnillo Reneslimi dominus villæ patronus. Valet xxxv l. Parro-
E chiani lx. Walterus præsentatus a dicto domino, receptus ab archiepiscopo Petro.
[Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Galterum, clericum, ad præsentationem
dicti domini.]

Ecclesiæ de Verleio abbas de Ulteriori Portu patronus. Valet l l. Parrochiani
circiter vii.xx. Johannes non sacerdos persona, præsentatus a dicto abbate, receptus
F ab archiepiscopo Petro. Ibi est vicarius annuus. Et est in deportatione.

Ecclesiæ de Longo Rege super jure patronatus contentio est inter dominum archiepiscopum et dominum villæ. Valet xv l. Parrochiani xliiii. Symon presbiter, receptus ab archiepiscopo Petro, salvo jure utriusque partis.

Ecclesiæ de Gossevilla abbas de Becco patronus. Valet xxv l. Parrochiani xxx. fol. 39 verso.
G P. presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Petro. Ibi est
vicarius annuus. Est in deportatione. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magis-
trum Nicholaum le Maufe, ad præsentationem dicti abbatis.]

Ecclesiæ Sancti Aniani dominus archiepiscopus patronus. Valet xxv l. Parro-
chiani xxxvi. Johannes non sacerdos receptus a domino archiepiscopo. In deporta-
H tione est. Est ibi vicarius.

Ecclesiæ de Acoumaisnillo prior d'Ewermou patronus. Valet xxv l. Parrochiani circiter lxx. Bertholomæus presbiter, præsentatus a dicto priore, receptus ab archiepiscopo Theobaldo.

Ecclesiæ Sancti Vedasti de Gilemercuria abbas de Ulteriori Portu patronus.
J Valet xl l. Parrochiani iiii.xx. Petrus dictus Archiepiscopus, præsentatus a dicto
abbate, receptus ab archiepiscopo Mauritio. [Archiepiscopus Guillelmus recepit
magistrum Radulphum de Penneleio, ad præsentationem abbatis.]

Ecclesiæ de Septem Molis abbas de Ulteriori Portu patronus. Valet xxv l. Par-
rochiani circiter vii.xx. Symon præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepi-
K scopo Theobaldo. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Galterum ad præsenta-
tionem dicti abbatis.]

Ecclesiæ Sancti Remigii in Campania duo sunt patroni : dominus archiepi-
scopus, abbas de Augo. Valet c l. Parrochiani circiter c. Tres sunt presbiteri :
Petrus, Robertus, Thomas. Petrus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus
L ab archiepiscopo Mauritio. Robertus, præsentatus ab abbate prædicto, receptus
ab archiepiscopo Theobaldo. Thomas, præsentatus et receptus ab archiepiscopo
Petro. Tamen de cetero dominus archiepiscopus debet portionem Roberti et
Thomæ dare. Curam habent indivisam. [Jacobus receptus est ad præsentationem

[1] *Locus vacuus in cod.*

dicti abbatis ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad portionem quam in ipsa ecclesia A
obtinuit Ludovicus. Idem archiepiscopus contulit illam portionem quam habuit
Johannes Gaufrido presbitero. Item archiepiscopus Odo Rigaudi contulit portio-
nem quam obtinuit Balduinus Roberto dicto Homini. Item idem archiepiscopus
contulit eam magistro Henrico de Douvrendel. Item eandem portionem contulit
Guillelmo Goumer. Item Guillelmus archiepiscopus contulit eam Johanni Pi- B
quelee.]

fol. 40. Ecclesiæ de Buivilla abbas de Augo patronus. Valet XL l. Parrochiani IIII.XX et X.
Rogerus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Petro.
[Reverendus pater Odo, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, recepit fratrem
Johannem, canonicum Sancti Laurentii in Leonibus, ad curam ejusdem ecclesiæ, C
ad præsentationem prædicti abbatis[1]. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit domi-
num Johannem de Augo.]

Ecclesiæ de Grenneio dominus de Freauvilla patronus. Valet XXV l. Parrochiani
XLIIII. Radulphus presbiter, præsentatus a dicto domino, receptus ab archiepiscopo
Roberto. D

Ecclesiæ de Estavclonde abbas de Augo patronus. Valet XV l. Parrochiani LV.
Bartholomæus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo
Petro.

Ecclesiæ de Sancto Supplicio abbas Sanctæ Katerinæ patronus. Valet XX l.
Parrochiani XXXV. Radulphus præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepi- E
scopo Mauritio.

Ecclesiæ de Toquevilla abbas de Augo patronus. Valet XXV l. Parrochiani LX.
Willelmus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus a domino Theobaldo.

Ecclesiæ de Boscho Rogulphi abbas de Augo patronus. Valet XII l. Parrochiani
circiter XXVII. Nicholaus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archie- F
piscopo Waltero. [Reginaldus presbiter, receptus ab archiepiscopo Odone Rigaudi,
ad præsentationem dicti abbatis.]

Ecclesiæ Sancti Martini le Gueslart dominus archiepiscopus patronus. Valet
LXX l. Parrochiani XI.XX. Henricus receptus ab archiepiscopo Petro. [Archiepiscopus
Odo Rigaudi contulit eam magistro Philippo de Brunvilla, presbitero. Item ma- G
gistro R. de Silvanecto, clerico suo. Infra parrochiam capella Sancti Martini, ad
cujus capellaniam præsentavit J. de Sancto Martino, miles, J. Par.....]

fol. 40 verso. Ecclesiæ de Guvervilla dominus villæ patronus. Valet XXXV l. Parrochiani VII.XX.
Robertus presbiter, præsentatus a dicto domino, receptus ab archiepiscopo Roberto.
[Archiepiscopus Odo recepit Robertum, ad præsentationem ejusdem patroni.] H

Ecclesiæ de Ulteriori Portu abbas de Ulteriori Portu patronus. Valet circiter XL l.
Parrochiani IIII.C. Nicholaus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab ar-
chiepiscopo Mauritio.

Ecclesiæ de Marisco[2] abbas de Augo patronus. Valet X l. Parrochiani XIII. Ma-
thæus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Petro. J

Ecclesiæ de Hansevilla Johannes, miles, de Baucheni, ratione uxoris suæ, pa-
tronus. Valet XV l. Parrochiani XL. Gilebertus presbiter, præsentatus a dicto milite,
receptus ab archiepiscopo Mauritio.

Ecclesiæ Sancti Petri de Augo abbas de Augo patronus. Valet XX l. Parrochiani
CC. Robertus presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo K
Petro. In deportatione est[3].

Ecclesiæ de Amoncheio dominus de Daivilla patronus. Valet LX l. Parrochiani L.
Mauritius presbiter, præsentatus a dicto domino, receptus ab archiepiscopo Petro.
Est in deportatione. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Petrum, ad
præsentationem domini de Lavardin et de Daivilla.] L

Ecclesiæ de Flosques abbas de Augo patronus. Valet XX l. Parrochiani LX. Symon
presbiter præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Petro.

[1] *Clausula* Reverendus — abbatis *in cod. cancellata est.*

[2] *De eadem ecclesia vid. infra*, p. 263 c.

[3] *Voces* in d. est *expunctæ sunt.*

A Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Augo abbas de Augo patronus. Valet circiter c l. fol. 41.
Parrochiani vi.c. Abbas facit ibi deservire per concanonicos.

Ecclesiæ Sancti Johannis de Augo abbas de Augo patronus. Valet xxx l. Parrochiani xiii.xx. Fulco presbiter, præsentatus a dicto abbate, receptus ab archiepiscopo Theobaldo.

B [Ecclesia de Oberti Mesnillo valet. . . .[1]. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit magistrum Petrum, ad præsentationem abbatis de Augo.]

[Ecclesia Beatæ Mariæ de Brunvilla. Valet iiii.xx l. Abbas Ulterioris Portus, patronus. Magister Gaufridus Polardi persona, receptus ad præsentationem dicti abbatis.]

C [Ecclesia de Mareis[2]. Abbas de Augo, patronus. Guillelmus, archiepiscopus Rothomagensis, contulit eam Radulpho Safarre per lapsum temporis.]

DECANATUS DE ENVREMOU. fol. 42.

anni sunt elapsi quod archiepiscopus Gauterus auctoritate sua tamquam patronus
contulit ei dictam ecclesiam. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam domino
Guillelmo. Item magistro Alberico.]

Ecclesia Sanctæ Mariæ de Liencort valet XXX l. Parrochiani VI.XX. Johannes, D
præsentatus ab abbate de Becco, receptus ab archiepiscopo Petro. [Archiepisco-
pus Odo Rigaudi recepit Nicholaum de Folcvilla, ad præsentationem dicti ab-
batis.]

Ecclesia Sancti Petri de Tibuvillers valet XV l. Parrochiani LII. Archiepiscopus,
patronus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Guillelmo, clerico.] E

Ecclesia Sancti Petri de Waumein valet XV l. Parrochiani circa XL. Archiepi-
scopus, patronus. [Robertus, presbiter, persona, cui ultimo data est ab archiepiscopo
Odone Rigaudi.]

fol. 105 verso. Ecclesia Sancti Clari de Torli valet XX l. Parrochiani L. Archiepiscopus, pa-
tronus, et presbiter tenet de necessitate capellanum. [Archiepiscopus Odo Ri- F
gaudi contulit eam magistro Guillelmo. Item magister Johannes de Noyentello,
archidiaconus et vicarius Odonis Rigaudi, contulit eam Thomæ de Bullis, pres-
bitero. Item archiepiscopus Guillelmus contulit eam magistro Petro le Tailleur.
Item . . . . .[1], nunc ejusdem rectori.]

Ecclesia Sancti Dionisii de Villers valet VIII l. XXVIII parrochiani. Rogerus, pres- G
biter, ultimo præsentatus a domino de Tria, et receptus ab archiepiscopo Ro-
berto.

Ecclesia Sancti Martini de Dretecort valet XIIII l. Parrochiani XXII. Archiepi-
scopus, patronus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Bartholomæo de Gi-
sortio. Item magistro Alberico. Item domino Guillelmo.] H

Ecclesia Sancti Leodegari de Drincort valet XL l. Parrochiani circa C. Canonici
Sancti Mellonis dicunt se esse patronos.

Ecclesia Sancti Nicholai de Porceus valet VII l. Parrochiani XXVIII. W. presbiter,
ultimo præsentatus a priore de Gisortio, receptus ab archiepiscopo Petro. [Jo-
fol. 108 verso. hannes Beaumestre, præsentatus ad ecclesiam de Porciex et inventus insufficiens, J
debet de gratia domini esse acolitus in instantibus ordinibus septembris anno CCC°
VIII°, et si ante alios ordines subsequentes redeat et sufficiens sit repertus, reci-
pietur ad dictam ecclesiam, et ad omnes ordines promovebitur ad ejusdem ecclesiæ
[a] 15 Jul. 1308. titulum successive. Actum apud Gaillonem, die lunæ ante Magdalenam[a].]

fol. 105 verso. Ecclesia Sancti Laurentii de Vallibus valet XII l. Parrochiani duo. Archiepi- K
scopus, patronus. [Guillelmus archiepiscopus contulit eam Johanni Gaillart. Item
magistro . . . . .[2] de Montibus.]

Ecclesia Sancti Bartholomæi de Bocia valet XX l. Parrochiani LX. Archiepi-
scopus, patronus. [Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam Petro, clerico.]

[Ecclesia Sancti Martini de Ernencuria Aquosa. Archiepiscopus, patronus. Par- L
rochiani LX. Valet XX l. p.]

fol. 106. Ecclesia Sancti Germani de Hardiviller valet XII l. Parrochiani XL. Archiepi-
scopus, patronus.

[1] *Locus vacuus in cod.* — [2] *Nomen omissum in cod.*

A Ecclesia Sancti Clari de Flavencort valet xxx l. Parrochiani vii.xx. Archiepi-
scopus, patronus. [Odo Rigaudi, archiepiscopus, contulit eam Guillelmo de Buy.
Item Guillelmo de Senonis. Item Almarrico de Gisortio. Item Guillelmus archi-
episcopus contulit eam magistro Ricardo le Foulon. Item Petro Balet. Item Radulfo
de Parisius.]

B Ecclesia Sancti Lupi[1] valet xxiii l. Parrochiani c. Odo, presbiter, ultimo præ-
sentatus ab abbate Sancti Victoris Parisiensis, et receptus ab archiepiscopo Mau-
ritio.

Ecclesia Beatæ Mariæ de Tria Castro valet xxx l. Et sunt ibi de necessitate duo
presbiteri. Parrochiani vi.xx. Girardus, presbiter, ultimo præsentatus a domino de
C Tria, et receptus ab archiepiscopo Petro. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit
Petrum, ad præsentationem domini Mathæi de Tria, militis. Capella Beati Eus- fol. 105 verso.
tachii, sita in castro de Tria castro, valet xii l. p. Dominus villæ, patronus. Archi-
episcopus Rigaudi recepit Robertum, ad præsentationem comitis de Domno Mar-
tino. Capella leprosariæ de Tria valet xii l. p. vel circa. Dominus de Tria, fol. 106.
D patronus. Magister Petrus receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi, ad præ-
sentationem domini Mathæi.]

Ecclesia Sanctæ Mariæ de Tria Villa valet xx l. Parrochiani xl. Nicholaus, pres-
biter, ultimo præsentatus a domino de Tria, receptus ab archiepiscopo Petro.
[Ricardus, qui nunc est presbiter, receptus fuit ab archiepiscopo Odone Rigaudi,
E ad præsentationem dicti domini.]

Ecclesia Sancti Vedasti de Fai valet xvii l. Parrochiani c. Girardus, presbiter,
ultimo præsentatus ab abbatissa de Gomeri Fonte, receptus ab archiepiscopo
Petro. [Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Johannem de Tria, ad præsenta-
tionem dictæ abbatissæ. — Quædam capella est in ecclesia de Fayaco, quam
F archiepiscopus Odo Rigaudi contulit Guillelmo, ita quod post mortem vel ces-
sionem ejusdem Guillelmi redditus dictæ capellæ deputati mensæ rectoris ipsius
ecclesiæ qui pro tempore fuerit applicentur, qui quidem rector ex tunc in antea
habere secum capellanum proprium perpetuo teneatur, et successores ipsius in
eadem ecclesia.]

G Ecclesia Beati Germani de Latenvilla valet xx l. Parrochiani xxx. Galterus,
presbiter, ultimo præsentatus ab abbatissa de Gomeri Fonte, receptus ab archi-
episcopo Mauritio.

[Ecclesia de Gemericuria valet ...... Parrochiani ...,[2]. Abbas Sancti Gere-
mari[3] de Flayaco, patronus. Archiepiscopus Odo recepit Isambardum, clericum,
H ad præsentationem ejusdem abbatis. Item Mathæum de Noentello.]

[ARCHIDIACONATUS PONTISARENSIS[4].] fol. 106 verso.

I [Ecclesia Sancti Macuti Pontisarensis[5] duas habet portiones, quarum quælibet
valet xl l. p. Thesaurarius Sancti Melloni Pontisarensis, patronus. Non debet
deportationem aliquam. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Johannem, presbi-
J terum, ad portionem quæ fuit magistri Bartholomæi, ad præsentationem dicti
thesaurarii. Item idem archiepiscopus recepit magistrum Odonem ad illam quæ
fuit magistri Petri, ad præsentationem decani Sancti Melloni. Item magistrum
Symonem de Gaiis, ad portionem quæ fuit Johannis, presbiteri.]

[Ecclesia Sancti Petri. Abbas Beccensis, patronus. Valet x l. p. Non debet de-
K portationem aliquam. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Johannem, presbi-
terum, ad præsentationem dicti abbatis. Item dominum Johannem. Item Radulfum
Lamberti.]

[Ecclesia Sancti Andreæ. Thesaurarius Sancti Melloni Pontisarensis, patronus.

[1] *Eadem quæ supra* (p. 325 f g) E. de Boubiez *dicta est.*

[2] *Loca vacua in cod.*

[3] *Cod.* Germani.

[4] *De quo in regesto visit. ad a. 1255* (*tomo nostro* XXI, 578 c) hæc notata sunt : Rex nobis et successoribus nostris dedit archidiaconatum Pontisarensem... in quo sunt ecclesiæ quæ continentur in fine registri ecclesiarum.

[5] Saint-Maclou-de-Pontoise, Saint-Pierre-de-Pontoise, Saint-André-de-Pontoise, Annery, Vauréal à Pontoise (?), Ony, Génicourt, Livilliers, Puisieux.

Valet xx l. p. Non debet deportationem aliquam. Archiepiscopus Odo Rigaudi A
recepit Guarinum, ad præsentationem decani Sancti Melloni.]

[Capella Domus Dei Pontisarensis.]

[Ecclesia de Aneriaco valet xvi l. Archiepiscopus, patronus. Aliquando solvit
deportationem. In ecclesia de Aneriaco est quædam capellania ad quoddam altare
ipsius ecclesiæ constituta, quæ valet xii l. Archiepiscopus, patronus. Non debet B
deportationem aliquam.]

fol. 107. [Capella leprosariæ Vallis Regis. Archiepiscopus, patronus. Valet xvi l. Non
debet deportationem aliquam. Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam magistro
Roberto.]

[Oonyacum valet xxv l. Archiepiscopus et capitulum Belvacense, alternatim C
patroni, set archiepiscopus eam debet dare quando eam primo vacare contigerit.
Persolvit deportationem aliquotiens. Archiepiscopus Odo Rigaudi contulit eam
ultimo Johanni, clerico. Anno Domini M° CC° sexagesimo primo, in festo sancti Jo-
[a] 6 Maii 1261. hannis ante Portam Latinam[a], recepit archiepiscopus Odo Rigaudi Petrum, pres-
biterum, ad præsentationem capituli Belvacensis, et sciendum est quod idem D
archiepiscopus vel ejus successor debet dictam ecclesiam conferre quando eam
primo vacare contigerit. Magister Johannes de Noyentello, archidiaconus et vica-
rius Odonis Rigaudi, contulit eam magistro Natali de Moysenayo, clerico. — In
ecclesia de Oonyaco est quædam capellania de novo fundata, cujus archiepiscopus
erit patronus quando complete fundata fuerit, et fundabitur de valore xii l. p. et E
de ea ordinare debet archiepiscopus, prout viderit expedire. Archiepiscopus Odo
Rigaudi contulit eam Johanni, clerico, qui nunc est. Item idem archiepiscopus
contulit eam Johanni de Conches. Item Lucæ, scriptori. Item archiepiscopus
Guillelmus contulit eam Guillelmo de Locis, de Pontisara.]

[Gerincuria. Abbas Sancti Martini, patronus. Valet xvi l. p. Solvit aliquando F
deportationem.]

fol. 107 verso. [Linviler. Abbas Sancti Martini Pontisarensis, patronus. Valet x l. Non debet
deportationem.]

[Ecclesia de Puteolis. Abbas Sancti Martini Pontisarensis, patronus. Valet ix l.
p. Nunquam persolvit deportationem. Archiepiscopus Odo Rigaudi recepit Lau- G
rentium, clericum, ad præsentationem dicti abbatis.]

ARCHIDYACONATUS ROTHOMAGENSIS[1].

fol. 108. In decanatu Rothomagensi sunt parrochiæ xlii.

In decanatu de Burgo Theroudi, parrochiæ xl, et duæ capellæ leprosorum.

In decanatu Pontis Audomari, parrochiæ xlii, et iiii^or capellæ leprosorum. H

In decanatu Sancti Georgii, parrochiæ li.

In decanatu de Paveilly, parrochiæ l, et duæ capellæ.

In decanatu de Cally, parrochiæ l.

In decanatu de Rivo, parrochiæ liii.

In decanatu de Piris, parrochiæ xlviii. J

Summa ecclesiarum : ccclxxvi; — viii capellæ.

ARCHIDYACONATUS AUGI.

In decanatu Augi sunt parrochiæ xlvii.

In decanatu Fulcardi Montis, parrochiæ lii.

In decanatu Albæ Malliæ, parrochiæ xxii, et una capella. K

In decanatu de Longa Villa, parrochiæ xlvii, et tres capellæ leprosorum,
præter leprosariam de Deppa.

In decanatu Novi Castri, parrochiæ xliiii, et duæ capellæ.

In decanatu de Evremodio, parrochiæ xxxvii.

[1] *Index qui sequitur tempore Odonis Rigaudi adjectus videtur.*

A In decanatu de Buris, parrochiæ XV.

Summa ecclesiarum : CCLXIIII; — VI capellæ.

ARCHIDIACONATUS MAJORIS CALETI.

In decanatu de Fovilla sunt parrochiæ LXX, et sex capellæ leprosorum [1].

In decanatu de Walemont, parrochiæ LXXVII, et septem capellæ leprosorum.

B In decanatu de Colebosc, parrochiæ LXXIX, et una capella leprosorum.

Summa ecclesiarum : CCXXVI. — Leprosariæ : XIIII.

ARCHIDYACONATUS MINORIS CALETI.

In decanatu de Canvilla, parrochiæ LVI, et duæ capellæ leprosorum.

In decanatu de Brachy, parrochiæ XLVI, et IIII^or capellæ leprosorum.

C In decanatu de Basquevilla, parrochiæ XLVIII, et una capella leprosorum.

Summa ecclesiarum : CL. — Capellæ VII.

ARCHIDYACONATUS VULGASSINI NORMANNIÆ.

In decanatu de Gamachiis, parrochiæ XLIIII.

In decanatu de Baudemont, parrochiæ XLV.

D In decanatu de Brayo, parrochiæ XXVI.

In decanatu de Gisortio, parrochiæ XLIIII, et duæ capellæ leprosorum.

Summa ecclesiarum : VII.XX.XIX. — I capella.

ARCHIDYACONATUS VULCASSINI FRANCIÆ.

In decanatu de Mellento, parrochiæ XLIIII, et quinque capellæ leprosorum.

E In decanatu de Maigniaco, parrochiæ LX, et IIII^or capellæ leprosorum.

In decanatu Calvi Montis, parrochiæ LVI, et duæ capellæ leprosorum.

Summa ecclesiarum : VIII.XX. — Capellæ XI.

[ECCLESIÆ EXTRAVAGANTES.]

In decanatu de Andeliaco sunt XI presbiteri habentes curas.

F In decanatu Monasterii Villaris, parrochiæ XIII, et una capella.

Apud Gornaium, duo curati.

Apud Fraxinos, una parrochia.

Apud Alacrem Montem, parrochiæ quattuor [2].

Apud Deivillam, una parrochia.

G Summa ecclesiarum extravagantium : XXXV [3]. — I capella.

Summa omnium : XIII.C.LXX.

[1] *Cod.* leprosar *adjecta compendii nota.*

[2] *Initio codicis* (f. 2), *adjecta est hæc annotatio :* In ecclesia Beatæ Mariæ de Alacri Monte est fundata quædam capellania in honorem beati Johannis euvangelistæ per magistrum Johannem de Joyaco, rectorem dictæ ecclesiæ, ad quam præsentavit Johannem de Joyaco, clericum, et ex nunc ad collationem domini archiepiscopi pertinebit.

[3] *Supra memoratæ sunt tantum XXXII extravagantes vel exemptæ ecclesiæ.*

APPENDIX

AD POLYPTYCHUM ROTOMAGENSIS DIOECESIS.

PRÆFATIO REGESTI RADULPHI ROUSSEL[1].

In isto libro sunt scripta nomina ecclesiarum parrochialium dyocesis Rothomagensis A
et summæ peccuniæ quas[2] quælibet ecclesia parrochialis debet capitulo et thesaurario
ecclesiæ Rothomagensis, scilicet media pars ipsi capitulo, et alia media pars dicto thesaurario. Et pro declaratione materiæ est sciendum quod talis ordo in isto libro servatur quod
ponuntur ipsæ parrochiæ per archidiaconatus et per decanatus cujuslibet archidiaconatus.

Item quod proceditur in nominatione dictarum parrochialium ecclesiarum per ordinem B
litterarum alphabeti, videlicet primo ponuntur per ordinem illæ parrochiæ quæ incipiunt
in nomine per A, secundo illæ quæ incipiunt per B, et sic consequenter per dictas litteras
alphabeti, et hoc secundum archidiaconatus et decanatus, ut dictum est.

Item est sciendum quod summæ quæ debentur per dictas parrochiales ecclesias sunt secundum monetam parisiensem, quorum parisiensium libra valet secundum turonensem C
viginti quinque solidos turonensium, salvo quod in archidiaconatu Vulgassini Normannici
parrochiæ quæ signantur ad parisiensem debent solvere ad monetam parisiensium, quorum
parisiensium quatuor valent quinque[3] turonenses.

Item est sciendum quod modus solvendi dictas summas a tempore tanto quod non est
memoria de contrario est talis, videlicet quod curatus cujuslibet ecclesiæ parrochialis vel D
capellanus ejusdem consuevit apportare totalem summam quam sua parrochia debet integre,
et hoc in synodo æstivali. Item ipsi curati consueverunt recipere dictam summam a parrochianis suis, et si plus solvant dicti parrochiani quam summa ad quam est taxata ipsa
parrochia, ipsi curati dictum residuum eis applicant; si minus solvant parrochiani, ipsi curati
solvunt residuum. Et ipsi curati debent cogere parrochianos suos ad solvendum totalem E
summam per ministerium[4] suum, videlicet per excommunicationem, et etiam eos comminando de non administrando eis sacramenta sua, nisi solvant ea quæ debent ipsi parrochiani.

Et pro majori intellectu unde sumpsit originem istud quod vocatur debitum, de quo
supra dictum est et infra dicetur ad longum, veritas est quod antiquitus, ut reperitur in
libris antiquis capituli, sunt quasi trecentum[5] anni quo fuit celebratum quoddam conci- F
lium[6] provinciale de provincia Rothomagensi in Insula Bona[7], in quo concilio provinciali
ᵃ Guillelmus. erat[a] dux Normannorum pro tunc rex Angliæ, et etiam in illo concilio erant dominus
archiepiscopus Rothomagensis et plures episcopi, abbates et alii viri ecclesiastici dictæ
provinciæ qui pro tunc erant. Et quia illo tunc consuetudo et modus erat quod quolibet
anno circa Pentecosten quilibet curatus tenebatur venire processionaliter ad matrem eccle- G
siam Rothomagensem, et cogere suos parrochianos quod de qualibet domo in dicta processione veniret una principalis seu capitalis persona, et debebat offerre quælibet dicta
principalis persona unam denariatam ceræ in ipsa ecclesia Rothomagensi, ad illuminandum
ipsi ecclesiæ, quæ denariata erat majoris valoris multo quam nunc sit. Item adhuc illum
modum veniendi tenent curati de Bosc Guillaume et de Sancto Severo ac eorum parro- H
chiani, qui sunt prope istam villam Rothomagensem. Item in dicto concilio de Lislebonne
comparuerunt plures curati et parrochiani dictæ dyocesis Rothomagensis, subditi ad hoc
quod dictum est, qui cum magna instantia requisierunt, quia ille modus veniendi processionaliter ad matrem ecclesiam Rothomagensem, ut dictum est, erat eis multum gravis
[et] sumptuosus, et interdum multa scandala accidebant, quod placeret dominis de dicto J
concilio pro tunc existentibus à Lislebonne ut vellent ordinare quod quælibet ecclesia par-

[1] Ex cod. latino 5197. Vide supr. p. 228.
[2] *Cod.* quarum.
[3] *Cod.* sex.
[4] *Cod.* misterium.
[5] *Sic.*
[6] *Cod.* consilium.
[7] *Hic alluditur nono canoni concilii apud Insulam Bonam a. 1080 celebrati :* Presbiteri, semel in anno, circa Pentecosten, cum processionibus suis ad matrem ecclesiam veniant, et de singulis domibus denariata ceræ, vel idem valens, ad illuminandam ecclesiam altari offeratur. Quod si facere noluerit, a presbitero per ministerium suum cogatur hoc solvere, sine emendatione pecuniæ (Teulet, *Layettes du Trésor des chartes*, I, 26).

A rochialis esset taxata ad certam summam firmam, quæ quidem[1] summa colligeretur per curatum a parrochianis et apportaretur in dicta synodo æstivali per curatos, et sic semper de post usum est.

Quare si dicti curati bene considerent honus quod habebant de adducendo processionaliter suos parrochianos semel in anno et eos reducendo, quia occasione hujusmodi processionis B faciebant multas expensas, tam in equis si equestres, si pedestres in calciamentis, et etiam victualibus ac pœnis et labore corporum suorum, non debent mirari si in recompensatione prædictorum ad aliqua teneantur versus ecclesiam matrem Rothomagensem, puta de solvendo totam summam sine diminutione. Et est notandum quod non est honus apportare in dicta synodo, quia etiam absque eo tenentur comparere in dicta synodo, et non poterant C facere suam processionem prædictam in dicta synodo, imo oportebat aliam diem, quia tenebantur reducere parrochianos suos ad loca sua processionaliter, quod non possent facere in die synodi, cum teneantur expectare et facere multa quæ consueta sunt fieri in synodis per curatos.

Similiter non debent mirari ipsi parrochiani si solvant totam summam integram, quia si D non solverent nisi quilibet unum denarium, non tantum solverent quantum solvebant tempore quo dictum est, quia denarius melior erat quam denarius modernus. Item posito quod denarius modernus esset æque bonus sicut denarius de tempore prædicto, non esset sufficiens recompensatio mittere unum denarium loco apportandi in loco ecclesiæ Rothomagensis, nec est aliquo modo verisimile quod ecclesia provincialis voluisset relaxare ipsos curatos et E parrochianos de onere prædicto sine aliqua recompensatione, quæ fuit talis ut esset certa summa firma ordinata, quæ non diminueretur et apportaretur per curatos ad dictam ecclesiam matrem Rothomagensem.

Item illud debitum est quædam recognitio quod illæ parrochiæ recognoscunt ecclesiam Rothomagensem tanquam matrem ecclesiam, et est signum subjectionis de filia ad matrem, F quia etiam in ecclesia Rothomagensi fit servitium qualibet die in supplementum aliarum parrochialium ecclesiarum in quibus non fit servitium qualibet die ordinarie, ita quod ecclesia mater Rothomagensis supplet servitium pro aliis parrochiis diocesis, et ideo non est mirum propter prædicta et propter alia quæ quilibet potest ultra considerare si quælibet parrochialis ecclesia aliquid in signum subjectionis quolibet anno matri ecclesiæ teneatur G solvere.

. . . .

Magister Radulphus Rousselli, utriusque juris doctor, thesaurarius et canonicus ecclesiæ Rothomagensis, oriundus de Villa Dei de Saltu Caprioli, Constantiensis diocesis, extraxit ea quæ scripta sunt supra ex antiquis libris et regestris in capitulo ipsius ecclesiæ Rothoma-H gensis existentibus, et fecit istum librum scribi anno Domini M°CCCC°XXX°I°, die VIII^{a} Maii, et poni fecit in ecclesia, ut celeriter reperiatur modus solvendi debitum et quomodo sumpsit originem.

E CHRONICO ROTOMAGENSI.

MONITUM.

Pluribus auctoribus attribuendum esse censemus Rotomagense chronicon[2], quod usque ad annum 1282 deductum nobis exhibent tum codices latini Parisienses 5530 et 5659, tum exemplar insertum in Rotomagensi codice cui titulus *Chronicon triplex et unum*[3]. Alium

[1] *Cod.* quidam.

[2] *Vid. novissimam Orderici Vitalis editionem, præfat.* p. LXVIII-LXIX.

[3] *De hoc codice, quo continentur tria chronica in unum coacta, id est chronicon ecclesiæ Rotomagensis, annales Sancti Laudi Rotomagensis et chronicon Sanctæ Catharinæ Rotomagensis, disseruit A. Cheruel* (Normanniæ nova chronica: Cadomi, 1850, in quarto).

ejusdem chronici codicem Antonius Vyon d'Herouval Philippo Labbeo communicavit, qui Labbeus, vulgaribus ut ait omissis, nonnulla ad gallicanam historiam propius spectantia excerpsit et in sua *Bibliotheca nova*[a] anno 1657 edidit.

[a] I, 364-390.

A nobis frustra quæsitus est codex quem adhibuit Philippus Labbeus, quemque Senonis penes D. Baron anno 1709 viderunt Edmondus Martene et Ursinus Durand[1].

E duobus codicibus Parisiensibus, qui sæculo XV exeunte vel XVI ineunte exarati sunt, e Rotomagensi qui annum 1654 præ se fert necnon e Labbeana editione ultimam Rotomagensis chronici partem[2] typis mandamus. Usi sumus etiam fragmentis quæ vulgaverunt Lucas d'Achery, in Spicilegio[3] et A. Cheruel in Novis Normanniæ chronicis.

Anno Domini M.CC.XXVII. Obiit Honorius papa, cui successit[4] Gregorius. A

Eodem anno, cum dominus Theobaldus, Rothomagensis archiepiscopus, voluisset adducere[5] merrenium[6] apud Rothomagum quod fecerat fieri in foresta[7] de Louviers, ballivus de Valle Rodolii merrenium illud arrestavit. Cujus rei facta denunciatione episcopo loci[8], episcopus eum excommunicavit. Et hac occasione[9] seu excommunicatione dominus rex Francorum traxit eundem archiepiscopum in cau- B sam[10] coram se, dicens quod injuriatus erat ei, eo quod fecerat ballivum suum excommunicari eo irrequisito. Item conquerebatur de eo quod idem archiepiscopus ceperat fouagium de villeta, quæ est in parrochia de Louviers[11], cum illud fouagium ad se pertineret ratione feodi quod de ipso tenebatur; et miles qui illud tenebat ipsum advocabat dominum. Item dicebat dominus rex quod archiepi- C scopus non debebat facere merrenium in forestá de Louviers, ad usum aliorum maneriorum nisi tantummodo ad usum manerii de Louviers[12]. Item conquerebatur dominus rex de dicto archiepiscopo eo quod excommunicaverat decanum, et quosdam canonicos de Gornaco[13], qui sunt sub protectione ejus et de[14] patronatu ipsius. Præterea[15] citari fecit rex eundem archiepiscopum quod responderet D quare non veniebat ad scacarium, responsurus et juri pariturus de his quæ ei objicerentur[16], sicut alii episcopi, et barones faciebant in Normannia. Propter istas causas fuit archiepiscopus citatus coram rege apud Vernonem, et comparuit, et dixit quod non tenebatur respondere in curia ipsius de istis causis[17], tum quia quædam earum erant spirituales[18], tum quia feodale nihil tenebat E de eo propter quod[19] teneretur respondere in curia sua : de qua responsione rex et regina valde irati fuerunt, et recessit archiepiscopus, illis non pacatis. Unde rex convocavit plures[20] barones suos, et consuluit eos quid esset agendum super tali responsione archiepiscopi Rothomagensis. Iterum[21] citatus fuit archiepiscopus, et præsentibus baronibus quæsitum fuit ab eo si de aliqua re F responderet in curia domini regis, et responsum fuit quod nihil audierat de quo teneretur respondere, quia nihil tenebat nisi puram eleemosynam unde dominum

[1] Voyage litt. I, 1, 63.
[2] *Quæ proxime præcedant, tomo nostro XVIII, p. 357-362, requirenda sunt.*
[3] *Ed. in quarto*, II, 819; *in folio*, III, 613.
[4] *Labb.* succedit.
[5] *Cod.* 5659 deducere.
[6] *Labb.* marrennum. *Acher.* marrenum. *Cod.* 5659 merrenum.
[7] *Labb. addit* sua.
[8] *Id est Ebroicensi. Sedem Ebroicensem tunc tenebat Ricardus de Bello Visu.*
[9] *Cod.* 5530 Ex hac occ. seu exc. *Voces* seu exc. *desunt in cod.* 5659.
[10] *Labb.* in curiam.
[11] *Cod.* 5659 Loviers.
[12] *Male Acher.* ad usus aliorum marrenorum, non tantum ad usus marenni de Loviers.
[13] *Cod.* 5659 Gornayo.
[14] De *omissum in cod.* 5659.
[15] *Abest* præterea *apud Labb. et Acher.*
[16] *Labb.* objiciebantur.
[17] Causis *abest apud Labb.*
[18] *Voces* tum quia... spirituales *in cod. Rot. desiderantur.*
[19] *Labb.* pro quo. *Acher. cod. Rot. et cod.* 5659 per quod.
[20] *Labb.* pluries.
[21] *Labb. et Acher.* Item.

A suum tantummodo[1] habebat papam[2]. Unde iratus rex, per consilium suorum ba-
ronum, confiscavit omnes redditus[3] archiepiscopi et possessiones seculares. Unde
archiepiscopus, habito tractatu cum episcopis suis, omnia dominia et castella quæ
rex tunc habebat in archiepiscopatu suo interdicto conclusit, exceptis tantum-
modo civitatibus; et inde exulavit, ad curiam Romanam profecturus; et[4] infirmi-
B tate detentus Remis, misit ad curiam Romanam, et impetravit a curia[5] quod legatus
nomine Romanus, qui tunc veniebat ad partes gallicanas, causam audiret, archie-
piscopo prius restituto. Et per rigorem[6] justitiæ, per legatum archiepiscopus ple-
nariam habuit restitutionem mobilium et immobilium, cum fructibus inde per-
ceptis; et reportato in civitate Rothomagensi merrenio per castellanum[7] de Valle
C Rodolii quod ipse arrestaverat, et archiepiscopo reddito, ita remansit archiepi-
scopus de omnibus istis querelis in pace ad laudem Domini nostri Jesu Christi.

Eodem anno, in vigilia Assumptionis sanctæ Mariæ, circa horam nonam, orta
est tempestas valida, videlicet tonitrui, fulguris et grandinis miræ grossitudinis,
mentes hominis valde terrens. Ventus, ante vehemens, factus est horribilis, arbores
D cum fructibus earum eradicans et turres ecclesiarum subvertens[8].

Anno Domini M.CC.XXVIII. Combustio Rothomagi a Sancto Patricio usque ad
Sequanam in festo sancti Laurentii martyris[a]. [a] 10 Aug.

Anno Domini M.CC.XXIX. Theobaldus de Ambianis, Rothomagensis archiepisco-
pus, in festo sancti Firmini, quod ipse, de assensu capituli, triplici festo statuerat
E celebrari, in eodem[9] festo[b] celebratis solemniter divinis laudibus ad festum perti- [b] 25 Sept.
nentibus, in confinio diei et noctis diem clausit feliciter extremum[10]. Et nota
quod tunc tot festa triplici modo non agebantur in ecclesia Rothomagensi sicut
modo, quia de festis sanctorum non agebant tripliciter nisi de beata Maria, de
sancto Romano et passione apostolorum Petri et Pauli. Ipse autem Theobaldus sta-
F tuit tripliciter celebrari festa utriusque sancti Johannis, Baptistæ et evangelistæ, et
præmissum festum sancti Firmini, quia de Picardia oriundus.

Eodem anno electus fuit in archiepiscopum a majore parte capituli Thomas de
Freauvilla[11], tunc[12] decanus Rothomagensis : sed alia pars viriliter restitit, et du-
ravit[13] contentio per annum et amplius, et tandem in curia Romana finita fuit.

G Anno Domini M.CC.XXXI. In mense Maio constitutus in curia Romana decanus
Rothomagensis Thomas de Freauvilla, in præsentia fratrum, renunciavit electioni
de se factæ in manu domini papæ : ad cujus resignationem, dominus papa dedit
ecclesiæ Rothomagensi Mauricium[14], episcopum Cenomanensem, in archiepiscopum
et pastorem, qui receptus fuit in eadem ecclesia die Dominica ante festum beatæ
H Mariæ Magdalenæ[c]. Item[15] Thomas de Freauvilla, decanus Rothomagensis, electus [c] 20 Jul. 1231.
in episcopum Baiocensem[16], a domino Mauricio, Rothomagensi archiepiscopo, con-
firmatus, consecratus fuit in ecclesia Rothomagensi pr[ox]ima dominica passionis
Domini[d] ab eodem Mauritio archiepiscopo[17]. Et tunc vacavit decanatus[18] Rothoma- [d] 28 Mart. 1232.
gensis per annum et amplius.

J Hic Mauricius statuit ut monachi Gemeticenses tunicas habeant de biennio in
biennium, et dormiant in Rogationibus et vigiliis sanctorum post prandium[19]. Sta-
tuit et de annatis canonicorum ingredientium religionem hoc modo.

[1] Tantummodo *abest a codd.* 5530 *et* 5659.
[2] *Male Labb. et Acher.* puram *seu* propriam ecclesiam unde dominium suum tenebat.
[3] Redditus *apud Labb. et Acher. desideratur.*
[4] *Cod. Rot.* sed.
[5] *Labb* impetrato autem. *Codd.* 5530 *et* 5659 impetratus. *Cod. Rot.* impetrato.
[6] *Male Labb.* restituto per rigorem.
[7] *Male Labb.* capellanum.
[8] *Hunc locum suppeditat solus codex Rotom.*
[9] *Cod.* 5530 in ipso.
[10] *Quæ sequuntur usque* de Picardia oriundus *ea suppeditat solus codex Rotom.*
[11] *Labb.* Freavilla.
[12] Tunc *abest a cod.* 5659.
[13] *Labb.* restitit ei : duravit. *Cod.* 5569 resistit.
[14] *Labb. et Acher.* dominum Mauricium.
[15] *Cod.* 5659 Hoc anno.
[16] *Cod.* 5659 *male* Constantiensem
[17] *Cod. Rot.* ab eod. Maur. *Labb.* ab eodem. *Voces* ab eod. M a. *omissæ in cod.* 5659. *Mauricius, litteris datis apud Rotomagum, die mercurii post Dominicam qua cantatur* Oculi mei *anno gratiæ* 1231 (17 Mart. 1232), *regi nunciavit Thomam, quondam Rotomagensem decanum, a capitulo Baiocensi electum fuisse in episcopum et pastorem. Vid.* Teulet, *Layettes du trésor des chartes*, II, 233, n. 2176.
[18] *Cod.* 5659 decanus.
[19] *Ibi addit codex Rotomagensis, qui hunc locum nobis suppeditavit :* E chronico ecclesiæ Rothomagensis. *Quod autem de monachis Gemeticensibus narratur, e chronico S. Laudi excerptum notat idem codex : nos eum quoque locum, cum iis quæ proxime antecedunt optime consentientem, ad chronicon ecclesiæ Rotomagensis spectare existimavimus.*

In nomine[1] Patris et Filii et Spiritus sancti. Nos Mauricius, Dei gratia Rothomagensis A
archiepiscopus, et capitulum ecclesiæ Rothomagensis, in nostro capitulo constituti, [die ad
hoc assignata. Ad illam quæ meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea, respec-
tum habentes, et quia tutius est sub obedientiæ jugo et proprietatis abdicatione quem-
cumque nudum et pauperem sub sancta religione sequi Christum, et sub illo statu exire
de medio, quam inter hujus mundi procellas dubium atque tremendum exspectare mortis B
eventum, necnon et ad antiquum ecclesiæ statutum, per quod canonici decedentes a die
sui obitus usque ad finem anni partem denariorum et communiæ fructus percipere di-
gnoscuntur,] statuimus ut quicumque fratrum nostrorum, canonicorum videlicet Rothoma-
gensium, ad religionem quamcumque de cætero transire voluerit, ut ad hoc fortius
invitetur, ex quo votum suum per habitus assumptionem solemne reddiderit, ita sit ei C
licitum fructus præbendæ suæ et communiæ[2] usque ad finem anni percipere, et de iis[3]
pro voluntate sua disponere, sicut in ultima voluntate[4] facere consueverunt ecclesiæ nostræ
canonici cum decedunt. Actum anno Domini M.CC.XXXIII[5], die octavarum Nativitatis beatæ
[a] 15 Sept. Mariæ virginis[a].

Anno Domini M.CC.XXXII. Post decessum Aeliciæ, abbatissæ Monasterii Villaris, D
celebrata fuit electio in eodem monasterio, et fuerunt duæ electæ; et repræsentata
fuit electio Mauricio archiepiscopo, qui electionem examinavit, prout debuit et
competit; et eo quod[6] non fuit servata forma concilii[7] in eligendo, electionem de
utraque factam quassavit, et capitulum jure eligendi ea vice privavit, assignavit-
que eidem capitulo abbatissam Luciam de Beuzemoucel[8]. Sed ipsa non obtinuit E
abbatiam propter contradictionem regis; et ipse archiepiscopus excommunicavit
omnes moniales adhærentes regi in hoc facto et contradicentes prædictæ abbatissæ.

Anno Domini M.CC.XXXIII. Magister Stephanus de Castro Duni[9] factus est decanus
Rothomagensis per Mauricium archiepiscopum, quia compromisit capitulum in
ipsum. F

Hoc anno, in mense Julii, saisivit dominus rex Ludovicus junior regalia domini
Rothomagensis archiepiscopi propter causas quæ expressæ sunt superius[10] in
tempore Theobaldi archiepiscopi Rothomagensis, et propter quasdam alias causas;
propter quod[11] dominus archiepiscopus Rothomagensis Mauricius supposuit totam
diœcesim Rothomagensem interdicto. Et incepit interdictum a vigilia Sancti Mi- G
[b] 28 Sept. 1233 chaelis[b], et duravit usque ad festum sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani
[c] 25 Oct. 1234. anno revoluto[c], quia tunc ei reddita fuerunt bona sua cum omnibus quæ recepta
inde fuerant tempore intermedio.

I.

Archiepiscopus[12] Rothomagensis, universis decanis. Cum bona Rothomagensis ecclesiæ, H
quibus nos pro voluntate sua minus juste excellentia regia spoliavit, ob reverentiam beatæ
Virginis, in cujus honore eadem ecclesia dignoscitur esse fundata, eidem fuerint ab antiquo
collata, nosque regiam majestatem de novo duxerimus requirendam ut eadem bona nobis
restituere dignaretur, qui non solum monitioni nostræ satisfacere non curavit, sed nec
super hoc certum voluit dare responsum, vobis in virtute obedientiæ districte præcipiendo J
mandamus quatinus, cum prædicta violentia in injuriam beatæ Virginis specialiter redun-
dare noscatur, ut offensa quæ eidem in hac parte irrogatur in cœlis, circa ymaginem ipsius
repræsentetur in terris, vos universas ymagines beatæ Virginis in ecclesiis vestrorum de-
canatuum collocatas singulas juxta aliquod altare in navi ecclesiæ constitutum, non ad
terram nudam, sed super cathedram aliquam, sedem aut sellam, aut si forte ecclesia in K

[1] *Hoc statutum integrum habetur apud Guill. Bessin*, Concil. Rotom. prov. II, 50. *Voces quæ cod. Rotom. absunt uncis inclusimus.*

[2] *Cod. Rot.* commune.

[3] *Voces* de iis *a G. Bessin omissæ.*

[4] *Voces* in ultima voluntate *in Guillelmi Bessin editione desiderantur.*

[5] *Bessin* M.CC.XXXI.

[6] *Labb. et Acher.* et comperto quod. *Codd.* 5530 *et* 5659 et competit; eo quod.

[7] *Vox* concilii *in cod.* 5659 *omissa.*

[8] *Labb.* Leciam de Vonsemoncel. *Acher.* Bonsemoncel. *Cod.* 5530 Lenam. *Cod. Rot.* Beuzemouchel. *Cod.* 5659 Aeliciam de Beusemoncel.

[9] *Male Labb. et Acher.* Castro Auvri *et* Castro Auni. *Ambo hunc locum ei qui sequitur posthabuerunt.*

[10] Superius *abest cod. Rot.*

[11] *Acher. male* propter quas.

[12] *Sequentes Mauricii litteras, quas jam vulgaverunt Lucas d'Achery (Spicil. in fol.* III, 614), *Franciscus Pommeraye (Rotom. ecclesiæ concilia,* 218) *et Guillelmus Bessin (Concilia Rotom. prov.* II, 50), *hoc loco, ad fidem exemplaris coætanei, in codice latino* 13091, *fol.* 37, *inserti, repræsentandas duximus.*

A navi altare non habuerit, in aliquo loco competenti ipsius navis per earumdem ecclesiarum
presbyteros faciatis infra instans festum N[1]. collocari; easdem etiam ymagines spinis imme-
diate circumdari, et aliquibus repagulis aut obstaculis, ne ab aliquo contingi aut sordidari
contingat, easdem circumvallari cum debita diligentia faciatis. Hæc autem tam in regula-
ribus quam sæcularibus ecclesiis præcipiatis inviolabiliter observari. Hoc idem etiam de
B ymaginibus Salvatoris a quindena ejusdem N. dominicæ faciatis, nisi infra eamdem quin-
denam a nobis aliud receperitis in mandatis. Datum, etc.

II.

Archiepiscopus Rothomagensis, dilectis in Christo universis decanis. Cum dominus rex
monitus fuerit competenter ut res nostras nobis restitueret, quas pro voluntate sua detinet
C occupatas, et[2] abbatem Sancti Wandregisilii et quosdam monachos ejusdem ecclesiæ,
excommunicatos a nobis diu est pro manifesta offensa, secundum consuetudinem Nor-
manniæ coram nobis compelleret[3] stare juri, nec adhuc placuerit regiæ majestati preces
nostras aut monitiones in aliquo exaudire, ne per longam dissimulationem negligere vi-
deamur ecclesiasticam libertatem, cum a die translationis sancti Benedicti[a] rebus nostris [a] 11 Jul.
D per dominum regem fuerimus spoliati, et quidam de dictis monachis a principio Qua-
dragesimæ[b] excommunicationis vinculo innodati, de bonorum consilio, interdicimus omnes [b] 16 Febr.
capellas domini regis in diœcesi Rothomagensi, nisi quando forte dominum regem vel
reginam adesse contigerit, in quo casu, quamdiu præsentes erunt, capellarum illarum sus-
pendimus interdictum. Interdicimus etiam omnes ballivos et subballivos domini regis, qui
E in diœcesi Rothomagensi tenent ballivas vel subballivas, et eorum clericos et uxores to-
tamque eorum familiam. Interdicimusque omnia cimiteria in toto dominico domini regis
in diœcesi prænotata, inhibentes sub pœna excommunicationis ne aliquis præsumat in eis
corpora sepelire vel in terra vel super terram, in plastro vel in trunco vel lapide vel ali-
quocunque modo, aut etiam ponere super arbores cimiterii, nisi fuerint corpora reli-
F giosorum vel clericorum qui sunt beneficiati vel in sacris ordinibus constituti, quos in suis
cimiteriis ad præsens permittimus sepeliri. Inhibemus etiam sub pœna excommunicationis
ne[4] corpora illorum qui manent in dominico domini regis in nostra diœcesi ad sepulturam
in aliis cimiteriis admittantur, sicut nec in cimiteriis interdictis. Interdicimus etiam omnes
ecclesias et monasteria, nostræ jurisdictioni subjecta, in diœcesi prænotata et dicto domi-
G nico, a pulsatione campanarum et divinorum celebratione cum nota, ne forte si aliquæ
ecclesiæ clauderentur et a divinis cessaretur omnino, contingeret hæreses pullulare et
ad ea quæ Dei sunt populum indurari; quare præcipimus admitti in ecclesiis illos qui
non sunt interdicti aut excommunicati, et etiam corpora defunctorum, ut celebretur pro
ipsis submissa voce et sine nota officium consuetum. Concedimus etiam benedictiones nup-
H tiales fieri[5] et mulieres ad purificationem admitti. Præcipimus etiam per totam diœcesim,
quando celebrabitur missa, in singulis ecclesiis, post orationem dominicam, antequam
incipiatur *Libera nos, etc.*, quod sacerdos flectat genua coram altari, et doceat clericos et
populum similiter genua flectere et orare pro libertate ecclesiæ Rothomagensis; et sacer-
dos et clerici dicant hunc psalmum : *Ad te levavi, Gloria Patri, etc., Kyrie eleyson, Kyrie*
J *Christe eleyson, Kyrie eleyson, Pater noster, Et ne nos, etc., Mitte nobis Domine etc., Et de*
Syon, etc. Dominus vobiscum. Or. Ecclesiæ tuæ, Domine, quæsumus, preces placatus admitte,
etc. Et tunc, dicto psalmo, pulsitentur campanæ, ut populi qui erit extra ecclesiam excitetur
devotio similiter ad orandum; nec aliquo modo vel aliquo casu liceat alicui pulsare in do-
minico regis vel etiam pulsitare campanas. Quare vobis mandamus in virtute obedientiæ
K firmiter injungentes quatinus unusquisque vestrum omnes priores et presbiteros sui de-
canatus convocare festinet, ita quod hac die Martis in vigilia sancti M[6]. in loco competenti
compareant coram ipso, et formam mandati nostri eis exponat, in gallico diligenter eam
bis vel ter repetendo, injungens eis sub pœna suspensionis et amissionis beneficiorum ut
quod præcipimus diligenter observent et faciant a suis subditis observari, scituri quod si
L invenerimus eos transgressores vel transgressiones aliorum sub dissimulatione transire, eos
animadversione debita puniemus, et quilibet[7] vestrum abbatibus sui decanatus in dominico
domini regis manentibus auctoritate nostra præcipiat ab ipsis et suis subditis in eodem do-
minico manentibus interdictum hujus modi observari. Si vero infra diem Mercurii proximam

[1] *Fort. intellig.* Nativitatis.
[2] *Hinc vocem* restitueret, *ut abundantem, expungimus.*
[3] *Cod.* compellerent.
[4] *Ed.* ne aliquis præsumat.... admittere.
[5] *Vox* fieri *deest in ed.*
[6] *Conjicimus legendum* Matthæi, *non autem* Michaelis *ut apud Guillelmum Bessin. Anno enim* 1233, *vigilia sancti Matthæi* (20 *sept.*) *in diem Martis incidit, vigilia vero sancti Michaelis* (28 *sept.*) *in diem Mercurii.*
[7] *Cod.* quislibet, *hic et infra.*

post instans festum N[1]. non receperitis a nobis super hoc aliud in mandatis, districtione A
præmissa vobis injungimus quatinus quilibet vestrum ex tunc per totum decanatum suum
interdictum hujus modi faciat observari, et hoc hac die Martis presbiteris injungatis, ita
quod nec nos nec vos pro iteratione mandati oporteat amplius laborare. Valete. Datum, etc.

III.

Mauricius, universis decanis. Cum pluries dominum regem moneri fecerimus ut restitueret B
nobis res nostras, quas pro suæ voluntatis arbitrio detinet occupatas, nec ipse nos exaudierit
in hac parte, et propter hoc et alias non modicas injurias, quas nobis et ecclesiæ Dei infert in
nostra diœcesi, primo dominicum domini regis et postea totam diœcesim tali quali suppo-
su[er]imus interdicto, nec ob hoc idem rex ab hujusmodi[2] injuriis cessare curav[er]it, sed in-
jurias injuriis cumulans, in suo adhuc proposito perseveret, libertati Rothomagensis ecclesiæ C
condolentes, cum cordis amaritudine et anxietate manum compe[l]limur aggravare. Quocirca
vobis præcipientes mandamus quatinus, visis litteris, universas ecclesias in vestris deca-
natibus constitutas[3], tam in feodis nostris quam in aliis, a divinis officiis cessare penitus
faciatis, ita quod[4] nullum ibi divinum officium celebretur, nullum ibi ministretur eccle-
siasticum[5] sacramentum, præter baptisma parvulorum et pœnitentias morientium. In qua- D
libet tamen parrochiali ecclesia permittimus ut sacerdotes[6] semel in hebdomada[7], januis
clausis, exclusis interdictis, diebus non festis et voce submissa legant populo introitum,
epistolam, ewangelium, et dent populo panem benedictum, et eis mandata ecclesiastica
exponant, et excusent nos erga populum quod cum anxietate et dolore cordis istud ponimus
interdictum, non ut injuriemur domino regi, sed ut libertatem Rothomagensis ecclesiæ E
defendamus. Datum, etc.

a 13 Jan. 1235 (N. S.). Anno Domini M.CC.XXX.IIII. In octavis[a] Epiphaniæ Domini obiit Mauricius, Ro-
thomagensis archiepiscopus, apud Salicosam[8] et delatum fuit corpus ejus, et sepul-
tum in ecclesia Rothomagensi[9]. Item eodem anno[10], celebrata electione in die
b 30 Mart. 1235. Veneris[b] ante Ramos Palmarum, quia nihil actum fuit, alia die ad hoc assignata, F
electus fuit magister W. de Dunelmo a majore parte capituli, et quosdam habuit
contradictores[11]; et quia noluit consentire ad plenum[12] electioni de se factæ, sed
consensum suum posuit in voluntate domini papæ, delata est causa ad curiam
Romanam, et scripsit dominus papa judicibus ad hoc electis a partibus, ut requi-
rerent utrum vellet consentire, vel non: et quia non consensit requisitus, reddita G
fuit electio capitulo Rothomagensi, et duravit ista contentio fere per annum[13].

Eodem anno[14], post decessum Ricardi, episcopi Ebroicensis, quondam abbatis
Beccensis, electus fuit Radulfus de Chierres, archidiaconus Ebroicensis, in epi-
scopum Ebroicensem, qui præsentatus fuit capitulo Rothomagensi, vacante sede,
et examinatis tam electione quam electi persona[15] a capitulo prout conveniebat, H
ab eodem capitulo confirmatus, in ecclesia[16] Rothomagensi de mandato capituli a
c 21 Sept. 1236. Thoma, episcopo Baiocensi, fuit ordinatus in ordinibus Septembris, et in crastino[c]
consecratus ab eodem.

M.CC.XXXV. Hoc anno, Willelmo de Fontibus, abbate Sancti Wandregisili, recepto
in monachum Cisterciensem apud Brolium, electus fuit W. in abbatem[17], et capi- J

[1] *Supple* Matthæi, *et intellige diem Septembris* 28, *qua die interdictum incepisse narrat Rotomagensis chronici auctor.*

[2] *Ed.* ab his.

[3] *Ed.* constructas.

[4] *Ed.* itaque.

[5] *Ed.* eucharisticum.

[6] *Cod.* sacerdos.

[7] *Cod.* edobmada.

[8] *Id est, nisi fallimur,* Sausseuse *prope* Tilly (Eure): *male autem cod. 5530* Salisam.

[9] *Hic desinit fragmentum in Spicilegio editum.*

[10] *Labb.* hoc anno.

[11] *Cod. Rot.* quasdam contradictiones.

[12] *Voces* ad plenum *apud Labb. desiderantur.*

[13] *Hic locus paulo inferius in utroque codice occurrit, post ea scilicet quæ ad abbates S. Wandregisili pertinent: nos eum ordinem secuti sumus quem Labbei lectio suppeditat.*

[14] *Cod. 5530 et 5659* anno Domini M.CC.XXXIIII; *legendum autem* anno 1236, *quo Ricardum episcopum obiisse memorat Sancti Taurini Ebroicensis chronicon. Ex instramento quod a Francisco Pommeraye* (Rotomagensis ecclesiæ concilia, p. 222) *editum est, constat Radalphum de Cirreyo electum fuisse episcopum Ebroicensem* die lunæ post dominicam sanctæ Trinitatis (*id est* die 26 Maii) anno M CC XXXVI.

[15] *Cod. Rot.* et exam. testibus tam in electione quam in persona electi.

[16] *Labb.* a capit. confirm. prout conveniebat, in ecclesia, *etc.*

[17] *Ambo codices hunc abbatem electum fuisse memorant, non anno 1235, ut apud Labbeum legitur, sed eodem anno quo Ricardus episcopus obiit, quod quidem anno 1234 accidisse uterque codex perperam notavit (ibi enim annum 1236 legendum monuimus). Neatri vero lectioni consentit* Gallia Christiana, *ubi Guillelmus* de Beio *seu* de Braho (*non* de Fontibus) *anno 1235 post mensem Septembrem*

A tulo Rothomagensi, vacante sede, præsentatus, et examinatis electione et persona
electi, per ipsum capitulum obtinuit benedictionem die Dominica ante Magda-
lenam [1].

Anno Domini M.CC.XXXV [2]. Mortuo W. episcopo Abrincensi, electus fuit W. de
Sanctæ Mariæ Ecclesia, decanus Abrincensis, in episcopum Abrincensem, quo
B præsentato venerabili patri Petro, Rothomagensi electo, et examinatis tam electione
quam persona electi, prout debuit, et ab eodem Petro electo confirmato, præsente
ipso Petro, in ecclesia Rothomagensi, de mandato ipsius ordinatus fuit in ordini-
bus Adventus Domini, et in crastino [a] consecratus ab episcopo Silvanectensi. [a] 21 Dec. 1236.

Eodem die et eodem anno quo consecratio facta fuit [3], absolutis monialibus de
C Monasterio Villari [4] in forma ecclesiæ a Petro Rothomagensi electo, quæ fuerant
excommunicatæ a Mauricio archiepiscopo [5], de consensu partium litigantium data
fuit Margarita monialis de Guerres, in Bria [6], in abbatissam Monasterii Villaris a
prædicto Petro electo, et benedicta prædicta die in capella ejusdem electi.

Anno Domini M.CC.XXXVI [7]. Die Veneris [b] infra octavas Paschæ celebrata fuit [b] 4 April. 1236.
D electio in ecclesia Rothomagensi, et fuit electus concorditer vir venerabilis magister
Petrus de Collemedio [8], præpositus ecclesiæ Beati Audomari in Flandria, et quia
non consensit requisitus, missum [9] fuit ad curiam ad ipsum postulandum, et
injunxit ei dominus papa mandando [10] per litteras quod reciperet in virtute obe-
dientiæ archiepiscopatum [11], et sic ad ultimum consensit infra octavas beati Dionysii [c] [c] 16 oct. 1236.
E apud Parisius in domo Templariorum : et sic permansit electus habens omnem
administrationem bonorum archiepiscopatus, tam spiritualium quam temporalium,
usque ad vigiliam [d] beati Laurentii martyris. [d] 9 Aug. 1237.

Anno Domini M.CC.XXXVII [12]. In vigilia beati Laurentii martyris, magister Petrus de
Collemedio, obtenta de domino papa licentia quod non [13] iret ad curiam conse-
F crandus, prout ei prius [14] mandatum fuerat, et etiam pallio allato per nuncios suos
ad hoc destinatos, consecratus fuit solemniter in ecclesia Rothomagensi, prout
decuit; prædictus vir venerabilis Petrus electus a venerabili viro magistro [15]
W. episcopo Abrincensi, excusatis Baiocensi per infirmitatem [16] et Constantiensi,
aliis præsentibus episcopis Normanniæ; præsentibus etiam archiepiscopis Re-
G mensi, Senonensi, et episcopis Franciæ Parisiensi, Silvanectensi, Carnotensi, Ambia-
nensi [17], Suessionensi, Noviomensi, Meldensi, Cameracensi, cum multis aliis cleri-
cis, præsente etiam comite Montis Fortis, et multis aliis baronibus et militibus
Franciæ et Normanniæ et Flandriæ. Et eodem die, post consecrationem, recepto
pallio apud Sanctum Audoenum, rediit ad ecclesiam Beatæ Mariæ, et ibi solemniter
H receptus fuit cum pallio, prout decuit et debuit.

Anno Domini M.CC.XXXVIII. Combustio Rothomagi a vico Judæorum usque
ad fontem Gaalour [18] in crastino [e] sanctorum Gervasii et Prothasii. Hoc anno, Richar- [e] 20 Jun.
dus de Montibus, de parrochia de Hosseia [19], captus et detentus pro homicidiis et
furtis, et judicatus et traditus [20] servientibus ad suspendendum die Martis [f] in Ro- [f] 11 Maii.
I gationibus; per contradictionem capituli remansit servatus usque in diem Ascen-
sionis [g], et tunc redditus fuit sancto Romano. [g] 13 Maii.

Anno Domini M.CC.XXXIX. Die Martis [h] post Pascha, archiepiscopus Petrus [21] arri- [h] 29 Martii. 1239.

abdicavisse et a Roberto IV exceptus fuisse eodem anno exeunte memoratur, omisso abbate W. (*altero forsan* Willelmo), *qui in chronico nostro die Dominica ante Magdalenam* (anno 1235 aut 1236) *benedictionem obtinuisse dicitur.*

[1] *Labb.* ante festum Mariæ Magdalenæ.

[2] *Labb.* eodem anno; *rectius autem hunc episcopum anno 1236 obiisse memorat* Gallia Christiana.

[3] *Labb.* quo consecratus fuit episcopus, *id est* die 21 Decembris 1236. *Ibi quoque ordinem a Labbeo institutum retinemus, nam in utroque codice idem locus paulo inferius occurrit, iis scilicet posthabitis quæ de electione Petri Rotomagensis archiepiscopi memorantur.*

[4] *Cod. Rot. et cod. 5659* Villarum

[5] *Lab.* Rothom. archiep.

[6] *Voces* in Bria *cod. 5530 non exhibet. Cod. 5659* Marguareta d'Aguerres in Bria, monialis.

[7] *Sic tres codices. Labb.* Eodem anno.

[8] *Male codd. 5530 et 5659* Collo Medio.

[9] *Male cod. 5530* missus

[10] *Labb.* mandato.

[11] *Labb. vocem* archiepiscopatum *omisit.*

[12] *Sic tres codd.; male autem Labb.* 1236 aut 1237; *præferendus enim annus 1237.*

[13] *Male cod. 5530* nisi.

[14] *Vocem* prius *Labb. suppeditat.*

[15] *Vocem* magistro *nobis suppeditavit cod. 5659.*

[16] *Labb.* præ infirmitate.

[17] *Voces* præsentibus etiam *etc. usque* Ambianensi *omisit Labbeus*

[18] *Labb.* Gualor. *Cod Rot. et cod. 5659* Gaalor.

[19] *Labb.* de parr. Hossiæ. *Cod. Rot.* Hosseye. *Cod. 5659* Housseie. *Cod 5530* de Hosseio. *Paulo superius* ecclesia Sancti Petri de Hosseia (p. 255 k).

[20] *Voces* et traditus *in cod. 5530 desiderantur.*

[21] *Abest cod. 5530 vox* Petrus

puit iter versus curiam Romanam, sed impeditus[1] guerra imperatoris ultra Lugdunum non processit. A

[a] 24 Jun. Eodem anno, in festo sancti Johannis Baptistæ[a], arripuerunt[2] iter Hierosolymitanum rex Navarræ, comes Montis Fortis, comes Barri, Robertus de Courtenay, et multi alii barones et milites regni Franciæ.

[b] 24 Jul. Hoc anno, in vigilia[b] beati Jacobi apostoli, post completorium visum est signum B admirabile multis in cœlo, videlicet quasi limes[3] igneus, incipiens a meridie et attingens usque ad aquilonem; et duravit quasi per spacium dimidiæ horæ.

[c] 11 Aug. Eodem anno[4] translata fuit corona Salvatoris a civitate Constantinopolitana et recepta in crastino[c] sancti Laurentii martyris a rege Ludovico juniore cum magna reverentia. C

[d] 12 Nov. In crastino[d] sancti Martini biemalis capti sunt in bello a Saracenis comes Montis Fortis et multi alii barones regni Franciæ; comes Barri interfectus, et cum eo plures alii[5].

Anno Domini M.CC.XL. Profecti sunt Hierosolymam comes Ricardus, frater Henrici regis Angliæ, et plures alii comites, barones, cum magna multitudine militum D et aliorum de regno Angliæ.

[e] 2 Febr. 1242. Hoc anno, in mense Octobris, citatus fuit dominus Petrus, Rothomagensis archiepiscopus, et multi alii prælati de regno Franciæ ad concilium generale celebrandum in curia Romana; qui arripuerunt iter ad Purificationem beatæ Mariæ proxime sequentem[e]. E

Anno Domini M.CC.XLI. Cum prædicti prælati de regno Franciæ et Angliæ elegissent ire navigio Romam ad mandatum domini papæ, occurrit eis filius imperatoris cum Pisanis et multitudine armatorum, et eosdem cepit, et captos[6] duxit ad imperium patris sui, qui eos incarceravit et diu detinuit incarceratos.

Hoc anno[7] fuit maxima siccitas, per quam deperiit magna pars segetum et F multa inconvenientia exinde provenerunt[8], tam in animalibus quam in pecudibus et multis aliis rebus.

Hoc anno obiit Gregorius papa nonus, et vacavit sedes per decem septimanas post obitum ejus. Postea creatus fuit alius, qui dictus fuit Cœlestinus, qui solum vixit per XVII dies, nec unquam usus est bulla[9], cui successit[10] Innocentius papa G quartus.

Anno Domini M.CC.XLV. Celebravit Innocentius papa quartus Lugduni concilium universale circa nativitatem beati Johannis Baptistæ[11], et in illo concilio fuit depositus Federicus quondam imperator.

[f] 14 Maii 1245. Hoc anno[12], Dominica qua cantatur *Cantate*[f], receptus fuit in archiepiscopum H Rothomagensem dominus Odo, quondam abbas Sancti Dionisii[13].

[g] 5 Maii. Anno Domini M.CC.XLVII. Obiit Odo, Rothomagensis archiepiscopus, tertio nonas[14] Maii[g], et vacavit sedes fere per annum.

[h] 19 April. Anno Domini M.CC.XLVIII. Die Paschæ[h] receptus fuit Odo dictus Rigault[15] archiepiscopus Rothomagensis solemniter in ecclesia Rothomagensi primo[16]. J

Hoc anno cœpit ignis juxta portam Belvacensem, qui combussit ecclesias[17] Sancti Laurentii et Sancti Gildardi, et totam abbatiam Sancti Audoeni, circa festum sancti Laurentii[18].

[1] *Labb.* et præpeditus.
[2] *Labb.* arripuit.
[3] *Pro* videlicet quasi limes, *cod Rot.* videlicet comes. *Labb.* quasi lunæ.
[4] *Male anno 1238 hanc sanctæ coronæ translationem factam fuisse memorant tres codices, ubi cætera quæ ad annum 1239 pertinent alio ac apud Labbeum ordine disposita occurrunt.*
[5] *Codd. 5530 et 5659 abest hic locus, quem e chronico S.-Catharinæ excerptum notat codex Rotomagensis.*
[6] *Labb.* armata . . . . . raptos.
[7] *Hic locus apud Labbeum ante prælatorum captivitatem notatus est.*
[8] *Labb.* venerunt.
[9] *Cod. 5530* visa est bulla.
[10] *Labb.* succedit.
[11] *Vocem* Baptistæ *omisit Labb.*
[12] *Idem omisit voces* Hoc anno.
[13] *De Odone, abbate Sancti Dionysii, Rotomagensi ecclesiæ præfecto, vide Innocentii IV litteras, datas* Lugduni, 3 kal. Aprilis, pontificatus anno 2 (30 mart. 1245), *quas typis mandavit Franciscus Pommeraye* (Rotom. ecclesiæ concilia, p. 250).
[14] *Labb.* in kalendis.
[15] *Male Labb.* Odo Pigaut.
[16] *Vox* primo *in cod. Rot. in cod. 5659 et apud Labb. desideratur.*
[17] *Pro* ecclesias, *cod. 5659* eciam parrochiam.
[18] *Voces* circa fest. S. Laur. *in tribus codd. desiderantur*

A Hoc anno profectus est rex Franciæ Ludovicus circa Pentecostem Iherosolimam, et plures alii comites et barones, cum magna multitudine militum et aliorum de regno Franciæ.

Anno Domini M.CC.XLIX. In vigilia Trinitatis[a] capta est Damieta a Ludovico rege Francorum et exercitu christianorum[1]. [a] 29 Maii 1249.

B Hoc anno interfectus est nobilis comes Attrabatensis Robertus, frater Ludovici regis Franciæ, die Martis in carnicapio, a Sarracenis ante la Massole[2], et cum eo multitudo magna christianorum; et in Pascha sequenti fuit Ludovicus rex Francorum, frater comitis, captus, et omnes fratres ejus et tota christianitas.

Anno Domini M.CC.LI. Die Paschæ[b], in sero, quasi in media nocte, cœpit ignis [b] 16 Apr. 1251.
C in vico Sacerdotissarum[3], qui totum vicum[4] combussit.

Hoc anno surrexerunt quidam ribaldi qui faciebant se pastores, odientes Deum et sanctam ecclesiam, simulantes proficisci post regem ad terram Iherosolimitanam.

Anno Domini M.CC.LII. Obiit Blanca regina, mater regis Ludovici.

D Anno Domini M.CC.LV[c]. Rediit rex Ludovicus de partibus Iherosolimitanis, circa Nativitatem beatæ Mariæ virginis. [c] Corr. 1254.

Anno[5] Domini M.CC.LVIII. Die Lunæ[d] post festum sancti Bartholomæi apostoli [d] 26 Aug. 1258.
restituta fuit elemosyna Rothomagensis de quodam latrone qui captus fuerat in elemosyna magistri Johannis de Flenvilla[6], videlicet in domo Rogeri l'Enmancheeur[7],
E quem detinebat baillivus Rothomagensis, et jam judicatus erat ad suspendendum. Et adduxit eum Guiardus Sorel in eodem loco in quo captus fuerat, cum omnibus rebus suis, videntibus multis qui præsentes aderant, magistro Willelmo de Saana thesaurario Rothomagensi, domino Ricardo presbytero Sancti Martini super Renellam, Nicolao le Franchoys[8], Roberto[9] de la Londe, Martino de Hantonne, Johanne
F Panche[10] de Chievre, Ricardo de Sancto Laudo et multis aliis, ad honorem Dei et ecclesiæ Rothomagensis et prædicti magistri de Flenvilla.

Hoc anno fuerunt vina pessima per totum orbem, maxime in regno Franciæ.

Anno Domini M.CC.LXI. Obiit Alexander papa quartus; cui successit[11] Urbanus papa quartus; et fuit creatus[12] circa Decollationem sancti Johannis Baptistæ[e]. [e] 29 Aug. 1261.

G Hoc anno[13], mense Octobris, homo quidam qui propter homicidium captus et tractus fuit prope Magdalenam in unam de cophis magistri Stephani Senonensis, archidiaconi in Vulcassino[14] Franciæ tunc temporis, et ab illa copha captus et tractus a servientibus majoris, tandem ductus ad castrum et ibi judicatus in assisia ad mortem, cum deberet trahi ad patibulum, Symon de Albania, procurator capituli,
H ex parte dicti archidiaconi et capituli requisivit baillivum vel vicecomitem ut dictum hominem ei redderet et in domum dictorum capituli et archidiaconi restitueret. Tandem, post multa consilia, vicecomes dictum hominem jam judicatum remisit ad majorem, et major remisit eum ad locum in quo captus fuerat, et domum dicti archidiaconi revestivit. Dictus autem archidiaconus eum quamdiu voluit tenuit
J in carcere; et tandem dictus archidiaconus, de consilio bonorum, misit eum ultra mare, et bona ipsius hominis quæ cum eodem homine ei fuerant restituta retinuit. Erat enim ille homo ensium reparator : unde remansit ei[15] archa plena gladiis et ensibus.

Anno Domini M.CC.LXIII. In octavis beatæ Mariæ Magdalenæ[f], consecrati sunt in [f] 29 Jul. 1263

[1] *In cod. 5659 desiderantur voces* et exercitu christianorum.

[2] *Labb.* in la Massole; *cod. 5530* ante Lamassel; *cod 5659* Lamassol.

[3] *Cod. Rot.* Presbyterarum.

[4] *Vocem* vicum *omisit Labb.*

[5] *Hic locus apud Labb. desideratur.*

[6] *Cod. 5659* Fleuvilla.

Cod. Rot. l'Amancheur. *Cod. 5530* l'Emmancheur.

[8] *Cod. 5659* le Françoys.

[9] *Voces* Roberto *usque ad* Chievre *omissæ sunt in cod 5659.*

[10] *Cod. Rot.* Paache, *pro quo legendum esse* Pigache *A. Cheruel minus recte conjecit.*

[11] *Labb.* succedit.

[12] *Labb. male* consecratus.

[13] *Hic locus apud Labb. desideratur.*

[14] *Cod. Rot.* Vulcassini. *Cod. 5659* Wulcassini in Francia.

Hujus Stephani tumulus exstat in ecclesia Rotomagensi, cum hoc epitaphio.

De Senonis natus Stephanus jacet hic tumulatus;
Qui ruit ut cogites et agas quod tartara vites.
Judicii memorare tui; nam qualibet hora
Mors venit absque mora. Peccans, tibi retrahe lora;
Præteritam plora; Christo servire labora,
Et vivens ora quasi semper mortis in hora. Amen.

Vid. Deville, Tombeaux de la cathédr. de Rouen p. 188 et s.

[15] *Cod. Rot* ei archidiacono.

ecclesia Rothomagensi a domino Odone, archiepiscopo Rothomagensi, magister A
Odo de Lorrez[1] in episcopum Baiocensem[2], et dominus Radulphus de Chevry[3] in episcopum Ebroicensem.

> M. semel, et C. bis LX tria, sicque videbis.
> Quando decessit, Urbani festa dies sit[4].

Anno Domini M.CC.LXIIII. Fuit bellum apud Leaux[5] inter Henricum regem Angliæ B
et barones regni ejus, in quo videlicet bello multi interfecti sunt; et capti fuerunt in eodem bello Ricardus, rex Alamanniæ, frater dicti regis, et Edwardus, filius ejusdem[6] regis, et plures alii a domino Simone Montis Fortis, comite de Liecestria; et dictum bellum fuit III[7] idus Maii.

Hoc anno celebratum est Parisius generale concilium a domino Simone, tituli C
Sanctæ Cæciliæ cardinali presbytero, apostolicæ sedis legato, in crastino sancti
[a] 25 Aug. 1264. Bartholomæi apostoli[a].

[b] 2 Oct. 1264. Hoc anno obiit Urbanus papa quartus in crastino Sancti Remigii[b], et vacavit
[c] 5 Febr. 1265. sedes usque ad festum sanctæ Agathæ[c], et tunc fuit creatus in papam episcopus
Sabinensis, qui vocatus fuit Clemens papa quartus. D

Anno Domini M.CC.LXV. Secundo nonas Augusti, bellum commissum est in Anglia juxta Evesem[8], in diœcesi Wigorniensi[9], inter dominum Edwardum, primogenitum Henrici regis Angliæ et barones sibi adhærentes, ex una parte, et Symonem de Monte Forti, comitem Lecestriæ, ex altera, in quo ipse comes miserabiliter interfectus fuit, et frustatim[10] comminutus. Corruit autem in ipso bello filius suus E
primogenitus Henricus, nepos regis, de quo dolendum est, et plures alii in ipso bello interfecti fuerunt et multi capti.

Hoc anno arripuit iter versus Romam, mense Maio, dominus Karolus, comes Andegaviæ, frater Ludovici regis Francorum, ad liberandum regna Siciliæ et Apuliæ de manu Menfredi spurii[11] filii Frederici quondam imperatoris, qui ea occupaverat F
violenter post mortem patris sui. Hoc anno[12], elevatus est in regem Siciliæ Karolus, frater regis Franciæ et comes Andegaviæ; et eodem anno, quarto kalendas Martii, commissum est bellum inter prædictum Karolum in Apulia et Menfredum, qui occupaverat regnum Siciliæ et Apuliæ. In quo bello[13] devictus est Menfredus et interfectus, et multi proceres Apuliæ capti sunt. G

Anno[14] Domini M.CC.LXVI. Circa festum omnium sanctorum captum est castrum quod vocatur Saphet a soldano Babyloniæ, et fuit ibi magnus conflictus, in quo interfecti sunt circiter sex millia[15] christianorum.

Hoc anno, pestis animalium, quæ duravit per duos annos in regno[16] Franciæ.

Eodem anno, apud Parisius parlamentum, cui interfuerunt omnes[17] milites regni H
[d] 24 Mart. 1267. Franciæ; et fuit celebratum die Jovis ante *Lætare Jerusalem*[d]; in quo parlamento cruce signatus est dominus Ludovicus rex Franciæ, et filius ejus primogenitus, et multi alii.

Anno Domini M.CC.LXVII. XII kalendas Septembris consecratus est venerabilis vir magister Guido de Merula, quondam cantor Rothomagensis, in ecclesia Rothoma- J
gensi, a reverendo patre Odone, Dei gratia Rothomagensi archiepiscopo, præsentibus episcopis provinciæ, in episcopum Lexoviensem[18].

Hoc anno concessit Clemens papa quartus decimam omnium proventuum ec-

[1] *Labb.* Lorrex. *Apud Gall. Christ.* Lory. *De hujus Odonis electione vid Urbani IV litteras, 9 maii 1263 datas, editasque in* Cartul. normand, p. 145, n. 689.

[2] *Labb.* episcopus Bajocensis.

[3] *Cod. 5530* Chevre. *Cod. 5659* Chevri.

[4] *Difficile est intelligere quo pertineat hoc distichon, quod una Labbei lectio suppeditat; nemo enim qui die 25 Maii obierit hic memoratus est. Apud Labbeum subsequitur mentio concilii Parisiensis; deinde memoratur mors Urbani papæ, denique certamen prope* Lewes: *nos ordinem in codicibus servatum retinuimus.*

[5] *Labb.* Leans, *nunc* Lewes.

[6] *Cod. 5659* ipsius.

[7] *Cod. 5659 male* in idus.

[8] *Codd. male* Evesdin; *nunc* Evesham.

[9] *Voces* in diœc. Wig. *in cod. 5659 omissæ.*

[10] *Cod. 5659* frustratim.

[11] Spurii *abest apud Labb*

[12] *Voces* Hoc anno elevatus est *usque* Andegaviæ *in cod. Rot. necnon apud Labb. desiderantur.*

[13] *Ibid. desiderantur voces* et Menfredum *usque* bello.

[14] *Hic locus apud Labbeum paulo inferius occurrit, iis scilicet posthabitus quæ de parlamento Parisius celebrato memorantur.*

[15] *Labb.* mille et sexcenti.

[16] *Cod. 5659 et Labb.* per regnum.

[17] *Labb.* Ad parlamentum apud Par. convocati sunt omnes, *etc.*

[18] *Voces* in episc. Lexov. *apud Labb. desiderantur. Ibi quoque prius memoratur decima a Clemente IV concessa.*

A clesiasticorum regni Franciæ usque ad triennium domino Ludovico regi Franciæ,
ad deferendum in terram [1] Hierosolymitanam.

Anno Domini M.CC.LXVIII. Obiit Clemens papa quartus, et vacavit sedes per tres
annos et quatuor menses.

Anno Domini M.CC.LXIX. Circa *Lætare Jerusalem* [a] arripuit iter Ludovicus rex Fran- [a] 23 Mart. 1270.
B ciæ [2], cum tribus filiis suis, et infinita multitudine militum versus terram Hieroso-
lymitanam, sed mutato consilio applicuerunt versus terram Tunetorum [3].

Anno Domini M.CC.LXX. Obiit Ludovicus rex circa festum sancti Bartholomæi
in castris ante Carthaginem in regno Tunetorum; cui successit Philippus filius [4].

Anno Domini M.CC.LXXI. Viterbii interfectus est in quadam ecclesia civitatis
C Henricus de Alemannia a Simone Montis Fortis et Guidone, fratre ejus.

Hoc anno Odo Rigaut, archiepiscopus Rothomagensis, rediens de partibus
Apuliæ et Siciliæ, receptus est solemniter in ecclesia Rothomagensi in festo [b] sanctæ [b] 31 Maii 1271.
Trinitatis [5].

Anno Domini M.CC.LXXII. Obiit Henricus, rex Angliæ; cui successit Edwardus,
D filius ejus. Hoc anno electus est in papam quidam archidiaconus Leodiensis [6], qui
vocabatur Theobaldus [7] et morabatur tunc temporis in partibus Hierosolymitanis,
et vocatus est Gregorius decimus.

Anno Domini M.CC.LXXIIII. Concilium Lugdunense a domino Gregorio papa cele-
bratum kalendis Maii, in quo concilio concessit dominus papa decimam omnium
E proventuum ecclesiasticorum usque ad sex annos, ad prosequendum negotium
crucis in terram Hierosolymitanam.

Anno Domini M.CC.LXXV. Obiit Odo [8] dictus Rigault, archiepiscopus Rothoma-
gensis, die sanctorum Processi et Martiniani [c], et vacavit sedes per tres annos, duo- [c] 2 Jul.
bus mensibus minus. Eodem anno, electus est in archiepiscopum Rothomagensem
F magister Wilelmus de Saana [9], thesaurarius Rothomagensis, concorditer in crastino [d] [d] 9 Sept.
Nativitatis beatæ Mariæ. Sed quia inventum fuit quod detinebat thesaurariam et
antea plures dignitates alias detinuerat sine dispensatione, consuluit ei dominus
papa ut cederet electioni de se factæ; et dominus papa remisit electionem capitulo
Rothomagensi [10]. Qui assignantes diem Lunæ [e] ante *Lætare Jerusalem* ad eligendum, [e] 21 Martii
G fuit electus in archiepiscopum magister Willelmus de Flavacuria fere a duabus 1278 (N. S.).
partibus capituli.

Obiit [11] Gregorius X circa octavas Epiphaniæ Domini [f]; cui successit Innocentius V. [f] 10 Jan. 1276.

Anno Domini M.CC.LXXVI. Concilium Bituricense idibus Septembris celebratum
a domino Simone, apostolicæ sedis legato.

H Hoc anno obiit [g] Innocentius papa V circa festum beati Johannis Baptistæ; [g] 22 Junii.
cui successit [h] Adrianus papa, qui solum vixit per tres septimanas. Postea creatus [h] 11 Julii.
est [i] alius qui vocatus est Johannes papa XXI, qui non vixit [12] per annum. [i] 13 Sept.

Anno Domini M.CC.LXXVII. Pridie idus Maii [k], scilicet die Veneris ante Pentecos- [k] 14 Maii 1277.
tem, in sero corruit camera domini papæ, super dictum papam [13]. De qua ruina
J dominus papa graviter vulneratus, septima die post dictam ruinam mortuus
est, et vacavit sedes per sex menses, et amplius.

Eodem anno inceptum fuit opus capellæ Sanctæ Katherinæ in Monte juxta
Rothomagum [14].

[1] *Labb.* ad defendendum terram.

[2] *Absunt cod. 5530 voces* Lud. rex Fr.

[3] *Cod. Rot.* Thunorum. *Cod. 5530 male* Turnorum. *Cod. 5659* terram regis Turnorum.

[4] *Voces* cui successit *etc. in tribus codd. desiderantur.*

[5] *Voces* archiep. Rothom. *et* in festo S. Trin. *in tribus codicibus desiderantur.*

[6] *Codd.* Leodicensis.

[7] *Codd. 5530 et 5659* Thedaldus. *Cod. Rot.* Thebaldus.

[8] *Mors Odonis in utroque codice præpostere memoratur, id est post electionem Willelmi de Flavacuria. Exstant Guidonis decani et capituli Rotomagensis litteræ, 7 Julii 1275 datæ, quibus Odonem quondam archiepiscopum viam universæ carnis ingressum esse regi intimant. Vid.* Cartul. normand, p. 199, n. 851.

[9] *Voces* Rothom. *et* de Saana *apud Labbeum desiderantur.*

[10] *Capitulum Rotomagense, litteris 11 Januarii 1276* (n. s.) *datis, Philippo regi nanciavit Guillelmum de Saana jus quod ex electione sibimetipsi competebat resignavisse, ipsamque electionem a summo pontifice capitulo fuisse remissam. Quæ litteræ ex autographo editæ sunt in* Cartul. normand, p. 202, n. 861.

[11] *Codd.* Hoc anno obiit, *etc.; id est* eo anno quo electus est Willelmus de Saana; *num Gregorius* 10 Januarii 1276 (N. S.) *e vivis excessit.*

[12] *Labb. male* qui vixit.

[13] *Voces* super dictum papam *apud Labbeum desiderantur.*

[14] *Hunc locum nobis suppeditavit codex 5659, ubi secunda manu in margine annotatus est.*

[a] 25 Nov Hoc anno, die Sanctæ Katherinæ[a] creatus est in papam dominus Johannes Gat- A
tanus[1], diaconus cardinalis, et vocatus est Nicolaus papa III.

[b] 9 Mai. Anno Domini M.CC.LXXVIII. In translatione sancti Nicholai[b] fuit confirmata electio
facta de magistro Guillelmo de Flavacuria[2] a domino papa Nicolao[3], et conse-
cratus fuit in curia a prædicto papa die Dominica ante Ascensionem Domini, vide-
[c] 22 Mai licet XI kalendas Junii[c], et die Mercurii sequente pallium suum recepit, videlicet B
[d] 25 Mai in festo sancti Urbani[d]. Die mercurii sequenti ante Pentecostem, videlicet prima
die Junii, arripuit iter reversurus in Franciam[4].

Hoc anno, Petrus de Brochia, amicus et familiaris regis Philippi, propter multa
crimina sibi objecta, ut dicebatur[5], et proditiones factas contra regem et reginam[6],
[e] 30 Jun. die Jovis in crastino apostolorum Petri et Pauli[e], in patibulo Parisiensi[7] suspensus C
fuit.

Eodem anno, Henricus, prior Beatæ Mariæ Magdalenæ[8], reddidit clavem de
fonte Beatæ Mariæ[9] circa nativitatem Domini, domino archiepiscopo Rothoma-
gensi; et dictus archiepiscopus eamdem clavem reddidit capitulo Rothomagensi[10].
Et sic dictum[11] capitulum remansit in sua possessione de fonte prædicto[12]. D

[Eodem anno, pridie nonas[13] Januarii, facta sunt tonitrua et coruscationes in
cœlo, et cecidit fulgur apud Basquevillam la Martel, ubi tunc erat dominus archie-
piscopus Rothomagensis, et eadem die][14] cecidit fulgur super turrem Sancti Geor-
gii de Bauquiervilla[15].

Eodem anno, tanta abundantia annonæ fuit, ut summa melioris frumenti ven- E
deretur tantum viginti quatuor[16] solidos Turonensium, et mina mistilionis vende-
retur tres solidos vel minus.

Anno Domini M.CC.LXXIX. Obiit Guido de Borbonio, decanus Rothomagensis,
pridie kalendas Septembris.

Hoc[17] anno statutum fuit in parlamento Parisiensi a domino rege Philippo et F
ejus baronibus, quod nullus posset dare in suo convivio cum potagio præter duo
fercula cum quodam interferculo, et fuit pœna apposita contra omnes super hoc
delinquentes[18].

[f] 26 Dec Eodem anno, in crastino[f] Nativitatis Domini, factus est decanus Rothomagensis
magister Philippus de Amblevilla, per viam compromissi; et statim ea die fuit G
electio decani prædicti per dominum archiepiscopum[19] confirmata[20].

Eodem anno, dominus Simon, tituli Sanctæ Cæciliæ[21] presbyter cardinalis, apo-
stolicæ sedis legatus, fuit vocatus ad curiam Romanam a domino papa Nicolao;
[g] 29 Sept qui arripuit iter[22] circa festum sancti Michaelis[g].

[h] 24 Jun Anno[23] Domini M.CC.LXXX. In nativitate[24] sancti Johannis[h] cessavit decima sex an- H
norum domino regi Franciæ concessa a domino Gregorio papa decimo; et eodem
anno totus annus fere fuit pluviosus, maxime æstas et autumnus.

XI[25] kalendas Septembris, die Jovis in octavis Assumptionis beatæ Mariæ Virgi-
nis, obiit Nicolaus papa III, et vacavit sedes per dimidium annum.

[1] *Labb.* Cattanus.
[2] *Cod. 5530* Flavencuria
[3] *Nicolaus papa III, litteris 7 Maii 1278 datis, Philippo regi notum fecit sese Guillelmi electionem confirmavisse, ipsumque Guillelmum Rotomagensi ecclesiæ præfecisse in archiepiscopum et pastorem. Vid.* Cartul. normand, p. 226, n 924.
[4] *Hic in codicibus occurrit brevis de abundantia annonæ mentio, quam, juxta Labbeum, paulo inferius rejecimus.*
[5] *Voces* ut dicebatur *tribus codd. absunt.*
[6] *Labb.* et regnum.
[7] *Labb.* Parisius.
[8] *Codd.* prior Magdalenæ.
[9] *Voces* Beatæ Mariæ *tribus codd. absunt*
[10] *Voces* et dictus arch. eamd. cl. redd. cap. R. *in cod. 5530 desiderantur.*
[11] *Labb.* et dictum.
[12] *Vide quæ de hoc fonte in Libro eburneo Rotomagensi, paulo inferius (p. 372 a), dicentur.*
[13] *Labb.* prid. kal.
[14] *Voces uncis inclusæ apud Labbeum desiderantur.*
[15] S. Georges de Boscherville (Seine-Inf.); *male Labb* Blanquervilla. *Cod. 5659* Basqueville.
[16] *Labb.* viginti sex.
[17] *Hic locus, in cod. Rot. omissus, paulo inferius in codd. 5530 et 5659 occurrit.*
[18] *Hanc regiam ordinationem, ex codice lat. 4968 descriptam, Henricus Duplès-Agier vulgavit* (Bibliothèque de l'école des chartes, 3e série, V, 177).
[19] *Labb.* per dictum W. archiep.
[20] *Cod. Rot.* comprobata.
[21] *Pro* tituli S. Cæc. *cod. Rot.* thesaurarius Rothomagensis S. Ecclesiæ, *etc.*
[22] *Voces* qui arripuit iter *in cod. Rot. desunt.*
[23] *Ea quæ ad annum 1280 pertinent eodem ordine disposuimus ac in editione Labbei; codices disserunt 1° de obitu Nicolai papæ, 2° de majore Pruvinensi, 3° de Renoldo de la Hombloniere, 4° de Martino papa, 5° de decima, 6° de pluviis æstatis et autumni, 7° de hiemis asperitate.*
[24] *Labb.* natali
[25] *Deest in tribus codicibus numerus* XI.

A Hoc anno magister Renoldus de la Humbloniere[1], canonicus Parisiensis[2], consecratus est in episcopum Parisiensem[3] die[a] sancti Michaelis apud Senones[4], et die sancti Dionysii[b] solemniter receptus est in ecclesia Parisiensi.

[a] 29 Sept.
[b] 9 Oct.

Hoc anno tanta fuit abundantia aquarum circa octavas Epiphaniæ, quod alveus Sequanæ tribus pedibus ascendebat supra calceiam versus Sanctum Matthæum, B et sex pedibus super calceiam de Martainvilla[5], et per totum mensem Februarii sequentem continue fuit gelu gravissimum, et duravit usque ad kalendas Aprilis.

Eodem anno[c] in cathedra sancti Petri[6] creatus fuit in papam Simon, tituli Sanctæ Cæciliæ presbyter cardinalis, et vocatus fuit Martinus papa quartus.

[c] 22 Febr. 1281 (N. S.).

Hoc anno, circa Purificationem beatæ Mariæ, apud Pruvinum interfectus fuit C major villæ a plebe ejusdem villæ. Hoc facto, multi fugientes ad monasteria, videlicet ad domos Prædicatorum et fratrum Minorum inde[7] fuerunt extracti cum violentia et suspensi, de mandato domini Johannis de Acon[8].

Anno Domini M.CC.LXXXI. Obiit Philippus, episcopus Ebroicensis, circa octavas Assumptionis beatæ Mariæ, et electus est eodem anno et consecratus dominus D Nicolaus de Autolio[9] in episcopum Ebroicensem[10].

Eodem anno ecclipsis lunæ pridie kalendas Septembris.

Anno Domini M.CC.LXXXII. In octavis Ascensionis Domini, videlicet pridie idus Maii, perfusa[11] fuit quædam campana quæ vocata fuit[12] campana archiepiscopi Rigaudi.

E Hoc anno creatus est in episcopum Constantiensem frater[13] Eustachius Cordiger[14] de Rothomago a domino papa Martino.

E CHRONICI ROTOMAGENSIS

CONTINUATIONE.

MONITUM.

Chronici Rotomagensis codex quem Philippo Labbeo commodaverat Antonius Vyon d'Herouval continuationem exhibebat ab anno 1282 ad annum 1343, cujus continuationis partem anno 1328 anteriorem ex Labbeana editione[15] repræsentamus.

Eodem anno [1282] misit Petrus, Aragoniæ et Siciliæ rex, Karolo, filio regis Franciæ, literas quæ sequuntur. « Magnifico principi domino Karolo, regi Hierosolymitano illustri, Petrus, Dei gratia Aragoniæ et Siciliæ rex. Cum venissemus F « ad partes Barbariæ ad impugnandum Saracenos, misimus nuncios ad Romanam « curiam, cum quibusdam nostris petitionibus, quarum nullam potuimus obtinere; « et propterea venimus in Siciliam, audientes Siculos querulantes quod vos gra-

[1] *Male Labb.* Bonbloniere. *Cod. 5530* Humblunniere. *Cod. 5659* Humblonniere.
[2] *Labb. et cod. 5530 male* Parisius.
[3] *Vox* Parisiensem *deest in cod. 5530.*
[4] *Voces* apud Senones *omisit Labbeus.*
[5] *Labb.* Martini villa. *In cod. 5659 desunt voces* supra calc. *usque* pedibus super.
[6] *Labb.* die S. Petri ad Cathedram.
[7] *Labb. et codd. 5530 et 5659 male* ibi.
[8] *Cod. Rot. male* Agon.
[9] *Labb. male* Anrolio.
[10] *Voces* et electus est *etc. usque* Ebroicensem *in tribus codicibus desiderantur.*
[11] *Codd. 5530 et 5659* perfusa.
[12] *Labb.* vocatur.
[13] *Vocem* frater *exhibet cod. 5659.*
[14] *Vocem* Cordiger *omisit Labbeus.*
[15] *Nova Bibliotheca*, I, 380

« vatis eos et hostiliter impugnatis; unde nostrum auxilium implorant. Et quia eos A
« nolumus deserere nec possumus, propter uxorem nostram et liberos nostros, ad
« quos regnum illud jure hereditario noscitur pertinere, vos rogamus quatenus
« in hiis injuriis et molestiis penitus desistatis et talibus latoribus præsentium
« credatis in his quæ vobis dixerint ex parte nostra[1]. » Responsio Karoli : « Karolus,
« filius regis Franciæ, ducatus Apuliæ, principatus Capuæ, Andegavensis et For- B
« calcariæ comes, Hierosolymitanus et Siciliæ Dei gratia rex, almæ Urbis senator,
« Petro, solo nomine regi Siciliæ dicto. Si tibi nomen nomine acquisitum volueris
« retinere, de spelunca quam nunc inhabitas decet te caput demittere[2]. Si tu
« inventus experiendi sumas audaciam, invenies quanta strenuitas solet in nos-
« tris militibus inveniri, qui te diu avidissime duxerunt expectandum; et ne te C
« mora tuarum virium, quod absit, impediat experientiam[3], cito locum quo lati-
« tas, actore Domino, visitabunt. »

Eodem anno rex Franciæ generalem fecit exactionem omnibus prælatis et ecclesiis collegiatis, propter hoc quod interesse volebat cum rege Carolo versus Landas de Bourdiaus ad bellum quod debebat fieri inter dictum Karolum et Petrum D
de Aragonia.

Ad declarandum miracula quæ per merita sancti Ludovici, regis quondam Franciæ, fiebant in ecclesia Beati Dionysii, de mandato apostolico missus est archiepiscopus Rotomagensis cum aliis duobus pontificibus, qui per longum tempus ibidem existentes, multa miracula dicti regis sunt renunciata summo pontifici E
ab eisdem.

Wielinus[4], princeps Walliæ, qui bellabat contra regem Angliæ, capitur, et capite abscisso, trunco suspenditur[5], et caput ejus in lancea confixum super principalem portam Londoniarum ad spectaculum ponitur.

Fratres Minores impetraverunt a domino papa, ut possent audire confessiones F
et absolvere, prælatis minime requisitis; propter quod orta fuit magna contentio inter prælatos regni Franciæ et fratres prædictos.

1283. Philippus, rex Franciæ, cum magno exercitu iter arripuit versus Landas [de] Bourdiaux, ubi debebat pugnare Karolus, rex Siciliæ, contra Petrum de Aragonia, a domino papa condemnatum; sed pugna non fuit die præfixa, videlicet G
prima die mensis Junii. Qui dictus rex Philippus circa Tolosam per longum tempus moratus est cum parte exercitus supradicti, et alia parte ad propria regressa cum gravissimis laboribus et expensis, postea mandavit parlamentum suum
[a] 18 Nov. apud Bituricas in octavis sancti Martini hiemalis[a]; et inde rediens[6] in Franciam,
infecto negotio, cum pauca utilitate. H

[b] 6 April. 1284 (N. S.). Eodem anno[b], Petrus comes Alenconiensis obiit, cum esset in expeditione versus Apuliam, cum principe *de la Morée;* cujus ossa sui apud Sanctum Dionysium reportantes, sunt tradita sepulturæ.

Eodem anno, tota Romaniola venit ad obedientiam domini papæ, non tam devotione et amore, quam timore Francorum. J

Adam, frater Lewelini[7] principis Walliæ, eodem principe occiso, ut dictum est, et suspenso, dum rebellaret contra regem Angliæ, captus est et cum equis distractus; judicantibus proceribus regni, suspenditur; postea depensus est, et corpus ejus in quatuor principalibus castris mittitur suspendendum. Uxor ejus præ nimio
dolore mortua sepelitur. K

[c] 11 Jul. 1283. Eodem anno, die sancti Benedicti quinto idus Julii[c], magister Joannes de Noentel[8], tituli Sanctæ Cæciliæ presbyter cardinalis, legatus in Francia a domino papa Martino ad certa negotia peragenda, cum magna solemnitate est receptus.

Karolus, rex Siciliæ, receptus est Parisius solemniter, die Dominica ante As-
[d] 8 Aug. 1283. sumptionem Virginis gloriosæ[d]. L

[1] *Labb. male, ut videtur :* quæ nobis dixerunt ex parte vestra.
[2] *Melius fort.* emittere
[3] *Locus turbatus.*
[4] *Labb.* Wielmus. *Corr.* Lewelinus.
[5] *Recte anno 1282 (non autem, ut apud Guill. de Nangiaco, anno 1281) periisse memoratur Lewelinus, Walliæ princeps.*
[6] *Melius fort.* rediit.
[7] *Labb. male* Liticlini.
[8] *Id est* Joannes Cholet, *oriundus e* Nointel, *Bellovacensis diœcesis oppido*

A 1284. Hoc anno, quinto idus Aprilis, videlicet die Paschæ[a], cantore inchoante [a] 9 Apr. 1284.
majorem missam, et archiepiscopo Guillelmo eam celebrante, cecidit fulgur in
ecclesia Rotomagensi, juxta crucifixum; et aliqui assistentes stupore perterriti
ceciderunt in terram, amittentes loquelam; sed ducti ad altare beatæ Mariæ
sanati sunt. Alii læsi fuerunt incombusti[1], tam in capitibus quam in brachio, sed
B per Dei gratiam omnes sanati sunt. Et est certum quod in eadem hora cecidit
similiter in diversis ecclesiis diœcesis Rothomagensis, videlicet apud Foville, apud
Longam Villam et Novum Castrum.

Eodem anno, bellum in mari ante Neapolin, inter principem Salerniæ, filium
Karoli regis Siciliæ, ex una parte, et Siculos; in quo bello captus fuit dictus prin-
C ceps, et incarceratus ad Messanam civitatem: multi enim de Gallicis in eodem
bello interfecti fuerant. Eodem anno, die Sancti Christophori, obiit Karolus, rex
Siciliæ apud Brandis[2].

Celebratum est concilium Parisius a domino Joanne, tituli[3] Sanctæ Cæciliæ
presbytero cardinali, apostolicæ sedis legato, 16 kalendas Septembris[b], et ibidem, [b] 17 Aug. 1284.
D ad prædicationem ipsius et monitionem, Philippus, rex Francorum illustris, et duo
filii ejusdem assumpserunt crucem debellando contra Petrum, quondam regem
Aragoniæ, a domino papa Martino IV condemnatum, qui Petrus invaserat regnum
Siciliæ fraudulenter; et ob hoc concessa est decima regi Franciæ per quadrien-
nium. Tertio nonas[4] Martii, die Lunæ proxima post *Lætare Hierusalem*[c], arripuit [c] 5 Mart. 1285.
E iter Philippus, rex Franciæ, cum exercitu magno versus Aragoniam.

1285. Philippus, Francorum rex, filius Ludovici regis, venit circa Aragoniam
pro impugnando dictum regnum et Petrum regem, a Romana curia pro suis
detestabilibus excessibus condemnatum; in cujus mora, protractione et regressu
multi milites et alii ex parte dicti Philippi debellati et interfecti fuerunt, fame et
F siti perierunt, et cum maxima confusione dictus Philippus cum suo exercitu in
Galliam redire incepit; in quo recessu spolia Gallorum per potentiam Aragonum
et Gallorum impotentiam remanserunt. Dictus vero rex, tertia die mensis Octo-
bris[5], dicto anno, in recessu eodem, viam universæ carnis ingressus.

Eodem anno, quarto calendas Aprilis[6], videlicet die Jovis proxima post Pascha,
G obiit Martinus papa IV; cui succedit Honorius papa IV.

1286. Obiit Matthæus, abbas Sancti Dionysii in Francia, die sanctorum Cosmæ
et Damiani[7]; per quem totum regnum Franciæ regebatur, et ad nutum ejus
omnia fiebant, et quem volebat, exaltabat, et contra.

Hoc anno, die Mercurii[d] ante festum sancti apostoli Matthæi, incarceratus fuit [d] 18 Sept.
H Thomas Nauguet, tunc temporis major urbis Rotomagensis, in castro Rotoma-
gensi, cum pluribus ejusdem civitatis, propter tailliam domino regi debitam, non
solutam pro communia villæ, et pro aliis casibus, qui ad nostram notitiam non
devenerunt.

Eodem anno, die Mercurii[8] ante Pascha obiit Honorius papa IV, et vacavit sedes
J Romana fere per annum. Et in sequenti festo cathedræ sancti Petri[e], frater Hie- [e] 22 Febr. 1288.
ronymus, presbyter cardinalis, qui fuerat minister ordinis fratrum Minorum, in
papam eligitur, vocatus Nicolaus IV.

Eodem anno 1287, in vigilia sancti Joannis Baptistæ, fuit bellum in mari ante
Neapolim, in quo bello fuit captus Guido de Monte Forti, et multi alii interfecti
K sunt nobiles et ducti ad Messanam civitatem.

1289. Oritur discordia inter regem Francorum Philippum et regem Anglorum
Eduardum, pro qua sedanda mittuntur duo cardinales, videlicet Benedictus
Cajetanus, qui fuit postmodum Bonifacius papa VIII, et Gerardus de Parma; qui
in sedanda discordia modicum profecerunt.

[1] *Fort. leg.* et combusti, *ut in altera Chronici Rotom. continuatione.*

[2] *Non quidem* die S. Christophori, *sed* 7 Januarii 1285 (N. S.), *neque* apud Brandis, *sed* in urbe Foggia, *obiit Carolus, rex Siciliæ.*

[3] *Labb.* titulo.

[4] *Labb male* tertio mensis.

[5] *Ibi quoque corrige* tertio nonas Octobris *seu* quinta die mensis Octobris.

[6] *Quidam* v. cal. Aprilis

[7] *Id est* 27 Septembris; *apud Guill. de Nangiaco* die S. Firmini *seu* die 25 ejusdem mensis.

[8] *Id est* 2 Aprilis 1287 (N. S.); *quidam* die 3 ejusdem mensis.

Nascitur Philippo, Francorum regi, Ludovicus, qui post ipsum regnavit. A

Hoc anno[1] civitas Tripolis capitur per soldanum, christianis ibi existentibus occisis vel captivatis.

[a] 4 Apr. 1292 (N. S.).

1291. Nicolaus papa IV Romæ moritur in die Parascevæ[a]; vacavitque sedes apostolica annis duobus et tribus fere mensibus.

1292. Mortuo imperatore Radulpho, principes electores imperii Adulfum de B
Nassau[2] in regem eligunt.

1294. Die septima[3] Julii, frater Petrus de Murrone, vir miræ sanctitatis, in papam eligitur, assumpto nomine Cœlestini quinti; sedit usque ad vigiliam sequentis festi sanctæ Catharinæ[4], qui, in præsentia cardinalium, in consistorio, cessit papatus oneri et honori. Benedictus Cajetanus cardinalis, post cessionem C
Cœlestini V, in vigilia[b] Nativitatis Domini in papam assumitur, et vocatus est Bonifacius papa VIII, vir utique magnanimus, et non mediocriter literatus.

[b] 24 Dec.

1295. Bonifacius papa statuit apostolorum, evangelistarum et quatuor doctorum festa duplici officio celebrari.

1296. Fuit Rotomagi tanta inundatio aquarum, quod pons fuit ruptus; sed D
veniente processione cum brachio sancti Romani propter instans periculum, aqua repente visibiliter et miraculose se retraxit.

1297. Bonifacius papa sextum librum decretalium, a se editum, ad studia misit. Hoc etiam anno, mense Augusti, Bonifacius papa apud Urbem Veterem Ludovicum, hujus nominis nonum, quondam Francorum regem, Philippi regis E
avum, canonizavit et sanctorum confessorum catalogo annotavit.

Orta discordia inter Bonifacium papam et Columnenses propter fratris processum, Jacobum et Petrum de Columna a cardinalatus dignitate deponit.

1298. Fit gravis pugna inter Adulfum, regem Alemanniæ, et Albertum, ducem Austriæ, in qua Adolfus rex occiditur; et eodem anno præfatus Albertus per elec- F
tores Imperii in regem eligitur.

Papa Bonifacio Viterbii[5] cum sua curia residente, fit ibidem et in adjacentibus partibus maximus terræ motus qualis antea visus non fuerat.

Item bellum inter regem Franciæ et comitem Flandriæ et regem Angliæ; et treugis initis compromiserunt reges in papam Bonifacium. G

1299. In scaquario Paschæ fuit facta inhibitio ballivo Rotomagensi ne aliquis malefactorum morti traderetur; et dum quidam de mandato baillivi ad patibulum duceretur, per magistros scaquarii reductus fuit ad carceres[6].

Albertus in regem Romanorum electus, missis ad papam Bonifacium solemnibus ambaxatoribus, electionem suam petiit confirmari; sed papa pro tunc H
ipsum non admisit, sed repulit.

1300. Papa Bonifacius concessit, hoc anno, visitantibus limina apostolorum Petri et Pauli Romæ peccatorum indulgentiam generalem, statuens et concedens indulgentiam consimilem ipsa limina visitantibus, quolibet anno centesimo; et ibi fuit concursus maximus populorum. J

1301. Tempore automnali fuit visa stella comata in parte occidentali, in signo scorpionis, quæ aliquando ad orientem, et aliquando ad meridiem, suos radios emittebat.

Orta discordia inter papam Bonifacium et regem Francorum Philippum, papa scribit regi quod sibi in spiritualibus et temporalibus suberat; sed papales literæ K
concrematæ sunt, et nuncii non gratanter recepti. Eodem anno, in Quadragesima, Philippus, rex Francorum, convocat Parisius prælatos, barones, communitates regni sui; et fuit contra papam appellatio ad concilium generale.

1302. Rebellantibus Flandrensibus contra regem Franciæ Philippum, fit bellum mense Julii prope Curtracum, in quo Robertus, comes Atrebatensis, pa- L
truus regis, et una cum eo quasi totus flos militiæ gallicanæ decedit, non quidem

[1] Anno 1288 *apud Guill. de Nangiaco.*
[2] *Labb.* aunatione *pro* Nassau.
[3] *Corr.* die quinta.
[4] *Corr.* usque ad diem 13 Decembris.
[5] *Corr.* Reatæ.
[6] *Hæc fusius narrata sunt in Rotomagensi libro eburneo, cujus textum paulo inferius* (p. 374) *adducemus. Vid. et A. Floquet liber de Sancti Romani privilegio,* I, 70.

A virtute hostium, sed incautela pugnantium, cadentium in fossata quæ adversarii antea fecerant et cooperuerant fraudulenter.

1303. Bonifacius papa electionem Alberti in imperatorem electi, quam antea repulerat, confirmavit in odium regis Franciæ. Eodem anno, in vigilia[a] Nativitatis beatæ Mariæ, Bonifacius papa Anagniæ, unde oriundus erat, et ibi cum sua B curia residebat, capitur, et thesaurus suus discerpitur; et post triduum liberatus Romam vadit, ubi sequenti mense Octobris[b], non tam ex infirmitate quam præ cordis angustia, cum esset corde magnanimus, diem clausit extremum. Eodem anno, mortuo Bonifacio, fuit[1] Nicolaus cardinalis episcopus Ostiensis, qui fuerat magister ordinis Prædicatorum, in papam eligitur[c], et fuit vocatus Benedictus C papa XI; qui satis cito post promotionem suam fecit processus generales contra illos qui capi fecerant papam Bonifacium, et specialiter contra Guillelmum de Nogareto et Sarram[d] de Columna, et quosdam alios.

1304. Benedictus papa XI mense Julii moritur, et vacavit sedes[2] propter discordias cardinalium usque ad mensem Junii anni sequentis. Hic discordiam inter D ecclesiam et regem Franciæ propter ipsum Bonifacium suscitatam sedavit, et privilegia quæ Bonifacius suspenderat, regi restituit et reintegravit.

Hoc anno, mense Aprili, valuit summa bladi octo libris et octo solidis, et melior decem libris; et tunc archiepiscopus Guillelmus de Flavacuria quotidie erogabat pauperibus in pane et argento usque ad trecentas libras; et multo plus E volebat erogare, sed gentes ejus nullatenus permittebant.

1305. M semel et tres C et V conjungere disce: splendor in expensis Guillelmus de Flavacuria, præsul Rotomagensis, corpore tunc fragilis, nonis decessit Aprilis[3]. Corpus suum jacet in ecclesia Rotomagensi, in capella nova Beatæ Mariæ, in introitu ad manum sinistram.

F Mense Junii[e], in vigilia Pentecostes, Bertrandus de Gutto, archiepiscopus Burdigalensis, natione Vasco, in papam eligitur, et vocatur Clemens V.

1306. Judæi expulsi fuerunt de regno Franciæ, et eodem anno Clemens papa providit ecclesiæ Rotomagensi de archiepiscopo Bernardo, nepote suo.

Moritur[f] rex Angliæ Eduardus, vir utique omni probitate famosus, cui succedit G filius Eduardus, qui eodem anno, mense Februario[4], contraxit matrimonium apud Boloniam super mare, cum Isabella, filia regis Philippi Pulchri.

1307. Templarii capti fuerunt idibus[5] Octobris per totum regnum Francorum, hora una inopinate, de mandato regis Franciæ Philippi, propter hæresis et sodomiæ crimina, de quibus fuerant et erant generaliter infamati.

H 1308. Imperator Albertus per nepotem suum filium fratris occiditur. Eodem anno, Henricus, comes Luxemburgensis, per principes electores eligitur, et in festo Epiphaniæ[g] Aquisgrani[6] in regem Alemanniæ coronatur.

1309. Mense Julii, Clemens papa V confirmavit electionem Henrici, comitis Luxemburgensis, in imperatorem Romanorum electi.

J Eodem anno[h] eclipsis solis ultima die Januarii, et eodem anno[i] moritur rex Siciliæ Karolus, et succedit filius ejus Robertus.

1310. Hoc anno, factis processibus per archiepiscopum Senonensem cum suis suffraganeis in suo provinciali concilio ob hoc de mandato apostolico concurrente contra Templarios, fuerunt publice condemnati Parisius quinquaginta quatuor[7] K ex eis, fueruntque relicti curiæ sæculari et combusti. Et paulo post, in concilio provinciali, apud Silvanectum, Remensis archiepiscopus, et apud Pontisaram[8] Ro-

[a] 7 Sept.
[b] 11 Oct.
[c] 22 Oct.
[d] Sciarram
[e] Die 5.
[f] 7 Julii 1307.
[g] 6 Januarii 1309 (N. S.)
[h] 1310 (N. S.)
[i] 5 vel 6 Maii 1309.

[1] *Vox* fuit *abundat.*
[2] *Vocem* sedes *supplevimus.*
[3] *Si vocibus* Guillelmus de Flavacuria *litteram* G *substitueris, hic locus tribus versibus constabit :*

M semel et bis c et v conjungere disce;
Splendor in expensis, G. præsul Rotomagensis
Corpore tunc fragilis, nonis decessit Aprilis.

Has nonas Aprilis ad annum 1306 pertinere animadvertendum est. Eo anno in diem 3 Aprilis Pascha incidit; anno autem præcedenti diei 18 ejusdem mensis Pascha responderat: in nostro igitur chronico, secundum priscam computationem, aut annus 1304 aut annus 1306 notandus fuit. Sed eligendi permissio anno 1306 postulata archiepiscopum potius eo anno quam anno 1305 ineunte e vivis excessisse probare videtur.
[4] *Id est* mense Februario 1308 (N. S.); *sed apud Guill. de Nangiaco* mense Januario.
[5] *Corr.* III idus.
[6] *Male apud Labb.* eligitur in festo Epiphaniæ et Aquisgrani, *etc.*
[7] *Apud Guill. de Nang.* quinquaginta novem.
[8] *Apud Guill. de Nang. nulla mentio concilii apud Pontisaram celebrati: aliquem errorem ibi suspicamur. Pro*

[a] An. 1314. tomagensis archiepiscopus in concilio Templarios condemnarunt. Et postmodum[a] A
magister major dicti ordinis Templariorum solus cum socio suo condemnatus ex-
titit Parisius, et ambo combusti in parva insula ante Augustinos Parisius.

1311. Papa Clemens generale concilium celebravit in civitate Viennæ, et
prima sessio fuit ejusdem concilii XVII kal. Novembres. Et fuit præsens in dicto
concilio rex Franciæ Philippus, et tres ejus liberi, videlicet Ludovicus, Philippus B
et Carolus, qui post ipsum successive regnaverunt. In hoc concilio generali[1] fuit
cassatus et perpetua prohibitione suspensus ordo Templariorum, et eorum bona
fuerunt applicata ordini Hospital[ar]iorum Sancti Joannis Hierosolymitani. Et in
eodem concilio fuerunt editæ multæ constitutiones Clementinæ, quæ usque ad
tempus successoris Clementis publicari non potuerunt. Hoc etiam anno, mense C
Aprilis, papa Clemens Avenioni in consistorio publice excusavit regem Franciæ
Philippum de eo quod factum fuerat contra Bonifacium papam VIII, dicendo
quod rex fecerat ad bonum finem, et Guillelmum de Nogareto absolvit, injunxit-
que ei pœnitentiam, et specialiter quod in proximo generali passagio personaliter
transfretaret. D

1312. Clemens papa Ægidium Asselini Arvernia[2], archiepiscopum Narbo-
nensem, ad archiepiscopatum Rotomagensem transtulit, et Bernardum archiepi-
scopum Narbonensem fecit[3].

1313. Philippus Franciæ, Eduardus Angliæ, et Ludovicus, filius Philippi
regis, Navarræ reges, crucem dominicam assumpserunt Parisius de manu domini E
cardinalis de Freauvilla tituli Sancti Eusebii et apostolicæ sedis nuncii, et cum eis
crucem assumunt Karolus Valesiæ et Ludovicus Ebroicensis comites, fratres regis
Francorum, et aliorum nobilium multitudo, cum multis ignobilibus et innume-
[b] 3 Jun. 1313. rabilibus. In festo Pentecostes[b], rex Philippus tres filios suos, Ludovicum, Phi-
lippum et Karolum novos milites ordinavit, et fuit Parisius maximum festum, ubi F
et iidem filii regis alios milites novos accinxerunt numero quadringintos, et ultra;
et in hoc festo fuit præsens rex Angliæ Eduardus, gener regis Franciæ.

Hoc eodem anno, moritur imperator Henricus mense Augusti, et Clemens
papa V sanctum Petrum de Morrone, quondam papam Cœlestinum V, sanctorum
confessorum catalogo sociavit. G

1314. Fuerunt destructi duo milites familiarissimi regis Navarræ Ludovici,
qui erant de ventre vulgass Franciæ[4], collaterales dicti regis primogeniti regis
Philippi Pulchri, et fuerunt excoriati vivi, et genitalia eis scissa, et fuerunt sus-
pensi, pro eo quod imponebatur eis adulterium cum uxoribus filiorum regis Phi-
lippi commisisse. H

Clemens papa V, XI kalendas Maii, in castro de Roquamora super Rhodanum
moritur, vacavitque sedes propter maximam discordiam cardinalium, qui propter
commotionem familiarium suorum conclave exire compulsi sunt, ab inde usque
ad mensem Augustum anni 1316.

[c] 29 Nov. 1314. Eodem anno, in vigilia[c] Sancti Andreæ, moritur rex Francorum Philippus, cui J
succedit ejus primogenitus Ludovicus, rex Navarræ, cœpitque regnare sub nomine
regis Franciæ et Navarræ.

Eligitur in discordia in regem Alemanniæ Ludovicus, dux Bavariæ, et Fride-
ricus, dux Austriæ, factoque bello inter Ludovicum et Fridericum, idem Fride-
[d] An. 1322. ricus capitur[d], et Ludovicus absque confirmatione aliqua regnum usurpavit. K

1315. Ludovicus[5] novus rex Franciæ cum exercitu magno equitum et peditum

Pontisaram *legendum conjicimus* Pontem Archæ, *cum hæc notaverit Guillelmus Bessin in collectionis conciliorum Normanniæ synopsi chronologica* (p. III) : Anno 1310. Concilium apud Pontem Arcus ad Sequanam. In illo Templarii milites ad ignes damnati sunt. Indicatur in Chronico ms. bibliothecæ Bigotianæ. Nihil superest. *Quæ optime consonant cum Chronici Rotomagensis gallicano textu, quem paulo inferius (p. 354) e codice Sancti Germani in lucem producimus. Ibi enim leguntur :* Et le tiers fut au Pont de l'Arche, où furent condempnez les dis Templiers.

[1] *In secunda scilicet sessione, quæ anno 1312 celebrata fuit.*

[2] *Lege* Arvernum, *seu* Arvernia oriundum.

Anno 1311 hæc duplex translatio facta est.

[4] *Sic apud Labbeum; pro* vulgass *legendum videtur* Vulcassini (*si voces* de ventre *idem sonare intelligus ac* de umbilico), *aut* de Vulcassino (*si vocem* ventre *quasi mendosam tollas*). *Cæterum constat hic indicari originem horum militum, qui apud Pontisaram, præcipuam Velocassini urbem, supplicio mulctati fuerunt.*

[5] *Labb* nonus.

A vadit in Flandriam, quæ sibi et ejus progenitoribus rebellaverat, et adhuc rebellabat: sed fortuito tanta fuit aquarum inundatio, quod oportuit regem negotio infecto recedere.

Hoc anno, circa Natale, apparuit stella comata, quæ duravit usque versus finem Februarii, et paulo post apparuit alia stella comata versus orientem, sed
B minor prima.

1316. Nonis Junii[1], rex Franciæ et Navarræ Ludovicus moritur, relicta solum quadam filia ex prima uxore, et regina Clementia uxore secunda remanente prægnante; Philippus vero, frater suus, suscepit dictorum regnorum gubernacula sub nomine regentis, et subsequenter, eodem anno, XIV die Novembris, natus est
C filius ex regina Clementia, et Joannes vocatum est nomen ejus: sed infra octo dies moritur, et sic translatum est regnum ad dictum Philippum, fratrem Ludovici.

Jacobus Duesa[a] cardinalis, episcopus Portuensis, oriundus de Caturco, in papam eligitur, in Lugduno, die 7 Augusti, et assumpsit nomen in papatu Joannes XXII. [a] d'Euse

D 1317[b]. Papa Joannes XXII canonizavit et sanctorum catalogo annotavit Ludovicum, quondam episcopum Tolosæ, filium Karoli regis Siciliæ, virum sanctum, qui fuerat de ordine fratrum Minorum. [b] 7 April.

1318. Obiit Ægidius archiepiscopus Rothomagensis, de Alvernia, et successit G[uillelmus] de Duro Forti Vasco, per provisionem sedis apostolicæ.

E Joannes papa XXII ecclesiam Tolosanam in archiepiscopalem, necnon Montis Albani, Rivensem, Lomberiensem, Sancti Papuli, Mirapicensem, Vaurensem dicto archiepiscopo suffraganeas; item in provincia Narbonensi Electensem et Sancti Pontii Thomeriarum; in Bituricensi Tutellensem, Sancti Flori, Castrensem et Vabrensem; in Burdigalensi Condomiensem[2], Sarlatensem, Malleacensem et
F Lucionensem ecclesias in cathedrales erexit[3].

1320. Reformatur pax inter regem Franciæ Philippum et Flandrenses, mediante Gaucelmo[4], cardinali apostolicæ sedis nuncio, ob hoc misso.

Joannes papa canonizavit sanctum Thomam quondam episcopum Herfordiensem[5], regni Angliæ.

G Hoc anno fuerunt pastorales juvenes lascivi et fatui et juvenculæ multæ impetu dictorum juvenum commotæ, qui pluribus malefactoribus sibi sub specie simplicitatis et bonitatis adunatis, multa commiserunt maleficia, et Judæos in plerisque partibus trucidarunt; et deinde dicti, qui se pastorales nominari faciebant, comprehensi in multis regni partibus et justitiati fuerunt, et alii aufugerunt.

H 1321. Gelu fortissimum quod incepit post Epiphaniam Domini, et duravit usque ad medium mensem Martium; et fuit in fine Februarii fortius quam ante et asperius; et tanta fuit abundantia nivium bis quam unquam alias visa; et duravit nix usque ad medium mensem Aprilis.

Hoc anno, die secunda[6] Januarii, rex Franciæ et Navarræ Philippus, nullis re-
J lictis liberis masculis, moritur; et sic devoluta sunt regna Franciæ et Navarræ ad Karolum, fratrem suum, comitem Marchiæ.

Hoc anno, orta infamia contra leprosos regni Franciæ, qui sanos volebant potionibus in puteis et fontibus appositis inficere seu occidere, et sibi regni principatum assumere, omnes leprosi quasi per totum regnum longe plus per populum
K quam per sæcularem locorum justitiam combusti sunt.

1323. Joannes papa XXII Avenioni, ubi cum sua curia residebat, canonizavit sanctum Thomam de Aquino, de ordine Prædicatorum, mense Augusti.

1325. Hoc anno, quia Joannes papa XXII electionem factam de Ludovico de Bavaria ad Imperium noluerat confirmare, idem Ludovicus, malo usus consilio,
L pro imperatore se gerens contra voluntatem papæ, intravit Italiam.

Eodem anno, circa istud tempus, orta discordia inter regem Franciæ Karolum

[1] *Labb. male* Julii

[2] *Labb. male* Condacensem.

[3] *Inter ecclesias prædictas notandum est plures anno 1317 erectas fuisse, pauciores autem anno 1318, unam denique, Sarlatensem scilicet, anno 1319.*

[4] *Labb.* Gaucelino.

[5] *Labb. male* Herfrodonensem. *Thomas de Cantu Lupi, Herefordensis episcopus, 20 Junii 1275 obiisse fertur. Vid. Monastici Anglicani novissimam editionem*, VI, 1211.

[6] *Contin. Nang.* die tertia.

et regem Angliæ Eduardum, sororium suum, cum regina Angliæ, soror regis A Franciæ, et filius ejus Eduardus venissent in Franciam pro tractando pacis negocio, rex Angliæ, perverso usus consilio, reginam uxorem, et filium bannivit, propter quod regina et filius, Francorum fulti auxilio, transfretant in Angliam, 21 Sept. 1327. regem obsident, et finaliter capiunt et occidunt[a]. Et sic junior Eduardus, post talem mortem patris, est assumptus in regem[1]. B

1327. Prima die Februarii, rex Franciæ Karolus obiit, nullis relictis heredibus masculis, sed regina uxore remanente prægnante, quæ postmodum in septimana Paschæ peperit filiam; et sic Philippus, comes Valesii, filius quondam Karoli, comitis Valesii, et dicti regis defuncti patrui, successit in regno Franciæ. Philippus vero, filius Ludovici quondam comitis Ebroicensis, qui desponsaverat Joannam, C filiam quondam Ludovici, Franciæ et Navarræ regis, succedit in regno Navarræ.

EX ALTERA CHRONICI ROTOMAGENSIS

CONTINUATIONE,

AUCTORE JOHANNE MASSELINO.

Chronicon Rotomagense ab anno 1282 ad annum 1510 produxit quidam Rotomagensis canonicus, qui nomen suum his verbis patefecit : « In civitate Turonensi, idem rex [Ludovicus XII] omnium archiepiscoporum et episcoporum sui regni congregavit concilium, in quo ut primas suæ provinciæ fuit evocatus Rothomagensis archiepiscopus, et quia non erat ejus admissa a summo pontifice Pio secundo postulatio, fuit excusatus, me Johanne Masselin in eodem concilio præsente et assistente[2]. »

Hic Johannes Masselinus nepos erat Johannis Masselini, decani Rotomagensis, anno 1500 die Maii 27 defuncti, a quo compositum est *Diarium statuum generalium Franciæ habitorum Turonis anno 1484 regnante Carolo octavo*, anno 1835 curante A. Bernier editum.

Johannes Masselinus, Chronici Rotomagensis continuator, adhuc in vivis erat anno 1554, quo suum condidit testamentum[3].

In codice latino 5659, olim Bigotiano 416, bis exaratum est Johannis Masselini opusculum, primo (f. 76-90) manu ipsius auctoris, deinde (f. 91-106) manu Johannis Le Prevost.

Eodem anno [M.CC.LXXXII], erecta de novo fuit in ecclesiam parrochialem cappella Sancti Jacobi Deppæ, auctoritate archiepiscopi, capitulo et abbate Sanctæ Katherinæ consentientibus.

[1] *Non* post mortem patris, *sed vivente patre, scilicet* 24 Januarii 1327 *regno successit Eduardus III.*

[2] *Cod. lat.* 5659, f. 90 et 105 v°.

[3] *Ch. de Beaurepaire*, Notice sur maître Jean Masselin (Mémoires de la Soc. des antiq. de Normandie, 2e série, IX, 302).

A Anno II.C.IIII.XX. quarto. Prædicto Guillelmo de Flava Curia archiepiscopo celebrante missam in majori ecclesia, in die Paschæ[a], cum cantor inciperet introitum [a] 9 Apr. 1284. missæ, cecidit tonitruum seu fulgur ante crucifixum ipsius majoris ecclesiæ, ex quo quidam stupefacti et territi corruerunt in terram, et ex terroris vehementia quasi muti effecti, loqui non poterant, sed ab aliis erecti et ducti ante altare beatæ
B Mariæ usum loquendi recuperaverunt. Alii quidem in capite, alii in brachiis combusti et læsi fuerunt, sed per Dei gratiam omnes ad bonam sanitatem redierunt. Et eadem hora compertum quod fulgur similiter cecidit in pluribus locis patriæ Caletensis, videlicet apud Fovillam, Longam Villam et Novum Castrum.

Anno M°.II.C.LXXXV^{to} fuit coronatus Philippus, rex Franciæ, prædicti Philippi
C tercii filius.

Anno Domini M°.CCC, in die Paschæ[b], cappellani collegii de Darnestalo fuerunt [b] 10 Apr. 1300 fundati, habueruntque in choro ecclesiæ distributiones.

Insuper ejus[1] tempore, videlicet anno Domini M°.III.C. quarto, in Aprili, fuit tanta raritas bladi et ceterorum granorum, tantaque caristia in Rothomagensi ci-
D vitate et locis vicinis, quod mina bladi mediocris vendebatur pretio octo librarum, et mina melioris bladi pretio decem librarum. Quo fiebat ut multi præ famis angustia per vicos semivivi discurrentes voces lacrimabiles emitterent; quorum inopiæ et afflictioni compatiens ipse piissimus archiepiscopus, quandiu duravit dicta caristia, qualibet die erogabat pauperibus trecentas libras turonensium, et multo
E plura erogasset nisi officiarii sui ab ampliori erogatione cum multis suasionibus retraxissent.

Anno CCC. II° exoritur gravis dissensio inter Bonifacium papam et prædictum Philippum, regem Francorum.

Anno M°.CCC.V^{to}, nonis Aprilis[c], obiit prædictus Guillelmus, archiepiscopus [c] 5 Apr. 1306.
F Rothomagensis, cujus corpus fuit sepulturæ traditum honorifice, in introitu capellæ Beatæ Mariæ virginis, retro chorum ipsius majoris ecclesiæ, ad manum sinistram. Cui successit, non per electionem capituli, sed per provisionem summi pontificis, nepos Clementis papæ nomine Bernardus ......[2], de Vasconia natus.

Hujus temporibus, videlicet circa annum M.III.C.VI^{tum}, de regno Franciæ expulsi
G fuerunt Judæi.

Et anno sequenti, eadem die et hora, capti fuerunt omnes Templarii de regno Franciæ et carceribus mancipati propter hæreses pessimas et nefandissima sodomiæ scelera et alia enormia crimina, quibus irretiti erant, et turpiter sed veraciter diffamati.

H Præfato Bernardo, circa annum Domini M.CCC.XI, de ipsa Rothomagensi sede ad archiepiscopalem Narbonæ sedem per præfatum Clementem, avunculum suum, translato, per eumdem Clementem papam ad ipsam archiepiscopalem Rothomagensem dignitatem fuit promotus et assumptus egregius et venerabilis vir magister Ægidius Asselini, de Alvernia oriundus, tercio nonas Maii[d], et fuit receptus [d] 5 Maii 1311
J in possessionem ipsius archiepiscopatus primo per procuratorem II° idus Junii[e], [e] 12 Jun. 1311. deinde in propria persona die decollationis beati Johannis Baptistæ XXIX Augusti, anno prædicto M°.III.C.XI.

Anno CCC.XIII°, Edouardus, rex Angliæ, duxit in uxorem Ysabellam, filiam Philippi regis Franciæ.

K Anno M°.III.C.XIIII, obiit rex Philippus kalendis Decembris[3]. Cui Ludovicus, filius ejus primogenitus, successit, anno ætatis ejus XXVI^{to}, et erat tunc rex Navarræ, et fuit unctus in regem anno CCC.XV°, tertia die Augusti.

Anno III.C.XVI obiit prædictus rex, qui anno præcedenti fecerat suspendi Enguerrannum de Marigni, militem Normanum, in patibulo Parisiensi vocato Mons
L Falconis.

Anno prædicto, Philippus frater dicti Ludovici successit regno, qui eodem anno obiit, scilicet CCC°.XVI^{to}, et alii dicunt anno III.C.XXI°[4], quo suscepit regnum Karolus Pulcher, frater dicti Philippi.

[1] *Archiepiscopi Guillelmi de Flavacuria.*
[2] *Locus vacuus in cod. Supplendum* de Fargiis
[3] *Philippus Pulcher die 29 Nov. a. 1314 obiit.*
[4] *Philippus V mortuus est 3 Jan. 1322, n. s.*

Anno ccc.xviii° obiit Ægidius, Rothomagensis archiepiscopus, cui per provisionem apostolicam successit egregius vir Guillelmus de Duro Forti, de Vasconia oriundus. Cujus tempore a venerabili patre domno Johanne Mar d'argent, abbate monasterii Sancti Audoeni Rothomagensis, consilio et auxilio domini Karoli, comitis Valesii, mense Maii, die Sancti Urbani, videlicet xx[v] ejusdem, anno iii.c.xix[1], fuit inchoatum magnum, sumptuosum et pulcherrimum ædificium ecclesiæ seu templi ejusdem monasterii Sancti Audoeni, et ad magnum augmentum deductum, quanquam adhuc hiis diebus incompletum sit. A B

Anno iii.c.xxiiii°, matutinæ, quæ in ecclesia Rothomagensi dicebantur hora mediæ noctis duodecima, occasione cujusdam cappellani accedentis ad matutinas graviter vulnerati, incipiuntur dici hora quinta et sexta per ferias. C

Anno Domini iii.c.xxviii mortuus est sine herede prædictus Karolus Pulcher rex. Quo decedente, finiit linea Hugonis Capet, quæ perseveravit in regno Francorum annos iii.c.xxxix. Anno prædicto iii.c.xxviii suscepit regnum Philippus, comes Valesii, tanquam proximus heres in corona regni Franciæ per lineam masculinam, quia si femina in dicto regno jus habuisset, Edouardus, rex Angliæ, maritus prædictæ Ysabellæ, quæ erat filia Philippi regis Francorum et heres suorum fratrum, videlicet Ludovici, Philippi et Caroli Pulchri, qui obierant sine progenie, fuisset rex Franciæ. D

EXTRAIT

D'UNE CHRONIQUE DE ROUEN

CONTINUÉE JUSQU'EN 1492.

AVERTISSEMENT.

Le manuscrit français 18930 (jadis de S. Germain n. 1488 et plus anciennement 2141), copié au commencement du xvi[e] siècle, contient une chronique de Rouen, en français, qui s'arrête à l'année 1492, et qui descendait peut-être encore plus bas, puisque le manuscrit semble avoir perdu ses dernières feuilles. Cette chronique renferme des détails curieux sur l'histoire de Rouen au xv[e] siècle. C'est elle qui a fourni à M. Charles de Beaurepaire, la relation de l'entrée de Charles VIII à Rouen, qui a été publiée par la Société des antiquaires de Normandie[2]. Pour le xiii[e] siècle et le commencement du xiv[e], le fond de la chronique française consiste en une traduction, souvent fort inexacte, de la chronique latine et de la continuation que nous venons de publier[a] et que l'édition du P. Labbe a fait connaître depuis longtemps. Toutefois le compilateur de la chronique française a intercalé çà et là des articles supplémentaires, dont l'équivalent n'existe pas dans le texte latin et que nous avons crû devoir recueillir, en omettant, bien entendu, plu-

[a] P. 331 et 343.

[1] *Corrig.* anno m.ccc.xviii. *Vid. infra* Chroniques des abbés de Saint-Ouen.

[2] Mémoires de la Société des antiquaires de Normandie, 2[e] série, X, 279-306.

sieurs passages empruntés à Guillaume de Nangis et aux Chroniques de Saint-Denis.

A L'an M.II.C.XXVII fut roy de France sainct Lois, lequel fonda plusieurs églizes.
A Paris il fonda l'Ostel-Dieu, les Quinze-vingz, les Filles repenties, les Chartreux,
les Carmes, et ediffia l'églize des Cordeliers. A Rouen il fonda l'ostel et églize des
Frères Prescheurs, nommez les Jacobins, qui lors estoient hors la ville, oultre la
rivière de Seine, auquel lieu il fonda une religion de dames nommééz les Amuréez :
B Item il fonda audit Rouen une religion de dames nommééz les Beguines. Item il
fonda ung hostel-Dieu à Vernon. Item il en fonda ung autre à Pontoize, et plusieurs autres églizes.

Dedens Paris, ville de grand renom,
Fist sainct Lois, neufviesme de ce nom,
C C'est assavoir la roialle chappelle,
Prez le palaix, et les lieux que on appelle
La Maison-Dieu, très-pitoiable lieu,
Les Quinze-vingz, a[u]ssi les Filles-Dieu,
Les Blancz Manteaux, Saincte Croix Bretonnière,
D Et les Chartreux par oeuvre singulière.
Aussi dota de moult beaux edifices
Les Mendiens, à prier Dieu propices.

L'an M.II.C.LIIII. Alexandre de Villedieu en Normendie composa le Doctrinal[1].

L'an M.II.C.IIII.XX. L'ordre des Célestins fut commencée. En ce temps estoit à
E Paris maistre Nicole de Lire, docteur en théologie[2], et aussi florissoit Albert le
Grand[3] théologien, et aussi le docteur subtil maistre Jehan l'Escot.

Ce dit an, la rivière de Seine crut si merveilleusement, que les pontz de Paris,
qui estoient de pierre, furent abatus et tumbèrent en la rivière. Puis furent refaictz de bois et durèrent jusquez à l'an M.IIII.C.IIII.XX.XIX, que le pont de Nostre-
F Dame fondit et tumba de rechef en la rivière, puis a esté refaict de pierre. Et
estoient les dictes eaues si grandes à Rouen, que, aux octaves de la Tiphaigne, elle
montoit par dessus la chausée des Amuréez trois piedz, et par dessus la chausée
de Martainville six piedz. Aussi à Paris, du costé de la porte Sainct-Denis, on ne
povoit entrer en la ville que par basteaux. Et continua tout le mois de fevrier
G ensuivant. Et puis veint une griefve gelée, qui dura jusquez au mois d'apvril ensuivant, dont procéda grande stérilité de biens.

L'an M.II.C.IIII.XX.II. Aux octaves de l'assencion de Nostre Seigneur, fut parfaicte
une cloche qui fut nommée Rigault, et estoit encoire du don de Monseigneur
Odo Rigault, et estoit la plus grosse qui fût pour lors en l'église de Nostre-Dame
H de Rouen.

L'an M.II.C.IIII.XX.V estoient Jehan l'Escot et Jehan André deux grandz docteurz juristes à Boulongne la Grace.

En ce temps furent instituez les festes des quatre docteurs de l'églize, sçavoir est sainct Hierosme, sainct Augustin, sainct Ambroise et sainct Grégoire[4].

I L'an M.II.C.IIII.XX.XIIII. Benoist cardinal de Gaiete, après la cession de Célestin V^e^,
la veille de nativité de Nostre-Seigneur, feust esleu pape, et fut nommé Boni-

[1] *La composition du Doctrinal date du commencement du XIIIe siècle. Voy. un article de M. Duval dans* l'Hist. litt. de la France, XVIII, 202, *la thèse de M. Thurot* (De Alexandro de Villa Dei doctrinali ejusque fortuna; Paris, 1850, in-8°), *une notice de M. Laisné* (*extr. des* Mémoires de la Societé archéol. d'Avranches), *et un article de M. Morand, dans la* Revue des Sociétés Savantes, 3e série, II, 50. *M. Laisné a cité un passage de l'obituaire de la cathédrale d'Avranches, d'où il résulte qu'Alexandre de Villedieu posséda une prébende dans cette église :* Quarto kalendas Augusti, obiit Alexander de Villa Dei, canonicus Sancti Andreæ.

[2] *Il est douteux que Nicolas de Lire, qui mourut le 23 octobre 1341* (Fabricius, Bibliotheca mediæ et infimæ latinitatis, ed. Mansi V, 115), *fût déjà célèbre à Paris en 1280.*

[3] *Le manuscrit porte* Alain. *Albert le Grand mourut le 15 novembre 1280.*

[4] *La chronique latine* (*plus haut*, p. 346) *rapporte avec raison cette institution à l'année 1295.*

face VIII[e], et fut homme fort magnanime, et n'estoit pas grand clerc. Et dit on A de luy :

> Intravit ut vulpes,
> Regnavit ut leo,
> Mortuus est ut canis.

L'an M.II.C.IIII.XX.XVI. La rivière de Seine fut si grande, que toute la ville de B Paris en fut circuie de toutes pars, tellement que, du costé des portes Sainct-Anthoine, Sainct-Martin, Sainct-Denis, Monsmatre et Sainct-Honnoré, on n'y eust sceu entrer sans bateau.

L'an M.III.C.VI. Au mois d'apvril, trespassa Guillaume de Flavencourt, archevesque de Rouen, lequel en son vivant fonda la messe de Nostre-Dame, qui se dit C en la chapelle de derrière. Et gist son corps à la dicte chapelle, à main senestre, et y a en escript ce qui ensuit.

Epitaphe :

Cy gist homme de bonne mémoire, mons. Guillaume de Flavencourt, jadis archevesque de Rouen, qui trespassa en l'an de grace mil trois cens et six, le VI[e] jour d'apvril. Priez Dieu pour D l'ame de luy.

L'an M.III.C.X, l'archevesque de Sens avec ses suffragantz feist ung concille, auquel, par le commandement du pape, furent condampnez publiquement à Paris LIIII templiers, qui estoient demourez de la court séculière à estre bruslez[1]. Et tost après, eut ung autre concille à la province de [Reims], où furent bruslez E le demourant de l'archevesché. Et le tiers fut au Pont de l'Arche, où furent condempnez les dis templiers.

L'an M.III.C.XIII. Les festes de Pentecouste, Philipe, roy de France, feist chevaliers ses trois filz, Lois, Philipe et Charles, à Paris. Et y eut grande joie faicte, present à ce Edouart, roy d'Engleterre, gendre du dit roy de France et mary de F Ysabeau de France, seur des ditz chevaliers. Et fut toute la ville tendue de tapiserie. Et fut la feste tenue au palaix de Paris, que le dit roy de France avoit faict faire de nouveau, de très-beau et sumptueux oeuvre par ung chevalier normant qui estoit conte de Longueville, nommé Enguerrand de Marigny, saige homme, qui estoit du tout son gouverneur, et avoit la charge de ses finances et G affaires du roiaulme, lequel avoit eu la charge de faire le dit ediffice.

Quatrain.

> Philipe Bel, roy très-noble et loial,
> Par Enguerrand, seigneur de Longueville,
> Ediffia dedens Paris la ville H
> Moult richement le sien palaix roial.

L'an M.III.C.XXI fut une infamie contre les ladres du roiaulme de France : car les sains ne voulurent point que ilz puisasent de l'eaue en leurs puits ne en leurs fontaines; mais les voulurent par tout le roiaulme faire occire. Dont il fut ordonné que leurs maisons seroient loing du peuple, et leurs maisons du siècle furent par J la justice condampnez à estre bruslez.

L'an M.III.C.XXIIII fut ordonné par le chapitre de Nostre-Dame de Rouen que les matines, que on avoit acoustumé de dire à mynuict, seroient d'oresnavant dictes au matin, et la cause de ceste mutation et changement, fut pour ce que l'ung des chappelains de l'églize fut griefvement blessé et navré en venant à ma- K tines.

[1] *Le rédacteur de cette chronique aurait dû traduire* : qui furent laissés à la cour séculière et brûlés. (*Voyez plus haut*, p. 347 k.)

E BREVI ROTOMAGENSIUM ARCHIEPISCOPORUM CHRONICO.

MONITUM.

Codex latinus 5195 (olim 9855.3, prius Bigotianus 181) nobis suppeditat breve Rotomagensium archiepiscoporum chronicon, cujus pars prior orta est ex eorumdem archiepiscoporum actis quæ D. Joannes Mabillon publici juris fecit[1]; posterior vero constat ex variis notis, quarum recentissima, si clausulas post tempus adjectas exceperis, spectat ad Guillelmum de Estoutevilla, ab anno 1453 ad annum 1483 Rotomagensem archiepiscopum.

A LIII. Anno M°.II.C.XXIX°, die sancti Firmini [a], obiit Theobaldus, rexit ecclesiam septem annis. [a] 25 Sept.

LIV. Successit Christi servus Mauricius isti,
Justus, devotus, parcus sibi, largus egenis;
In Domino totus, nunquam vixit sine pœnis.

B Hic adeptus est sedem anno M°.II.C.XXX°, obiitque apud Salicosam, in vigilia Epiphaniæ anno M.II.C.XXXIIII°.

LV. Cui successit Petrus anno M°.II.C.XXX.VI°.

In quo jus, pietas, ratio, lex, gratia, vivit;
Ortu Campanus, sensu Catho, dogmate plenus.

C Rexit ecclesiam annis novem. Obiit anno M°.II.C.XLV°.

LVI. Cui successit Odo de Sancto Dyonisio, qui dedit Yebberon pro servitio altaris. Rexit duobus annis. Obiit anno M°.II.C.XLVII.

LVII. Odo Rigault, præsul magnificus, successit, et consecratus est in ecclesia Rothomagensi anno M.II.C.XLVIII°, tempore quo regnabat in Francia sanctus Ludo-
D vicus, qui obiit in castris ante Carthaginem anno M°.II.C.LXX. Hic Rigaudus magnifice et laudabiliter rexit ecclesiam annis XXVIII, obiitque feliciter anno M°.II.C.LXXV°. Sepultus est in capella Beatæ Mariæ retro altare majus.

LVIII. Guillelmus de Flava Curia, vir nobilis moribus et scientia, successit. Electus fuit a capitulo in archiepiscopum anno M°.II.C.LXXVI°. Iste venerabiliter vixit,
E capellam Beatæ Mariæ retro majus altare, in qua sepultus est, ædificare fecit, campanam dictam Rigault nomine prædecessoris sui componere fecit, collegium Sancti Spiritus in sua ecclesia fundavit, et ad declarandum miracula quæ per merita beati Ludovici, quondam regis Franciæ, in ecclesia Beati Dyonisii fiebant, mandato apostolico, commissus fuit, ipsumque ad canonizandum præsens inter-
F fuit, tempore regis Philippi Franciæ et Normannorum ducis, filii sancti Ludovici. Tempore istius archiepiscopi tanta inundatio aquarum fuit, quod pons dirumpitur; sed veniente processione cum brachio sancti Romani, aqua repente visibiliter et miraculose se retraxit. Propter famem validam II.C. modia bladi pauperibus erogavit, et plus elemosinasset; sed burgenses mercatores impediverunt propter
G suum lucrum. Invenitur tamen quod quolibet die erogabat in pane et argento

[1] Analecta, in-fol. p. 222

usque ad CCC libras turonensium. Laudabiliter rexit ecclesiam annis XXIX, obiitque A
feliciter anno M°.CCC° quinto.

LIX. Huic successit Bernardus, nepos Clementis papæ quinti, qui anno sequenti receptus est, et per eumdem papam anno M°.CCC.XII° ad ecclesiam Narbonensem translatus.

LX. Et loco ipsius Ægidius Asselini in archiepiscopum Rothomagensem con- B
secratus est, qui rexit ecclesiam annis sex. Obiit anno M°.III.C.XVIII. Hoc in tempore visæ sunt duæ cometæ vicissim in anno[1], et secuntur multa mala.

LXI. Guillelmus de Duro Forti successit Ægidio, qui rexit ecclesiam duodecim annis.

E METRICIS ARCHIEPISCOPORUM ROTOMAGENSIUM CATALOGIS.

MONITUM.

Sæculo XII ineunte jam exstabat metricus archiepiscoporum Rotomagensium catalogus, quem Ordericus Vitalis quinto Ecclesiasticæ historiæ libro inseruit. Hujus catalogi tres habemus continuationes, unam in codice latino Parisiensi 4863, alteram in Libro eburneo Rotomagensi et in codice latino Parisiensi 5659, tertiam denique in codice Rotomagensi Y 41. E tribus excerpsimus elogia præsulum qui Rotomagensi ecclesiæ, regnante sancto Ludovico, præfuerunt.

I. E cod. lat. Paris. 4863. C

LIII. Hinc est scribendus Thebaudus, ob inde canendus
Quod laudare piam satagebat ubique Mariam.

Hic Theobaldus rithmos et cantilenas et sequentias faciebat, et a clericis versus fieri jubebat de gloriosa Dei genitrice.

LIIII. Post non indigne plenus Mauricius igne D
Sancti fervoris, pondus suscepit[2] honoris.
Postea Mauricius, de præsule Cinnomanensi,
Fit gregis egregius dux urbi Rothomagensi.
[LV]. Post datur hæc sedes Petro dicto Colomedes,
Qui post in sedes Albanas fertur et ædes. E
Post te, Maurici, meruit Petrus benedici
Præsul non præda, vir dictus de Colomeda.
It Romam talis; sed papæ d[e]inde sodalis,
Fit cardinalis, remanet mox pontificalis,
Ciddaris Albanæ datur illi; fert bene sane. F
Absens Normannis fit planctus pluribus annis.
[LVI]. . . . . [3].
[LVII]. Digne subis valde, frater Minor Odo Rigalde,
Cordarum frater, nunc es in urbe pater.

[1] *Anno 1315 exeunte et anno 1316 ineunte; vid. supr.* t. XXI, p. 725 j. et t. XXII, p. 20 b.

[2] *Cod.* sucepit.

[3] *Erasi sunt versus quinque.*

A II. Ex libro eburneo Rotomagensi (p. 40) et e cod. latino Paris. 5659.

Post sedem tenuit Theobaldus pontificalem,
Quo non exhibuit se quisquam plus socialem;
Mentis præclaræ, nichil umquam gessit avare,
Cui fuit absque pare res preciosa dare.

B Post hunc Mauricius, qui pastor Cenomanensis
Extitit eximius, fit præsul Rothomagensis.
Successit Christi servus Mauricius isti,
Qui multis annis præsul fuerat Cenomannis,
Justus, devotus, parcus sibi, largus egenis.
C In Domino totus, nunquam vixit sine pœnis
Quis salvaretur, ut sic Christo frueretur,
Quo baptisato, requievit fine beato.

Hanc sedem Petrus Medio de Colle subivit,
In quo jus, pietas, ratio, lex, gratia vivit.
D Ortu Campanus, sensu Cato, dogmate canus;
Ejus larga manus; ad summa negocia Janus.
Inclitus athleta fidei, propria nece spreta,
Sulcans classe freta fuit hostis præda quieta.
More rapax pardi tulit hunc Urbs et sibi cardi-
E Nalem fecit eum, viduæ rapiens Heliseum.

III. E cod. Rotom. Y 41, f. 14 verso.

Hinc multiphariæ Theobaldus cella sophiæ
Præfuit ecclesiæ, venerandæ verna Mariæ.

Plus quam laude pari post hos decet hic venerari
F Mauricii clari vitam, mores memorari.

Præfuit in patrem Petrus vafer inmediate,
In papæ fratrem translatus pro bonitate.

Odo pro Petro datur in velamine tetro,
Insignis metro vitæ, normæ dyametro.

G Divinæ legis non expers vernaque regis
Hinc fuit Odo pater, Minor insuper antea frater.

Post duplici clero radians et dogmate vero
Præfuit ecclesiæ frater Minor Odo Mariæ.

E ROTOMAGENSIS ECCLESIÆ NECROLOGIO.

MONITUM.

Veteri Rotomagensis ecclesiæ necrologio nobis innotuerunt plurimi præsules et clerici, qui varias in prædicta ecclesia dignitates obtinuerunt, quorumque nonnulli publicis eventibus immixti sunt. Horum et aliorum qui de Rotomagensi ecclesia bene meriti sunt nomina excerpsimus e codice Parisiensi, inter latinos 5196 (olim 4229. 1,

Baluz. 136), cui titulus : « Incipit obitarius tam ex antiquis quam ex « novis registris hujus ecclesiæ, de mandato capituli extractus sive « compositus per venerabiles viros dominos Gaufridum de Brienchone, « Johannem de Nova Curia, pœnitentiarium, Guillermum de Essartis, « Arnaldum Mancipi, canonicos Rothomagenses, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, circa festum Magdalenæ, ad perpetuam inibi contentorum memoriam et ad instructionem utilitatemque canonicorum præsentium et etiam futurorum. Et si quisquam « aliquid exinde detrahendum vel addendum recte prospexerit, ad « limam correctionis manu apposita, superflua radendo, quod deest « superaddat, quoniam omnium habere memoriam et in nullo penitus « errare potius divinitatis quam humanitatis existit. » Prætermisimus tum clausulas quæ post annum 1329 adjectæ sunt, tum et enumerationem redditurum quos ratione singulorum obituum canonici Rotomagenses percipere solebant.

Ex altero Rotomagensis ecclesiæ necrologio, quod sæculo XIII tempore Odonis Rigaudi exaratum est quodque Rotomagi in archivo Præfecturæ servatur[1], nonnulla collegimus quæ vel inter uncos distincta edidimus vel in notas rejecimus.

---

2 Jan. Domina Gonnil, mater reverendi patris domini Galteri[2], archiepiscopi Rothomagensis. — Magister Jacobus de Trembleyo, canonicus Rothomagensis. A

3 Jan. Magister Godefridus, presbiter[3].

4 Jan. Galterus, filius Gueroudi. — Guillermus Freschet. — Philippus de Ambleinvilla, decanus[4].

5 Jan. Hugo de Sarques[5]. — Dominus Robertus de Becco, capellanus in ecclesia Rothomagensi. — [Hac die habent clerici chori xx solidos ad missam de Spiritu sancto celebrandam pro reverendo patre H. Pisano, archiepiscopo Nichociensi[6]]. B

7 Jan. Robertus Esvelart. — Mater Mathæi filii Nicholai. — Magister Galterus de Parvo Ponte. — Filia Petri filii Michaelis. C

[a] 1181 1192. 8 Jan. Johannes, Lucæ filius, [episcopus Ebroicensis[a]]. — Benedictus Grognet. — Guillermus de Frontebosc. — Quarta commemoratio felicis memoriæ Guillermi de Flava Curia, quondam archiepiscopi Rothomagensis[7].

9 Jan. Cecilia de Talamo. — Magister Clemens, canonicus. — Magister Johannes de Albegniaco, canonicus. D

10 Jan. Stephanus de Boulon[8]. — Magister Robertus de Tyouvilla, canonicus.

11 Jan. Mauricius, archiepiscopus Rothomagensis[9]. — Magister Ricardus de Recta Curia, canonicus et pœnitentiarius Rothomagensis.

12 Jan. Commemoratio Philippi[10], regis Franciæ.

[1] *Vid. Catalogue général des cartulaires des archives départementales*, p. 34 et 35.

[2] *Galteri de Constantiis, sæpius in hoc necrologio memorati, a. 1207 mortui.*

[3] *Cod. Rot.* Godefridus Anglicus, sacerdos et rector ecclesiæ Becci Herluini.

[4] *A. 1279 et 1290 sedebat.*

[5] *Cod. Rot.* Hugo de Sarqus, quondam Remensis archidiaconus, pro cujus obitu recolendo dedit nobis Johannes, quondam archidiaconus Augi, frater ejus, XI solidos...

[6] *Conjicimus* H. Pisanum *eumdem esse ac* Hugonem *quem Michael Le Quien (Orientis christ. tomo* III, *col.* 1204) *dicit a. 1251 electum fuisse archiepiscopum Nicosiensem, cum auctores Galliæ christianæ* (XI, 117) *memorent* Hugonem de Pise *anno 1247 fuisse Rotomagensis ecclesiæ decanum, et in cod. latino 15745, olim sorbonico, hæc adjecta fuerit annotatio :* Iste liber est magistri Hugonis Pisani, quondam decani Rothomagensis, et debet mitti apud Ciprum, in abbatia que vocatur Episcopia.

[7] *A. 1306 obiit.*

[8] *Cod. Rot.* Stephanus de Bolon, levita et canonicus.

[9] *Mortuus a. 1235.*

[10] *Philippi Augusti; vide infra ad 12 jul. — Cod. Rot.* Hic fit secundo obitus regis Francorum, qui dedit nobis CCC libras parisiensium ad emendos redditus.

A 13 Jan. Johannes de Porta, [quondam ballivus domini regis[1]].

14 Jan. Gaufridus, decanus[2]. — Eustachia, filia Guillelmi Estate. — Philippus de Hotot, miles[3]. — Domina Eustachia, mater domini Johannis de Mellento, canonici Rothomagensis.

15 Jan. Ricardus Ebroicensis, [canonicus noster]. — Bartholomæus Crassus, B [sacerdos et canonicus]. — Missa de sancto Spiritu pro reverendo patre in Christo domino Guydone de Haricuria, Lexoviensi episcopo[4].

16 Jan. Robertus de Humeto, [canonicus]. — Johannes de Calido Becco. — N. de Savegni, canonicus.

17 Jan. Guillermus capellanus. — Magister Columbus.

C 18 Jan. Emma la Cate[5]. — Hugo, presbiter de Anfrevilla.

19 Jan. Robertus le Bourguegnon. — Prima commemoratio Francisci de Geria.

20 Jan. Tertia commemoratio reverendi patris Odonis Rigaudi, archiepiscopi Rothomagensis[6].

D 21 Jan. Radulphus de Sancto Macuto, [canonicus].

23 Jan. Rogerus Canosart. — Galterus Farel[7].

24 Jan. Magister Fulco de Cany, [canonicus Rothomagensis]. — Magister P. de Vindocino.

25 Jan. Ysabellis Masquefer.

E 26 Jan. Tertia commemoratio Petri, Albanensis episcopi, quondam Rothomagensis archiepiscopi[8].

27 Jan. Commemoratio reverendi patris Johannis de Nocntello[9], quondam cardinalis et archidiaconi Rothomagensis.

28 Jan. Guillermus de Rippa, [sacerdos et canonicus]. — Rocellinus, cantor[10].

F 29 Jan. Magister Reginaldus le Bouglier, [archidiaconus]. — Receptio pallii Theobaldi, archiepiscopi Rothomagensis[a]. [a] 1225

30 Jan. Gaufridus, Sagiensis episcopus[11]. — Radulfus Blondel.

31 Jan. Guillermus Longa Spata[12], [filius Matildis, imperatricis Romanæ].

1 Febr. Radulphus [decanus] de Beaunai. — Dominus Ricardus de Trunco. G — Rex Francorum Karolus, filius Philippi[b]. — Magister N. de Pressorio, quondam canonicus Rothomagensis. [b] 1328

3 Febr. Martinus de Hosa, [pro cujus obitu Osbertus de Hosa, archidiaconus, filius ejus, dedit nobis, etc.]

4 Febr. Henricus Coqus, [venerabilis archidiaconus.]

H 5 Febr. Radulphus de Dauboio[13]. — Magister Johannes le Duc, quondam cantor Rothomagensis.

6 Febr. Guillermus Faber, [canonicus Rothomagensis].

7 Febr. Johanna, uxor Rogeri de Bello Monte. — Secunda commemoratio Guillermi Milhommes et canonicorum Rothomagensium.

J 8 Febr. Robertus, filius Guidonis.

9 Febr. Berta de Freauvilla, [mater Thomæ, decani Rothomagensis[14]].

10 Febr. [Magister Novus, cancellarius Rothomagensis].

11 Febr. Rogerus, filius Reinfredi[15].

12 Febr. Henricus de Castellon, [archidiaconus Cantuariensis, sacerdos et canonicus]. — Magister Robertus de Dieppa.

[1] *Johannes de Porta a. 1227 Rotomagensem balliviam administrabat, teste doctissimo viro Brussel* (Usage des fiefs, I, 489).

[2] *Fort. Gaufridus III, a. 1148-1175 memoratus.*

[3] *Cod. Rot.* Philippus, presbiter de Hotot.

[4] *Obiit 24 Apr. 1336.*

[5] *Cod. Rot.* Emma uxor Martini le Cat

[6] *A. 1275 mortui.*

[7] *Cod. Rot.* Pharet.

[8] *A. 1244 Petrus de Colle Medio ab ecclesia Rotomagensi ad Albanensem translatus est.*

[9] *Johannes Cholet, cardinalis tit. Sanctæ Cæciliæ, de cujus vita vid.* Hist. litt. de la France XX, 113.

[10] *Cod. Rot.* Magister Rocelinus, sacerdos et canonicus.

[11] *A. 1257 obiit. — Cod. Rot.* Gaufridus de Maieto, episcopus Sagiensis..., et ad obitum Matillidis, matris dicti episcopi..., et ad obitum Sansonis, archidiaconi Eboracensis

[12] *Frater Henrici II, Anglorum regis, a. 1164 mortuus*

[13] *Cod. Rot.* de Daubue sacerdos

[14] *Is Thomas a. 1229 Rotomagensis archiepiscopus electus est. Vid. supra, p. 333 f.*

[15] *Cod. Rotom.* Rogerus filius Reinfredi, frater venerabilis Walteri, archiepiscopi, in cujus obitu habemus xxx solidos in molendino Henrici Waspal, quos emit Willelmus, archidiaconus, filius ejus.

13 Febr. Guerricus de Megny, [dictus Decanus]. — Magister Hebertus de Vallibus, archidiaconus Vulgassini Normannici. A

14 Febr. Galterus le Bende, [presbiter]. — Magister Robertus Malet, decanus ecclesiæ Rothomagensis[1].

15 Febr. Nicholaus Nagueit, pater Johannis Nagueit. — [Robertus de Donjon.]

16 Febr. Nicholaus de Merula, [sacerdos et archidiaconus Vulcassini Normannici]. B

17 Febr. Secunda commemoratio magnifici patris Galteri, Rothomagensis archiepiscopi.

18 Febr. Johannes Lucæ. — Johannes de Flava Curia, canonicus.

19 Febr. Rochesia Fessart[2]. — Petronilla Esveillart. C

20 Febr. Clementia [uxor Nicholai] de Donjone. — Johannes Gorran, de Harifleutu.

21 Febr. Magister Henricus de Cinchestre Viconiensis[3], diaconus et canonicus. — Magister Radulphus de Constanciis, [canonicus Rothomagensis]. — Johanna Perier. D

22 Febr. Richerius, cantor. — Gencia Grongnet. — Magister Johannes de Carnoto, canonicus, [cancellarius Rothomagensis].

23 Febr. Droco de Trublevilla, junior, [canonicus]. — Aelicia mater Vincencii Michaelis.

24 Febr. Galterus de Sancto Martino. E

25 Febr. Galterus de Orguel et Emma, uxor ejus. — Comes Atrebatensis[4].

26 Febr. Johannes de Alneto[5] et Maria, uxor ejus.

27 Febr. Avicia Nourri. — Magister Johannes de Guiri, cancellarius Rothomagensis.

28 Febr. Bartholomæus Fergant. F

1 Mart. Robertus Danten. — Magister Ricardus de Fornival[6], [cancellarius Ambianensis]. — Dominus Jacobus de Lengniaco, quondam canonicus Quindecim marcharum[7].

2 Mart. Radulphus filius Gueroudi, [archidiaconus]. — Bazilia [uxor Osberti] Puschart. — [Isembardus Longus Venter. — Ricardus de Vicecomitatu.] G

3 Mart. Magister Taurinus. — Magister Guillebertus de Velly. — Ricardus de Vicecomitatu.

4 Mart. Hugo, Dumeliensis episcopus[8].

5 Mart. Johannes de Housseia, et Claricia, ejus uxor.

6 Mart. Thomas, famulus magistri Herberti [de Andeliaco]. — Alexander de Bardovilla, [sacerdos]. H

7 Mart. Reverendus pater dominus Robertus de Haricuria, Constanciensis episcopus[9].

8 Mart. Guillermus de Boueles, presbiter. — Eodem die fit obitus pro venerandis viris magistris Johanne de Tornebu, Eustachio de Toulli, Petro Scoti, Petro Geraldi, Francisco Karazoli, magistro Guillermo Abbatis, Johanne de Pontizara, quondam canonicis Rothomagensibus. I

9 Mart. Amauricius Grossi. — Domina Emmenjardis de Guiri.

10 Mart. Johannes Paganelli, archidiaconus Constanciensis.

11 Mart. Richedis, mater Nicholai de Mala Palude. K

12 Mart. Nigasius, filius Guidonis, [subdiaconus et canonicus].

13 Mart. Rogo de Freauvilla, [pater Thomæ decani Rothomagensis].

14 Mart. [Hugo de Gornaco, avus et pater Hugonis, ad quorum obitum recolendum Hugo junior dedit XL solidos redditus in præpositura Gornaci].

15 Mart. Franciscus Romanus, canonicus. L

[1] *Præerat a. 1290.*
[2] *Cod. Rot.* Rohais uxor Johannis Fesart.
[3] *Cod. Rot.* Henricus Wincon.
[4] *Robertus, Atrebatensis comes, 8 febr. 1250 in Ægypto occisus.*
[5] *Cod. Rot.* de Asneriis.
[6] *Conf.* Hist. litt. de la France, XXIII, 708.
[7] *Sic dicebantur quidam capellani a. 1190 instituti a Johanne, postea Anglorum rege; vid. Gall. christ.* XI, 3
[8] *Fort. Hugo de Puteaco, Dunelmensis episcopus, qui 3 Martii 1194 obiisse dicitur. Vid. Monast. anglic.* I, 226.
[9] *Obiit a. 1315.*

A 16 Mart. Guillermus de Longo Campo, [clericus].
17 Mart. Prima commemoratio domini Grimerii de Archellis, quondam cano-
nici Rothomagensis.
18 Mart. Secunda commemoratio domini Grimerii[1].
19 Mart. Magister Thomas de Landella, canonicus [et subdiaconus]. — Ma-
B gister Johannes Burnel, [canonicus et subdiaconus].
20 Mart. Magister Guillermus de Blois.
21 Mart. Aelicia de Saucheyo. — Venerandus vir dominus Hugo de Chalen-
tone, canonicus Rothomagensis cantorque Claromontensis.
22 Mart. [Magister Petrus de Capua[2], junior, Sancti Georgii ad Velum Aureum
C diaconus cardinalis, pro quo magister Petrus, nepos ejus, concanonicus noster,
dedit *etc.*].
23 Mart. Thomas Crassus. — Magister Ægidius Picardus[3].
24 Mart. Mathæus Grossus. — Magister Hebertus de Andely, sacerdos et ca-
nonicus. — Johannes Nagueit. — Magister Guillermus de Saana, quondam the-
D saurarius. — Magister Inguerrannus de Cantiers, canonicus. — [Adam, coqus
domini regis Franciæ, pro quo magister Petrus, filius ejus, dedit nobis XL libras
ad emendos redditus.]
25 Mart. Guillermus de Roboreto, canonicus.
26 Mart. Magister Hugo de Maldestour, quondam decanus[4]. — Magister Jo-
E hannes de Sancto Laudo, [canonicus]. — [Willelmus Ingeneut. — Hugo de
Grantpre.]
27 Mart. Guineotus, canonicus. — Osbertus de Augo, canonicus. — Comme-
moratio [Theobaldi et Aviciæ], patris et matris Nicholai de Claustro, [clerici]. —
Magister Johannes de Stampis, cantor Rothomagensis. — Anno Domini M°CCC°
F quinto, in crastino Purificationis[a], dedit Robertus de Becco, capellanus in eccle- [a] 3 Febr. 1306
sia Rothomagensi, *etc.* (N. S.).
28 Mart. Magister Symon fisicus. — Bernardus, quondam Ambianensis epi-
scopus et canonicus Rothomagensis[5].
29 Mart. Robertus Fructuarius. — Magister Petrus Coquus. — Sanctissimus
G pater Martinus[b] papa, quondam archidiaconus Rothomagensis. — Johannes [b] Martinus IV.
Dauzola[6], scutifer domini Rothomagensis archiepiscopi.
30 Mart. Michael Fauvel.
31 Mart. Magister Ricardus Vavasseur.
2 Apr. Magister Jocius, canonicus. — [Michael Nazire, quondam capellanus
H capellæ domini archiepiscopi Rothomagensis.]
3 Apr. Secunda commemoratio Francisci de Geria.
4 Apr. Aelicia relicta Ricardi de Cornoualle. — Ricardus de Cornoualle.
5 Apr. Amicus, thesaurarius. — Evrardus. — Magister Johannes Bordet, ca-
nonicus et succentor. — Magister Guillermus de Floriaco, quondam canonicus.
I 6 Apr. Obiit[c] Ricardus, rex Anglorum, qui dedit III.C. modios vini de modia- [c] 1199.
tione sua in vicecomitatu Rothomagensi, de quibus archiepiscopus habet centum
modios, et capitulum ducentos modios, pro restauratione dampnorum eidem ec-
clesiæ illatorum a rege Franciæ Philippo[d]. — Magister G. de Moncellis. — [Jo- [d] Phil. Aug.
hannes Bordet].
K 7 Apr. Petrus de Vestiario, sacerdos et canonicus. — Magister Johannes de
Gamachiis.
8 Apr. Lucas de Grandi Prato. — Quarta commemoratio venerandæ recorda-
tionis Odonis Rigaudi, quondam archiepiscopi Rothomagensis.
9 Apr. Hugonis, archiepiscopi Rothomagensis[7]. — Petrus Bouic, cantor et

[1] *Cæteras ejusdem Grimerii commemorationes omittemus.*
[2] *Fort.* Petrus Romanus, *qui ab anno 1216 ad annum 1242 fuit diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum, aut* Petrus Capocius, *ejus successor, qui 18 Maii 1259 obiisse dicitur.*
[3] *Cod. Rot.* Ægidius Flandr. canonicus et subdiaconus.
[4] *A. 1245 occurrit. — Cod. Rot.* Magister Hugo de Maudestor, cantor Baiocensis.
[5] *Bernardus de Abbatis villa, a. 1278 mortuus.*
[6] *Ad diem 30 Mart. iterum annotatus est* Johannes Dauzola (*id est* d'Auzolle), Claremontensis diocesis.
[7] *Hugo I qui a. 730 obiisse dicitur.*

canonicus. — Philippus Cambiator. — Anfridus[1] de Sancto Vedasto. — Guillermus de Novione, miles. — Bonæ memoriæ Guillermus de Flava Curia, quondam archiepiscopus. A

10 Apr. Magister Ricardus de Connevilla[2], sacerdos et canonicus.

11 Apr. Magister Guillermus Lemovicinus[3].

12 Apr. Romanus, filius Nicholai, [sacerdos]. — Guillermus [dictus] Decanus [de Bleinvilla]. — Magister Johannes de Floriaco, quondam canonicus. B

13 Apr. Laurencia Labbe.

14 Apr. Robertus dictus Balbus, archidiaconus Augi.

15 Apr. Lucas, sacerdos et canonicus. — [Magister Rogerus d'Argis[4], canonicus et subdiaconus.] C

16 Apr. Magister Theobaldus de Casteillon, canonicus.

17 Apr. Gaufridus de Amundevilla, [sacerdos et canonicus].

18 Apr. Heloida Malasnon. — Ysembardus de Placentia[5].

19 Apr. Missa sancti Spiritus pro domino Radulpho, rectore Sancti Viviani.

20 Apr. Magister Guillermus Landri, [subdiaconus et canonicus]. D

21 Apr. Dominus Almaricus de Meulento, miles.

22 Apr. Laurencius de Longo.

23 Apr. Magister N. de Bethesiaco, canonicus.

24 Apr. Aniana, uxor Osberti Puchart. — Commemoratio magistri N. de Bethesiaco. E

25 Apr. Reverendus pater Guido de Merula, episcopus Lexoviensis[6].

26 Apr. Reinfredus, pater reverendi in Christo patris domini Galteri, quondam archiepiscopi. — Ricardus de Leincestre, [canonicus Rothomagensis].

27 Apr. Rogerus Grongnet. — Mathæus Grossi[7].

29 Apr. Hugo Polleit. — Commemoratio Aeliciæ Michaelis senioris, Aviciæ Nourri, Petronillæ Naguet et Johannæ Perier, defunctarum. — [Nicholaus de Claustro]. F

30 Apr. Osmundus Perier. — Rogerus, [presbiter, quondam avunculus magistri Hugonis de Maudestor].

1 Maii. Guillermus de Annevilla. — Prior clericus. G

2 Maii. Rocelinus Tihart. — Adam de Sancto Wandregisillo.

3 Maii. Aufrida [uxor Hugonis] Vastel. — Magister Johannes Alauda.

4 Maii. Robertus, archiepiscopus quondam Rothomagensis[8]. — Tieboudus de Quievreville, [pater G. de Kievrevilla, canonici]. — Dominus Petrus de Gamachiis, capellanus. — Dominus Nicolaus de Autolio, episcopus Ebroicensis[9]. H

5 Maii. Odo de Sancto Dyonisio, archiepiscopus[10], [in cujus obitu habent canonici VII libras et X solidos, et clerici chori XXX solidos in molendino de Devilla, quod ipse construxit]. — Dominus Symon de Alisiaco, presbyter.

6 Maii. Silvester de Vatevilla.

7 Maii. Magister Guillermus de Verdun, archidiaconus [Gloecestriæ] et canonicus Rothomagensis. J

8 Maii. Matildis Perier. — Johannes de Sarques, archidiaconus Augi.

9 Maii. Dodelina. — Robertus de Castro. — Johanna Naguet. — Magister H. Martel.

10 Maii. Agnes Dogone[11]. — Magister Eustachius, sacerdos et canonicus. — Hugo de Amolio, archidiaconus Minoris Caleti. K

11 Maii. Magister Guillermus de Salmovilla, canonicus [et subdiaconus].

12 Maii. [Hugo de Mesnilclac. — Hugo de Alvernia].

13 Maii. Robertus de Vicecomitatu.

[1] *Cod. Rot.* Anfrida.

[2] *Cod. Rot.* Toimevilla, *fort. pro* Tonnevilla.

[3] *Cod. Par.* Lemocin. *adjecta compendii nota. Cod. Rot.* Magister Willelmus Limovicensis, phisicus.

[4] *Cod. Paris.* de Apgies.

[5] *Cod. Rot.* Ysembardus, notarius domini papæ et canonicus Rothomagensis.

[6] *Obiit a. 1285.*

[7] *In quodam anni 1199 instrumento memoratus est* Mathæus Grossus, tunc major Rothomagi.

[8] *Anno 1211 vivere desiit.*

[9] *Mortuus a. 1298.*

[10] *Obiit a. 1247.*

[11] *Codex Rot.* Dagonne.

A 15 Maii. Robertus [Canutus[1], famulus magistri Herberti]. — Magister Petrus de Capua, canonicus et diaconus.

16 Maii. Tertia commemoratio magnifici patris domini Galteri, archiepiscopi quondam Rothomagensis.

17 Maii. Ancellus de Augo, canonicus. — Robertus de Hosa, [canonicus Ro-
B thomagensis]. — Ricardus de Roseria, presbiter.

18 Maii. Fulcherius de Ysneauvilla.

19 Maii. Nicholaus Rollant. — Bertrannus cancellarius.

20 Maii. Radulphus Magnus. — Pater et mater Adæ de Augo.

21 Maii. Bona nata Cheval. — Magister Guillermus de Cornicorne[2].

C 22 Maii. Radulphus de Boes[3].

23 Maii. Guillermus, cantor, sacerdos et canonicus quondam Rothomagensis. — Magister Radulphus de Albusone, quondam canonicus Rothomagensis.

24 Maii. [Matillis Farel].

25 Maii. Salomon Parvus. — Petrus, Albanensis [episcopus, quondam Rotho-
D magensis] archiepiscopus[4]. — Bazilia de Orliens.

26 Maii. Magister Adam Rigaudi, alias de Verneau, quondam decanus[5].

27 Maii. Guillermus Balbus, sacerdos.

28 Maii. Petronilla Vaquelin. — Hugo Caufe l'eaue.

29 Maii. Galterus Martel, [clericus].

E 30 Maii. Jacobus, quondam archidiaconus Rothomagensis[6]. — Missa de sancto Spiritu pro reverendo patre domino Guillelmo de Flava Curia, archiepiscopo Auxitanensi[7], quondam archidiacono Rothomagensi.

31 Maii. Dominus Petrus Germani, quondam canonicus Rothomagensis.

1 Jun. Robertus Osmundi, levita et canonicus, et Matildis Fourment.

F 2 Jun. Gaufridus ad Dentem. — [Haisia ad Dentem, uxor dicti Gaufridi]. — Magister Petrus d'Ons, archidiaconus Caletensis.

3 Jun. Dominus Johannes de Morgnivalle, quondam canonicus et succentor Rothomagensis.

6 Jun. [Galterus de Casteneio, levita et canonicus]. — Magister Guillermus de
G Canapevilla, cantor[8] Rothomagensis. — Magister Radulphus de Ostrehen, archidiaconus Majoris Caleti. — Clementia Lucratrix.

9 Jun. Vir magnæ scientiæ dominus Franciscus Carazoli, doctor in theologia.

10 Jun. Magister Stephanus de Senonis, quondam canonicus et archidiaconus Rothomagensis[9].

H 11 Jun. Henricus rex[10], et Alienor regina[11].

12 Jun. Ricardus de Mala Palude, [canonicus et subdiaconus, nepos Ricardi decani]. — Magister Johannes de Cessonia.

13 Jun. Helyas Anglicus, [sacerdos et canonicus].

14 Jun. Maria de Alneto, quondam uxor Guillermi de Alneto.

J 15 Jun. Magister J. de Fonte, canonicus Rothomagensis.

16 Jun. Magister Adam de Augo, [subdiaconus et canonicus].

18 Jun. Magister Johannes de Heudincourt, quondam rector ecclesiæ de Heudincourt. — [Basilia uxor Roberti Gallici].

19 Jun. Dominus Laurentius le Devin, capellanus in ecclesia de Bourriaco. —
K Magister Eustachius de Toulli, quondam canonicus.

20 Jun. Guillermus de Flava Curia[12], pater reverendi in Christo patris et domini Guillermi, quondam Rothomagensis archiepiscopi.

21 Jun. Magister Reginaldus de Yvemesnillo[13].

[1] *Cod. Par.* Robertus canonicus.
[2] *Cod. Rot.* Corintone.
[3] *Cod. Rot.* Boos.
[4] *Vid. supra, ad diem 26 jan.*
[5] *A. 1299 et 1305 occurrit.*
[6] *Cod. Rot.* Magister Jacobus de Abbatisvilla, archidiaconus Rothomagensis.
[7] *Guillelmus de Flava Curia, primum Vivariensis episcopus, deinde Carcassonensis, a. 1323 vel 1324 ad Ausciensem ecclesiam translatus est.*
[8] *Cod. Rot.* cancellarius.
[9] *Cod. Rot.* archidiaconus Majoris Caleti.
[10] *Henricus, filius Henrici II, Anglorum regis.*
[11] *Uxor Henrici II, Anglorum regis.*
[12] *Cod. Rot.* Guillelmus de Flavacort, miles.
[13] *A. 1269 memoratus. Vid. infra,* 371 e.

22 Jun. Magister Hubertus, sacerdos et canonicus. — Mathæus Enardi. — Rogerus de Frontebosc[1]. A

23 Jun. Petrus de Quevilli. — Magister Leonardus de Pisa, sacerdos et canonicus. — Reverendus in Christo pater dominus Ægidius, Rothomagensis archiepiscopus[2].

24 Jun. . . . Item habemus pro roburga[3] XL libras IX solidos, videlicet de Cantu Avis XXX libras et IX solidos, et X libras de vicecomitatu Rothomagensi, et hanc roburgam percipere debent qui residentiam suam faciunt per octo menses in anno, secundum formam et modum qui requiruntur in debita Penthecostes, sine mortuis et communiis[4], qui de dicta roburga nichil percipere debent. B

25 Jun. Nicholaa de Spina. C

26 Jun. Magister Petrus de Aubemalla, levita et canonicus. — Johannes Grossi.

28 Jun. Robertus de Mala Palude.

29 Jun. Magister Petrus Blesensis[5], [sacerdos et canonicus].

30 Jun. Guillermus de Nangiaco[6], sacerdos et canonicus[7]. D

1 Jul. Maugerus, episcopus [Wigornensis].

2 Jul. Reverendus in Christo pater Odo Rigaut, quondam archiepiscopus Rothomagensis.

4 Jul. Benedictus, sacerdos et canonicus.

5 Jul. Gueroudus[8]. — Alanus Brito, canonicus. — Johannes Batiecoc. E

6 Jul. Robertus Avenarius. — Secunda commemoratio reverendi patris domini Guillermi de Flava Curia, quondam archiepiscopi.

7 Jul. Rex illustris Anglorum Henricus secundus[9], filius Matildis imperatricis.

8 Jul. Robertus de Sancto Ermelando, canonicus.

9 Jul. Avicia, uxor Nicholai de Orliens[10]. — Radulphus de Cailli. — Missa de Spiritu sancto[11] pro domino Johanne de Dumo. F

10 Jul. Aelina, mater Enardi. — Johannes de Viriaco, archidiaconus Rothomagensis [in Vulcassino Normannico].

11 Jul. Secunda commemoratio bonæ memoriæ domini Ægidii, quondam archiepiscopi Rothomagensis. G

[a] Phil. Aug.

12 Jul. Obiit rex Philippus[a], qui dedit nobis CCC libras parisiensium ad emendos redditus, unde sunt empti redditus qui continentur supra, sexta die post Epyphaniam, *etc.* — Magister Petrus de Porta, sacerdos et canonicus.

13 Jul. Hubertus Galteri, Cantu[a]riensis archiepiscopus[12].

14 Jul. Johannes de Villiers[13], levita et canonicus. — Senebaldus, canonicus [et subdiaconus]. H

15 Jul. Johannes dictus Archiepiscopus, de Ponte Archæ, junior.

16 Jul. Arnulphus, quondam Ambianensis episcopus[14].

17 Jul. Dominus Mathæus Carazola, quondam archidiaconus Majoris Caleti.

18 Jul. Dominus Martinus de Fovilla. — [Ansgerus de Casteneio. — Petronilla, mater Basiræ Cambiatricis.] I

19 Jul. Magister Ricardus Gaalon, archidiaconus hujus ecclesiæ [in Majori Caleto].

20 Jul. Magister Johannes Silvanetensis, diaconus et canonicus.

21 Jul. Arnulphus, comes Augi[15]. K

[1] *Cod. Rot.* de Fronte Nemoris.

[2] *Obiit a. 1318.*

[3] *Hic locus recitatus est in Cangiano Glossario* (V, 784), *cum hac interpretatione*: Certa distributio in ecclesia Rothomagensi, quæ fortean a fundatore nomen habet.

[4] *De clericis communis, gallice* de la commune, *vid. Gall. Christ.* XI, 3.

[5] *Cod. Par.* Blecenensis.

[6] *Cod. Rot.* Nengis.

[7] *Hunc Guillelmum de Nangiaco censemus discernendum a Chronicorum auctore. Idem fort. est ac dominus Guillelmus de Nangisio, regis capellanus, cujus mentio occurrit in charta a. 1262, apud Douet d'Arcq*, Recherches sur les anciens comtes de Beaumont, p. 98.

[8] *Cod. Rot.* Geroldus.

[9] *Henricus II, Anglorum rex, a. 1189 mortuus.*

[10] *Cod. Rot.* Michaelis d'Orliens.

[11] *Vocibus* de Sp. sancto *e cod. erasis, post mortem Johannis de Dumo, substitutæ sunt voces* de Requiem.

[12] *A. 1205 mortuus.*

[13] *Cod. Rot.* Vilers.

[14] *Obiit a. 1246.*

[15] *Nullus Arnulphus occurrit in serie Augensium comitum; fort. leg.* Radulphus.

A 22 Jul. Obitus patris et matris magistri Johannis de Floriaco, quondam canonici Rothomagensis.

23 Jul. Magister Stephanus de Loris, canonicus. — [Rogerus Grossus.]

24 Jul. Evrardus de Castenei, pater Galteri canonici. — Uxor Baldouini le Pouletier. — Dominus Philippus de Ruppe.

B 25 Jul. Radulphus de Sancto Dyonisio, [sacerdos et] canonicus [Quindecim marcarum].

26 Jul. Festum beatæ Annæ, matris gloriosæ Dei genitricis Mariæ, hac die celebretur, cum luminari et pulsatione campanarum et cum apertione tabularum altarium, more solemnis triplicis, et cum legenda et officio propriis, quod ad sup-
C plicationem Guillermi de Albussaco, cantoris hujus ecclesiæ, fuit institutum perpetuo in ipsa ecclesia... — Margareta, uxor Roberti Masquefer.

27 Jul. Beatricia, uxor Mathæi Parvi. — Ricardus Hairon, canonicus. — Clemens de Synors[1]. — Reverendus pater Ægidius de Aurengniaco, quondam episcopus Nichociensis[2].

D 28 Jul. Guillermus Caval. — Commemoratio magistri R. de Tiouvilla, quondam canonici. — [Robertus de Fossato.]

29 Jul. Tyelinus de Loviers. — Rogerus succentor. — Dominus Johannes de Catevilla, miles.

30 Jul. Guillermus de Porta, [sacerdos et canonicus]. — Magister Nicholaus
E de Breci, canonicus[3].

31 Jul. Robertus filius Ricardi. — Magister Robertus de Quenchi, [cancellarius Rothomagensis].

1 Aug. Johannes de Pratellis. — Magister Ricardus de Sappo, archidiaconus.

2 Aug. Reverendus pater Johannes de Noentello, cardinalis.

F 3 Aug. Magister Guillermus de Vi, canonicus Baiocensis. — Robertus pater Rogeri Canosart, [canonici Rothomagensis]. — Guillermus Michaelis.

4 Aug. Robertus capellanus, [canonicus et sacerdos]. — Dominus Johannes de Mellento, miles.

5 Aug. Eustachius, Constanciensis episcopus[4]. — Johannes de Eulebeto, ar-
G chidiaconus.

6 Aug. Laurentius archidiaconus. — Ricardus archidiaconus.

7 Aug. Magister Renerius. — Magister Johannes de Mellento. — [Magister Ægidius, archidiaconus Augi].

8 Aug. Robertus de Mala Palude, canonicus, [nepos Ricardi decani].

H 9 Aug. Guillermus Longus Venter. — Robertus Vaquelin. — Magister Thomas de Parisius, canonicus.

10 Aug. Johannes de Longo Campo, [archidiaconus]. — Johannes de Bulleio[5], archidiaconus Majoris Caleti.

11 Aug. Alberada mater Gaufridi de Quievreville. — [Theophania Pouchin].
J — Eodem die obiit dominus Guillermus de Haricuria, qui legavit nobis L libras ad emendum redditus pro anniversario suo faciendo, patris et matris uxorum suarum, ejus filii, Albæ de Avalgor[6], pro quibus assignavimus L solidos de bursa capituli.

12 Aug. Johannes Grognet.

K 13 Aug. Gaufridus de Cotevrart. — Magister Guillermus Hubert, [canonicus et subdiaconus]. — Gaufridus Buticularius, canonicus.

14 Aug. Quarta commemoratio magnifici patris Galteri, quondam archiepiscopi.

16 Aug. Nicholaus de Kalenda et Osanna, ejus uxor.

[1] *Cod. Rot.* Senor. *Is Clemens unam in ecclesia Rotomagensi capellaniam a. 1260 fundavit.*

[2] *Priore manu* archiepiscopus *scriptum fuerat, et fort. recte, cum ecclesiæ Nicosiensi præfuerint archiepiscopi, non autem episcopi. Vid. Orientis christ. tomum III, col. 1201 et s., ubi nulla Ægidii mentio*

[3] *Cod. Rot.* Michael de Bercy, sacerdos et canonicus.

[4] *A. 1291 decessit.*

[5] *Cod.* Bull. *adjecta compendii nota.*

[6] *A. 1312, m. Martio, Guillelmus de Haricuria et Blancha de Avaugour, ejus uxor, de suis bonis ordinaverunt.* P. Anselme, V, 128.

17 Aug. Bertrannus de Cani. — Haysia de Boes[1]. A

18 Aug. Robertus de Quevilli[2]. — Lecia de Brione[3]. — Galterus de Ponte Audemer, [canonicus Rothomagensis].

19 Aug. Magister Johannes de Esseyo[4]. — Sanson, archidiaconus Ebroicensis[5]. — Nicholaus Fauvel, succentor. — Bonæ memoriæ dominus Michael de Malo Conductu. B

20 Aug. Hugo Vastel. — Galterus Varenguier.

21 Aug. Johannes de Droseyo, sacerdos et cantor Rothomagensis. — Magister Theobaldus de Barro, canonicus.

22 Aug. Johannes de Quenouvilla. — Mathæus filius Basiræ.

23 Aug. [Nicholaus de Omellis.] C

24 Aug. Rogerus, decanus Rothomagensis[6]. — Nicholaus de Mala Palude, [sacerdos et canonicus]. — Vincentius Hurtet.

25 Aug. Rogerus de Bello Monte. — Petronilla, uxor Nicholai Pigache. — Magister Tholomæus de Pileo. — Vincentius de Valle Richerii.

26 Aug. Johannes de Sancto Candido et Emma, ejus uxor, [in quorum obitu D habemus xx solidos in domo Radulfi Blondel, quæ est ante novam turrim ecclesiæ]. — Guillermus le Picart, canonicus [et sacerdos].

27 Aug. Guillebertus de Malleis, canonicus.

28 Aug. Johannes de Pratellis, archidiaconus. — Robertus Naguet.

29 Aug. Radulphus de Richepas[7]. E

30 Aug. Girardus Lemovicensis, [canonicus Rothomagensis].

31 Aug. Galterus Farel. — Johanna de Hosa. — Guido de Doey[8].

1 Sept. Otho comes[9]. — [Johannes dictus Speciarius, sacerdos et canonicus Quindecim marcarum].

2 Sept. Emma, vicecomitissa, et Hugo, filius ejus. — Nicholaus Pigache. — F Ricardus de Toqua.

3 Sept. Hebertus Trente mines. — Nicholaus Moustarde[10]. — Guillermus, archidiaconus. — Rogerus de Mesnillo Clac.

4 Sept. [Reginaldus de Sancto Walerico][11]. — Guillermus Lucrator. — Lucas[12] de Donjon. — Magister Stephanus de Asneriis[13]. G

5 Sept. Johanna, regina Ceciliæ[14]. — Michael Taupin, miles.

6 Sept. Estrida. — Radulphus, abbas Fiscanensis[15]. — Magister Guillermus Orselin. — Aelicia Michaelis.

7 Sept. Mathæus Parvus. — Robertus de Sancto Paterno. — Robertus de Puteolis, cantor. H

8 Sept. [Gaufridus de Caprevilla, diaconus et canonicus].

9 Sept. Guillermus de Mara.

10 Sept. Symon de Savarvilla, [presbiter]. — Eodem die missa de sancto Spiritu pro magistro G. Helyæ, archidiacono Vulgassini Franciæ.

11 Sept. Rogerus Hairon. — Petrus, Ambianensis canonicus[16]. I

12 Sept. Rogerus decanus. — Magister Adam Rigaut, canonicus.

13 Sept. Ricardus de Vatevilla. — Odo de Columpna, [canonicus Rothomagensis]. — Petrus de Pape, [archidiaconus Vulcassini Normanniæ]. — Magister Robertus de Senonis, archidiaconus [Vulcassini Normanniæ].

14 Sept. Ricardus, decanus et diaconus. K

[1] *Cod. Rot.* Boos.
[2] *Cod. Rot.* Rogerus de Kevilli.
[3] *Cod. Rot.* de Breonia.
[4] *Cod. Rot.* de Sagio, levita et canonicus.
[5] *Cod. Rot.* Eboracensis.
[6] *Occurrit a. 1210 et 1229.*
[7] *Cod. Rot.* Richepaut.
[8] *Cod. Rot.* Guido de Vy, clericus.
[9] *Otho, Pictaviæ comes, qui a. 1198 rex Romanorum electus est.*
[10] *Cod. Rot.* Nicholaus Mostard. *adjecta compendii nota, fort. pro* Mostardier.
[11] *Cod. Par.* Rogerus de S. Valerio.
[12] *Cod. Rot.* Luca, *pro* Lucia.
[13] *Canonicus Rot. a. 1278 memoratus, infra,* p. 372 c.
[14] *Johanna, filia Henrici II Anglorum regis, uxor Guillelmi Siciliæ regis. — Cod. Rot.* Johanna, regina Ciliciæ (*sic*), quæ dedit quinquaginta marcas argenti pro emendo reddita, ad cujus obitum habemus c solidos de decima Deppæ.
[15] *A. 1219 obiit.*
[16] *Cod. Par.* episcopus, *male quidem, cum nullus Petrus in serie episcoporum Ambianensium ante annum 1482 occurrat.*

A 15 Sept. Laurentia, uxor Guidonis Parvi. — Johannes de Salmonvilla, archidiaconus.

16 Sept. Robertus de Novo Burgo, decanus Rothomagensis[1]. — Helyas[2] Pictavis.

17 Sept. Berardus, archidiaconus. — Magister Andreas de Aulagio.

B 18 Sept. Bernardus de Sancto Valerio. — Cecilia Noel.

19 Sept. Guillermus de Tria, archidiaconus Caleti.

20 Sept. Juliana mater Roberti filii Ricardi. — Magister Guillermus Abbatis.

21 Sept. Magister Ricardus. — Guillermus le Monnier. — Radulphus de Richepont[3]. — [Hac die commemoratio patris et matris domini Johannis de
C Roboreto, militis.]

22 Sept. Guillebertus, canonicus. — Secunda commemoratio Petri Albanensis.

23 Sept. Magister Johannes Cornubiensis. — Commemoratio Guillermi, quondam thesaurarii. — Reverendus pater Nicholaus de Nonacuria cardinalis[4].

D 24 Sept. Johannes[5], Vigorniensis episcopus et decanus quondam Rothomagensis.

25 Sept. Richerius Grin[6]. — Lucas filius Johannis.

26 Sept. Guido canonicus. — [Gaufridus Scambitor.]

27 Sept. Petrus Cheval. — Reverendus pater Theobaldus[7], Rothomagensis
E archiepiscopus.

28 Sept. Rogerus de Gingnes[8]. — Reverendus pater Johannes de Abbatis villa, Ambianensis episcopus[9]. — Mathæus de Alysiaco, [sacerdos et canonicus].

29 Sept. Emma Martini. — Robertus Freschet, sacerdos et canonicus[10]. — Ricardus de Constanciis[11], decanus Rothomagensis.

F 30 Sept. Ysabellis de Hosa. — Guillermus de Hosa, [filius prædictæ Ysabellis. — Gaufridus de Roncheroles. — Robertus de Kevilly. — Memoria magistri Stephani de Asneriis, concanonici nostri].

1 Oct. Dedicatio ecclesiæ Rothomagensis. — Eodem die habent canonici proventus vicecomitatus aquæ Rothomagensis, quicunque sint vel possunt evenire, a
G Ribaldifugo[12] mane in vigilia prædictæ dedicationis usque ad Ribaldifugum mane in crastino dedicationis, excepta modiatione vini. — Obiit Valerannus[13], canonicus.

2 Oct. Galterus de Gorneyo. — Guilibertus, archidiaconus. — Maria, comitissa Augi[14]. — Radulphus de Fovilla et Johanna, uxor ejus.

H 3 Oct. Johannes de Valle Richerii. — Secunda commemoratio bonæ memoriæ Odonis Rigaut, quondam archiepiscopi. — [Ailwardus.]

4 Oct. Nicholaa, uxor Johannis Lucæ, [majoris]. — Rogerus de Malquenchi.

5 Oct. Johannes de Andeliaco. — Magister Symon de Hampegni[15], canonicus. — [Gislebertus Emundi.]

J 6 Oct. Rogerus de Warwic. — Osbertus Puchart. — Johannes Blondel. — Tercia commemoratio felicis memoriæ Guillermi de Flava Curia, condam Rothomagensis archiepiscopi.

7 Oct. Missa de sancto Spiritu pro venerabili viro domino Petro Arquerii[16], do-

[1] *Obiit circ. a. 1188.* — *Cod. Rot.* illustris decanus et archidiaconus Rothomagensis.

[2] *Fort. vox* de *supplenda.* — *Cod. Rot.* Helias Pictauvus.

[3] *Cod. Rot.* Richepaut.

[4] *De dicto Nicolao hæc memorant auctores Galliæ christ.* (XI, 592) : Nicolao de Autolio sedente, floruit Nicolaus alter de Auxilio (*sic*), Nonancuriæ in diœcesi Ebroicensi ortus, qui ob præclaras virtutes factus est presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Damaso. Defunctus Anagniæ, sepultus est in choro ecclesiæ Ebroicensis, sub tumulo æneo, cum epitaphio, quo docemur eum obiisse 9 Sept. 1299.

[5] *Mortuus a. 1198*

[6] *Cod. Rot.* Ric. Grim.

[7] *Obiit a. 1229.*

[8] *Cod. Rot.* Ginges.

[9] *Johannes de Abbatisvilla, Ambianensis decanus, non autem episcopus, postea Bisantinensis archiepiscopus, qui a. 1237 obiit Vid. Gall. christ.* X, 1218, et XV, 62. — *Cod. Rot.* episcopus Sabinensis.

[10] *Cod. Rot.* sacerdos et decanus de Honvilla.

[11] *Conjicimus Ricardum de Constantiis eumdem esse quem Galliæ christianæ auctores Richardum I dicunt quemque anno 1199 annotaverunt.*

[12] *Gallice* Cache-ribaud.

[13] *Cod. Par.* Vuscaleranus.

[14] *Mortua circ. a. 1252.* — *Cod. Rotom. ad 3 Oct.* Nobilis domina comitissa Augi.

[15] *Cod. Rot.* Haupeigui. *Is Rotomagensis canonicus a. 1269 memoratus est, infra,* p. 371 e.

[16] *Memoratus a. 1321 et sequentibus*

mini papæ capellano, decano Rothomagensis ecclesiæ. — [Magistri Stephani de A
Asneriis, concanonici nostri, memoria.]

8 Oct. Beatricia de Mesnillo Clac.

9 Oct. Rocellinus succentor. — Radulfus de Dojone, canonicus.

10 Oct. Galterus de Vassonvilla. — Johannes filius Adiæ[1]. — Magister Ro-
bertus de Pontizara. B

11 Oct. Magister Symon d'Estelant, canonicus.

12 Oct. Beatricia uxor Ricardi de Watevilla. — Fenitus presbiter de Nova Villa.

13 Oct. Guido Parvus. — Guillermus de Sana Villa, canonicus. — Berardus
de Pileo, canonicus. C

14 Oct. Johannes de Campania, [quondam canonicus Rothomagensis].

15 Oct. Magister Johannes de Jumieges, canonicus[2].

16 Oct. Radulfus de Gingnes, canonicus. — Nicholaus, Macloviensis episcopus[3].

17 Oct. Ricardus de la Machacre. — Johannes, rex Angliæ[4]. D

18 Oct. Robertus de Stoutevilla. — Commemoratio H. de Annolio, archidiaconi.

19 Oct. Johannes de Valle Richerii. — Jacobus de Pileo, [canonicus].

20 Oct. Petronilla, uxor Lucæ [Picernæ]. — Magister Johannes de Suesso-
nis[5], canonicus. — Missa de sancto Spiritu pro domino G. Colombel, canonico. E

21 Oct. Matildis de Mayet. — Magister Remigius de Ulteriori Portu, [canonicus et subdiaconus].

22 Oct. Galterus de Richepas[6], quondam thesaurarius. — Robertus Perier.

24 Oct. Magister Bernardus. — Matildis, uxor Hugonis [de Grandi Prato]. —
Nicholaus, presbiter de Villaribus. F

25 Oct. Hugo de Longo Campo, et Guillermus, filius ejus, Eliensis episcopus[7].

26 Oct. Ricardus de Montegny et Emma, uxor ejus, Willelmus[8] et Thomas, filii eorumdem.

27 Oct. Guillermus de Bricia, canonicus Rothomagensis. G

28 Oct. Magister Johannes de Osquevilla, capellanus in dicta ecclesia.

29 Oct. Droco de Trublevilla. — Hugo de Gingnes.

30 Oct. Robertus Masquefer.

31 Oct. Guillermus de Brueria, canonicus. — Magister Yvo Brito, [canonicus
et diaconus. — Baldewinus, famulus domini Guidonis]. H

3 Nov. Mater Stephani de Boulon[9]. — Petrus de Sancto Dyonisio, archidiaconus Vulgassini Franciæ. — Magister Johannes de Domno Martino.

4 Nov. Benedicta [filia Roscelini] Tyhart. — [Magister Ricardus de Salmonvilla, cancellarius hujus ecclesiæ.]

5 Nov. Goya de Loviers. — Robertus dictus Blanc Pain, canonicus [et succen- J
tor Rothomagensis].

6 Nov. Commemoratio Odonis de Sancto Dyonisio, quondam Rothomagensis archiepiscopi[10].

7 Nov. Emmelina filia Petri [filii] Michaelis. — [Ilbertus, sacerdos et canoni-
cus.] K

8 Nov. Johannes filius Lucæ. — Hugo filius Theroudi, [sacerdos et canonicus].

9 Nov. Vermondus[11], presbiter, et Johannes Fessart, ejus frater. — Venerabilis Rosteyn[12], quondam Carpatrensis episcopus et canonicus Rothomagensis. — Dominus Philippus de Flava Curia, thesaurarius quondam Rothomagensis.

[1] *Cod. Rot.* filius Adæ de Novo Castro.

[2] *Cod. Rot.* Joh. de Gemeticis, archidiaconus.

[3] *Obiit a. 1262.*

[4] *Mortuus 19 Oct. 1216.*

[5] *Cod. Paris.* Suessenonis.

[6] *Cod. Rot.* Richepaus.

[7] *A. 1197 mortuus.*

[8] Willelmus *cod. Par. abest.*

[9] *Cod. Rot.* Matildis, mater magistri Stephani de Bolon.

[10] *Mortuus a. 1247.*

[11] *Cod. Rot.* Vymondus.

[12] *Is est, nisi fallimur,* Petrus Rostagni, *qui Carpentoractensi ecclesiæ a. 1275 et 1279 præerat.*

A 10 Nov. Hugo, quondam archiepiscopus Rothomagensis[1]. — Henricus, cantor Rothomagensis.

11 Nov. Algarus, Constanciensis episcopus[2]. — Galterus Cornubiensis, cancellarius Rothomagensis. — Magister Adam de Sancto Dyonisio, archidiaconus Rothomagensis. — Magister Eustachius de Mesy, canonicus.

B 12 Nov. Guillermus de Sancto Paulo. — Vir magnæ prudenciæ dominus Henricus Amandi, doctor in theologia, qui dedit nobis domum suam quam emit in Magno Ponte. — Vir venerabilis et discretus dominus Radulphus de Haricuria. — Rogerus Strabo. — Robertus de Braya, canonicus.

13 Nov. Stephanus Tyart[3] et Emma, uxor ejus. — Magister Gaufridus de
C Hauvilla. — Magister Girardus de Saloe[4], canonicus.

14 Nov. Robertus de Insula Bona, canonicus. — Magister Laurencius de Ricardi Villa, canonicus [et subdiaconus].

15 Nov. Magister Symon, cancellarius. — Gaufridus Trenteguerons. — Reverendus pater Ranulphus, episcopus Parisiensis[5].

D 16 Nov. Reverendus pater Galterus, Rothomagensis archiepiscopus[6]. — Magister Hebertus, canonicus.

17 Nov. Magister Rogerus Canosart, canonicus. — Magister Novus[7], canonicus. — Magister Symon de Parisius, canonicus.

18 Nov. Robertus de Sancto Nicholao. — Magister Symon Mauricii.

E 19 Nov. Johannes de Rothomago, [canonicus. — Basiria Cambitrix, soror ejusdem Johannis].

20 Nov. Emma, uxor Bartholomæi Fergant. — Avelina, mater Guillermi de Sancto Paulo. — Johannes [de Sancto Ermelando], cantor Rothomagensis. — [W. de Sancto Leonardo.]

F 21 Nov. Philippus de Mala Palude. — Robertus de Esseyo.

22 Nov. Helyas de Varvic, [levita et canonicus].

23 Nov. Guillermus Cornubiensis.

24 Nov. Galterus de Sancto Valerico, [archidiaconus et levita]. — Radulphus de Mesnillo Clac. — Mathæus de Mesnillo Clac, [clericus et diaconus].

G 25 Nov. Robertus de Mesnillo Clac. — Guillermus Johannis. — Odo Bigot.

26 Nov. Reverendus pater Rotrouldus, archiepiscopus Rothomagensis[8].

27 Nov. Rogerus canonicus[9]. — Guillermus de Cally, [civis Rothomagensis]. — Magister Robertus de Greinvilla, canonicus [et subdiaconus].

28 Nov. Gaufridus, archiepiscopus Rothomagensis[10]. — Gaufridus, Ambianen-
H sis episcopus[11].

29 Nov. Andreas clericus. — [Johannes], pater Stephani de Boullon[12]. — Petrus de Sancto Germano, canonicus. — Magister Robertus de Asneriis, canonicus.

30 Nov. Nicholaus Naguet senior.

1 Dec. [Festum sancti Eligii, quod fecit triplicari magister Hugo de Maudestor[13]]
J — Yvo de Veteri Ponte, [archidiaconus Rothomagensis].

2 Dec. Henricus primus, rex Angliæ[14]. — Magister Radulphus de Cotevrart, canonicus[15].

4 Dec. [Durandus molendinarius.]

5 Dec. [Emma], mater G. thesaurarii. — Emma de Loviers. — Ricardus de
K Boisseel. — Magister Rogerus de Bures archidiaconus[16]. — Juliana, mater Guillermi de Flava Curia, quondam Rothomagensis archiepiscopi.

6 Dec. Nicholaus de Sancto Germano, [canonicus et subdiaconus].

[1] *Hæc nota referenda est ad Hugonem III, qui a. 1164 obiit, non, ut in Gallia christ. traditur, ad Hugonem II, a. 989 mortuum.*

[2] *Decessit a. 1151.*

[3] *Cod. Rot.* Stephanus filius Tibart.

[4] *Cod. Rot.* Girardus de Saloel, diaconus et canonicus.

[5] *Obiit a. 1288.*

[6] *Cod. Rotom.* Walterus, archiepiscopus, magnificus benefactor hujus ecclesiæ.

[7] *Cod. Rot.* Nevelo.

[8] *Obiit a. 1183.*

[9] *Cod. Rot.* Reginaldus, canonicus et subdiaconus. *Mortuus a. 1128.*

[10] *Obiit a. 1236*

[11] *Vid. supra*, 358 d.

[12] *A. 1245 decanus erat; vid. supra*, 361 d.

[13] *Mortuus 1 Dec. 1135*

[14] *A. 1269 memoratus, infra*, p. 371 e.

[15] *Cod. Rot* R. de Bull archidiaconus Minoris Caleti.

7 Dec. Jordanus, Lexoviensis episcopus[1]. — Mater Ricardi de Cornoallc[2]. — A
Magister Thomas de Braya, canonicus. — Hugo de Yssiaco, quondam abbas Sancti Germani de Pratis[3].

9 Dec. Petrus de Novo Mercato. — Philippus d'Orliens. — Guillermus de Mellento, dictus le Bochu.

10 Dec. Odo de Pontizara, [cantor Rothomagensis]. B

11 Dec. Avicia de Casteneyo. — Theobaldus, rex Navarræ[4], et ejus uxor.

12 Dec. Magister Symon de Marcha. — [Waukelinus le Cordoanier, in cujus obitu habemus XL solidos ad opus fabricæ, donec opus perficiatur, et post perfectionem operis habebunt prædicti canonici prædictos XL solidos in obitu dicti Waukelini, in terra Petri Mounarii juxta portam Rodebeccæ et terram Rogeri de C
Foucardi Monte, quondam succentoris Rothomagensis[5]. — Willermus de Flavacort, miles, et Juliana, ejus uxor, pro quibus magister Willermus de Flavacort, concanonicus noster, filius eorum, dedit, *etc.*]

13 Dec. Magister Arnulphus de Bizancio, canonicus.

14 Dec. Acius Tortus. D

15 Dec. Petrus de Autolio[6] canonicus. — Magister Johannes de Fleinvilla, cantor Rothomagensis. — [Lucas, filius Johannis Vicecomitis.]

16 Dec. Heldeburgis de Ysneauvilla.

17 Dec. Guillermus filius Roulonis. — Petrus de Ysneauvilla. — Domina de Catevilla. E

18 Dec. Johannes Lemovicensis.

19 Dec. Prima commemoratio Guillermi Milhommes et canonicorum Rothomagensium. — [. . . . . de Vivario, pater Willelmi militis de Vivario.]

20 Dec. Petronilla de Cotevrart. — Dominus Johannes de Bosco Normanni. — [Goia.] F

21 Dec. Alexander de Spineto, [canonicus Rothomagensis]. — Mater Rogeri Canosart, canonici.

22 Dec. Hildeburgis mater Rogeri decani. — Guerardus, pater prædicti Rogeri, decani.

23 Dec. Petrus de Richepas[7], canonicus. — Henricus de Huglevilla, canonicus. G

24 Dec. Robertus Perier. — Ægidius de Augo, canonicus.

26 Dec. Johannes de Sanwic[8], sacerdos.

31 Dec. [Milo, subdiaconus et canonicus.]

NOTÆ E LIBRO EBURNEO ROTOMAGENSI EXCERPTÆ.

MONITUM.

E majori Rotomagensi ecclesia pervenit ad ejusdem civitatis bibliothecam vetus membranaceus codex, tabulis eburneis coopertus, ideo dictus Liber eburneus, cujus partes præcipuæ, ad historiam Rotomagensium archiepiscoporum spectantes, sæculo XII exaratæ sunt.

[1] *Obiit a. 1218.*

[2] *Cod. Rot.* Gertruda, quæ dedit II uncias auri Beatæ Mariæ.

[3] *Mortuus a. 1246 vel circ.*

[4] *Theobaldus II, Navarræ rex, a. 1270 mortuus.*

[5] *Hæc clausula in cod. Rot. prima manu, id est tempore Odonis Rigaudi, exarata est.*

[6] *Cod. Par.* Ancolio.

[7] *Cod. Rot.* Richepaut

[8] *Cod. Rot.* Sauviz.

In vacuis foliis adjecta sunt plurima documenta, quorum priora sæculo XII, recentiora autem sæculo XVIII adscribenda sunt. Inde varias sæculorum XIII et XIV notas selegimus quæ ad rem nostram pertinebant, easque nunc demum, servatis notatisque temporibus, in lucem producimus.

A Anno Domini M°CC°XL°, dominus thesaurarius[1] tradidit domino decano et ca-
pitulo Rothomagensi XI cappas de vestiario, ad casulas faciendas, ad ecclesias
capituli. (*Pag.* 11.)
Actum fuit hoc anno Domini M°CC°L° tertio, die Jovis proxima ante purificatio-
nem beatæ Virginis[a]. — Ego Ricardus, episcopus Abricensis, ecclesiæ Rothoma- [a] 29 Jan. 1254.
B gensi et reverendo patri Odoni, archiepiscopo Rothomagensi, ejusque successo-
ribus canonice intrantibus, canonicam obedientiam et reverentiam me perpetuo
servaturum promitto, et manu propria confirmo. (*Pag.* 6.)
[Anno M.CC.LXIV[2].] — Ego Ricardus, abbas Gemmeticensis, ecclesiæ Rothoma-
gensi et reverendo patri Odoni, Dei gratia Rothomagensi archiepiscopo, ejusque
C successoribus canonice intrantibus, canonicam obedientiam et reverentiam me
perpetuo servaturum promitto et manu propria confirmo et subscribo. (*Pag.* 4.)
Anno Domini M° CC° LX° nono, die Mercurii post festum apostolorum Petri et
Pauli[b], expulsi fuerunt a choro Rothomagensi quatuor de parva forma, scilicet [b] 3 Jul. 1269
Johannes Picardi, Robertus Pestier, Rossellus, Evrardus, meritis suis exigentibus,
D de communi assensu omnium qui tunc præsentes erant in capitulo, et ordinatum
fuit in eodem capitulo quod non possent de cetero revocari, nisi de communi
assensu omnium eorumdem qui tunc fuerint[3] in capitulo, nullo videlicet eorum
neque uno singulari contradicente. Nomina autem eorum qui tunc fuerunt in
capitulo sunt hæc: dominus decanus, thesaurarius, archidiaconus major, cantor,
E Willelmus archidiaconus, Ricardus archidiaconus, cancellarius, Robertus Por....,
Nicolaus Fau[vel][4], Radulfus Co[5]...., Symon Ampeg[6]...., Jacobus Corbi....,
Odo Bi[got][7], officialis, Johannes Ga...., Reginaldus de Ivemen[illo], Ægi-
dius Aug[ensis], pœnitentiarius, Nicolaus Savig[8]...., Thomas Bra....[9], Tholo-
mæus. (*Pag.* 4.)
F Anno Domini M° CC° LXX[mo] octavo, die festo sancti Romani ad pardonem[c], præ- [c] 23 Oct. 1278
sentatus fuit in capitulo Rothomagensi, ex parte archiepiscopi Willelmi, Philippus
de Ablevilla ad præbendam quæ fuit quondam magistri Berardi de Pileo, qua die
contentio fuit in capitulo super eo quod quidam dicebant dictum Philippum non
debere ad dictam præbendam recipi, nisi prius juraret se fuisse de legitimo ma-
G trimonio procreatum, aliis e contra asserentibus ipsum non teneri prædictum fa-
cere juramentum; et sic contentione non sedata, receptus fuit a quibusdam, aliis
contradicentibus et cum indignatione recedentibus et asserentibus juramentum
prædictum debere præstari de consuetudine ecclesiæ Rothomagensis. Quibus
actis, pars capituli quæ contradixerat receptioni prædictæ significavit archiepi-
H scopo qualiter receptus fuerat contra consuetudinem ecclesiæ Rothomagensis.
Archiepiscopus vero dictam consuetudinem approbavit, asserens se præstitisse si-
mile juramentum quando receptus fuit ad præbendam quam habuit in ecclesia
Rothomagensi, et præcipiens ut in crastino iterum reciperetur ab omnibus con-
corditer, præstito prius juramento prædicto. Prædictus itaque Philippus crastino
J venit in capitulum, et dictum præstitit juramentum, et postea receptus fuit adhi-
bitis sollempnitatibus omnibus quæ solent in canonicorum Rothomagensium re-
ceptionibus adhiberi. (*Pag.* 172.)

[1] *Cod.* tessaurarius.
[2] *Vid. supra, tom. XXI, p. 590.*
[3] *Cod.* fuert, *adjecta compendii nota.*
[4] *Vid. infra*, p. 372 d.
[5] *Fort.* Radulfus de Colevrart; *conf. Reg. visit. archiep. Rotom.* p. 527, 528 *etc.*
[6] Symon de Hampegni, *in Rotom. necrologio ad 5 Oct memoratus.*
[7] *Conf. Reg. visit. archiep. Rotom.* p. 478 et 667.
[8] Nicolaus de Savigniaco, *vid. Reg. visit. archiep. Rotom.* p. 487.
[9] Thomas de Braya, *supra*, p. 370 a

[a] 19 Dec. 1278. Anno Domini M° CC° LXX° octavo, die Lunæ ante festum beati Thomæ apostoli[a], A
venit frater Henricus, custos Beatæ Mariæ Magdalenæ Rothomagensis tunc tem-
poris, in capitulo nostro, videlicet in vestiario, et reddidit præfato capitulo spon-
tanea voluntate, non coactus, claves fontis ecclesiæ Rothomagensis, cujus cal-
daria existit in fossato domini regis, et renunciavit dictus custos expresse omni
possessioni et omni proprietati dicti fontis, ore proprio confitens et dicens domi- B
nium cum possessione ad præfatum capitulum pertinere, præsentibus hiis : reve-
rendo patre Guillelmo de Flavicuria, Dei gratia Rothomagensi archiepiscopo,
pluribusque dominis et magistris, videlicet G. de Saana thesaurario, Ingerranno
de Estrepegniaco, archidiacono de Augo, primitus in illo eodem capitulo con-
stituto, Stephano de Senonis, archidiacono Majoris Caleti, N. de Bethesyaco, ar- C
chidiacono Minoris Caleti, Theobaldo, archidiacono Vulcassini Francisci[1], Ægi-
dio de Augo, succentore tunc temporis, Roberto de Puteolis, N[icolao] Fauvel,
Stephano de Asneriis, Symone Mauricii, Rollando Rubeo, Symone de Marco,
Johanne de Cessonno, et pluribus aliis. Hiis itaque rite peractis, statim eadem
die, hora majoris missæ, dominus N[icolaus] Fauvel et magister Johannes de D
Cessonno, concanonici nostri, nomine capituli, iverunt ad fontem prædictum et
aperuerunt hostia dicti fontis, et visitaverunt caldariam ejusdem, præsentibus
cum præfatis canonicis magistro Johanne Davy, magistro operis ecclesiæ tunc
temporis et maxime dicti fontis, Gaufrido de Valle Richerii, civibus Rothomagen-
sibus, Johanne de Auborvilla, Guillelmo de Archis, Roberto Petitprestre, presby- E
teris, Eustachio le Daneys, Roberto Agache, Gilleberto Rufo, N. Rufo, Roberto
de Briaute, Martino dicto Crestien, Reginaldo de Homma, clericis chori, et plu-
ribus aliis de parrochiis Sanctorum Gildardi et Laurentii Rothomagi. (*Pag.* 169.)

Cum magister Johannes dictus de Monte Forti, tunc decanus Sancti Candidi
Senioris Rothomagensis, fecisset citari coram se dominum Radulfum Souris, cano- F
nicum Quindecim librarum in ecclesia Rothomagensi, tunc in dicta parrochia
Sancti Candidi commorantem, et eumdem suspendisset de facto, ad instantiam
Rogeri de Valle, boulenguarii, de parrochia Sancti Macuti Rothomagensis, post-
modum præfatus decanus Sancti Candidi, ad mandatum decani et capituli Rotho-
magensis, venit in capitulo coram eis, et ibidem dictam suspensionem ab eo de G
facto in dictum Radulfum emissam verbo tenus revocavit, et litteram super dicta
revocatione promisit eisdem faciendam ac etiam sigillandam. Actum, absente de-
cano, præsentibus venerabilibus et discretis dominis et magistris Philippo thesau-
rario, H. archidiacono Minoris Caleti, N. succentore, P. de Logiis, Stephano de
Asneris, J. de Elleboto, H. Martel, R. de Tyouvilla, J. de Morgnival, M. de Cre- H
picordio, Grymerio, G. de Blesis, Symone de Bosco Garnerii ac pluribus aliis.
Anno Domini M° CC° octogesimo nono, die Mercurii in festo Exaltationis sanctæ
[b] 14 Sept. 1289. Crucis[b]. (*Pag.* 172.)

Anno Domini M° CC° nonagesimo, die Martis in crastino pardonis sancti Ro-
[c] 14 Oct. 1290. mani[c], magistris stantibus sive sedentibus in scacario Rothomagensi supplicavit J
[d] Robertus. pro nostra ecclesia vir venerabilis et discretus magister R[d]. dictus Malet, decanus
Rothomagensis, pluribus de nostro capitulo sibi assistentibus, ut magistri com-
pellerent Nicholaum de Villaribus, tunc vicecomitem Rothomagensem, ad facien-
dum nobis liberum accessum ad fontem nostrum qui est in fossatis domini regis,
quæ idem vicecomes acceperat in hereditagium a rege, et fecerat ea claudi. Cui K
præceperunt magistri per Reginaldum dictum Barbou quod daret nobis liberum
arbitrium eundi et redeundi ad dictum fontem quando et quotiescunque nobis
fuerit oportunum, præsentibus Symone, episcopo Parisiensi, R. de Nigella[2], co-
mite Pontivi, prædicto Reginaldo Barbou, Galtero ballivo Rothomagensi, Adam
Halot, ballivo Caletensi, Vincentio Tancreti, ballivo Constantiensi, Johanne de L

[1] *Ita in cod.*

[2] *Fort. Radulfus de Nigella Franciæ cambellanus. Attamen, quoniam in hac testium serie suum cuique testi adscriptum fuit nomen, voces* comite Pontivi *ad voces* R. de *Nigella pertinere videntur; cum autem eo tempore nullus e gente Nigellensi comes Pontivi appellatus fuerit, nisi Johannes, qui anno 1284* Johannes de Falevi, comes Pontivi, *in regestis Parlamenti* (Boutaric, I, 389) *dicitur, fieri potest ut hic erraverit amanuensis, et pro* R. de Nigella *legendum sit* J. de Nigella.

A Sancto Leonardo et magistro H. de Ria, civibus Rothomagensibus. Quod promisit idem vicecomes in posterum se facturum.

Qua die supplicatum fuit per dictum decanum et canonicos ibi assistentes eisdem magistris ut ipsi, nomine regis, redderent dictis decano et capitulo ventas sive dangeria de quibusdam terris quas receperat Guillelmus dictus As Cros, tunc
B vicecomes de Novo Castro, in solutum de quodam homine dictorum decani et capituli de parrochia de Cledis, pro precio quater viginti et decem et octo librarum turonensium, quarum ventarum erat summa septem libræ decem solidi et novem denarii. Quam supplicationem videntes dicti magistri justiciam continere, præceperunt Adæ Halot, tunc ballivo Caletensi, quod dictas ventas nomine do-
C mini regis dictis decano et capitulo solvi faceret per vicecomitem memoratum. (*Pag.* 8.)

Ego[1] Philippus, episcopus ecclesiæ Sagiensis, ecclesiæ Rothomagensi et reverendo patri domino Guillelmo, archiepiscopo Rothomagensi, ejusque successoribus canonice intrantibus, canonicam obedientiam et reverentiam me perpetuo
D servaturum promitto et manu propria confirmo.

Nota quod Philippus prædictus, Sagiensis episcopus, consecratus fuit in curia Romana. Statim cum rediit de curia, non venit ad ecclesiam Rothomagensem, facturus professionem suam ibidem. Postea tamen citatus et invitus rediit et fecit reverenciam et obedientiam, ut supra scriptum est. (*Pag.* 9.)

E Anno Domini M° CC° nonagesimo quinto, die Mercurii post festum beati Vincentii[a], magistri Henricus Martel, Mathæus de Crepicordio, Philipus de Rupe[2] [a] 25 Jan. 1296
Guidonis et Eustachius de Tourniaco, canonici Rothomagenses, iverunt ad fontem Beatæ Mariæ per domum Alveredi de Vanchi, de voluntate dicti Alveredi, et invenerunt hostium dicti fontis apertum; et fecerunt ibi poni unam serraturam
F novam, et tradiderunt clavem domino Roberto de Tronco, capellano suo, custodi fabricæ Beatæ Mariæ. Et dictus Alveredus fecit eisdem canonicis restitui serraturam quam per Acelinum fabrum fecerat amoveri, prout confessus fuit Acelinus prædictus. Præsentibus ad prædicta capellanis Cristiano de Fonte, Nicolao de Alacri Monte, Roberto et Guillelmo de Poullingnis, Gaufrido de Blaruto,
G Johanne Moraan, clericis; Guillelmo Tallant, Johanne de Breeval, Guillelmo Burnel, armigeris; Guillelmo de Sancto Audoeno de Brolio, Ricardo de Boulebec, Johanne le Quarpentier, qui posuit serraturam, serviente Roberti Tierri. (*Pag.* 8.)

Anno Domini M° CC° nonagesimo sexto, die Veneris ante Pentecosten[b], juravit [b] 11 Maii 1296.
H articulos qui sequuntur Radulphus dictus de Valle, capellanus in ecclesia Rothomagensi, quando fuit institutus in officio ad custodiendum truncum nostrum..... (*Pag.* 7.)

Anno Domini M° CC° nonagesimo octavo, die Veneris ante Ramos palmarum[c], [c] 10 Apr. 1299.
nos decanus et capitulum Rothomagense capud sanctum almiflui confessoris
J beati Severi honorifice ac cum reverencia debita reposuimus sive recondimus in vase argenteo deaurato, ad similitudinem episcopi sumptuose fabricato. Ad perpetuam rei memoriam, hoc ecciam hic duximus annotandum. (*Pag.* 6.)

Anno[3] Domini M° CC° nonagesimo nono, in scacario Paschæ, fuit inhibitum ex parte decani et capituli Rothomagensis ecclesiæ Petro dicto Saymel, ballivo Ro-
K thomagensi, et magistro Gaufrido Avice, tunc vicecomiti Rothomagensi, ne ipsi seu eorum alter aliquem incarceratum ex parte regis pro causa criminali traderent morti seu ad alium carcerem transferrent, donec dicti decanus et capitulum in die Ascensionis Domini, secundum consuetudinem dictæ ecclesiæ antiquam et approbatam, et secundum privilegium concessum beatæ Mariæ et beato Romano
L et[4] ecclesiæ Rothomagensi, unum de dictis incarceratis pro voluntate eorum elegissent, quem secundum dictam consuetudinem et privilegia eisdem videretur expedire. Qui ballivus, dicta inhibitione spreta, Robertum de Auberti Bosco, ar-

[1] *Fidelitatis sacramentum quod sequitur ad a.* 1295 *vel circ. referendum est.*

[2] *Cod.* Ripe.

[3] *Conf. Floquet*, Histoire du privilège de saint Romain, I, 70.

[4] *Vocem* et, *quæ in cod. deest, supplevimus.*

migerum, fratrem domini de Auberti Bosco, nepotem domini Hugonis de Ponte A
Trencardi, militis, detentum pro homicidio contra eum probato, fecit judicari
ad mortem, et fecit eum ligari et trahi ad caudas equorum. Et dum sic trahebatur,
[a] Adamus tur, antequam esset ad patibulum, magistri A[a]. Rigaudi, decanus, Philippus de
Flava Curia, thesaurarius, Mathæus de Crepicordio, Guillelmus dictus Albans et
Fra[n]ciscus Chynchi de Roma, canonici Rothomagenses, supplicaverunt magistris B
qui dicto scacario præsidebant quod ipsi præciperent ne dictus Robertus ultimo
supplicio traderetur, sed ad carcerem regium reduceretur, donec dicti decanus et
capitulum unum de dictis elegissent incarceratis, illum vel alium, prout superius
est expressum. Qui magistri dictæ supplicationi tanquam rationabili annuerunt,
et licet dictus Robertus esset jam prope patibulum, tamen ad carcerem regium C
fuit reductus. Præsentibus et præsidentibus in dicto scacario domino Theobaldo,
episcopo Dolensi, domino Bouvet, thesaurario Andegavensi, Stephano de Benefacta,
milite, Johanne de Montigniaco, Reginaldo dicto Barbou juniori, quondam
ballivo Rothomagensi, insuper dictis Petro Saymel et magistro Gaufrido
Avyce, Nicholao de Villaribus, ballivo Cadomensi, Johanne de Tria, ballivo de D
Caleto, Vincentio Tancré, ballivo Constantini, magistro Henrico de Ria, vicecomite
Cadomensi, Jacobo de Castro, cive Rothomagensi, et pluribus aliis præsentibus.
Insuper, in read[d]ucendo dictum Robertum ad carcerem: magistro Mathæo de Crepicordio,
Hermano de Soyssons, Johanne l'Alemant, Petro de Fresnoy, servientibus
domini regis, Roberto de la Geole, Petro de Viria, notario curiæ officialis, E
Johanne Morant, clerico, Guillelmo Ferri, armigero abbatissæ Sancti Amandi, cum
multitudine hominum copiosa. (*Pag.* 7.)

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, die Dominica post trans-
12 Jul. 1299. lationem sancti Benedicti[b], dominus Guillelmus, Dei gratia Rothomagensis
archiepiscopus, dedit rectori ecclesiæ parrochialis de Craauda, sitæ apud Alacrem F
Montem, quindecim libras annui redditus, super emolumentum batelli de Poleto
Deppæ, quod acquisierat idem archiepiscopus..... (*Pag.* 175.)

[c] 1 Febr. 1300. Anno Domini M° CC° nonagesimo nono, in vigilia Purificationis beatæ Mariæ[c],
magister Petrus de Sancto Dyonisio, tunc temporis officialis Rothomagensis, restituit
magistris Mathæo de Crepicordio, Roberto de Anieriis, Grymerio de Ar- G
cellis, canonicis ecclesiæ Rothomagensis, nomine decani et capituli ecclesiæ Rothomagensis,
Robinetum dictum Roussel, clericum chori ejusdem ecclesiæ,
oriundum de parrochia Sancti Machuti Rothomagensis, quem detinebat suo carceri
mancipatum, pro eo quod idem Robinetus interfuerat una cum Johanne de
Becco Helluini, clerico, et Johanneto, filio magistri Guillelmi Aurifabri, frac- H
tioni cujusdam soppæ prope novum portallum Beatæ Mariæ, et ibi furatus fuit
una cum dictis sociis usque ad XX[ti] bursas et plura bracalia et unam torchiam
cercam, quæ erat de altari Beati Petri. Confessus fuit etiam quod ipse et socii sui
prædicti intraverunt de nocte domum prædicti magistri Mathæi ante fontem
Sancti Amandi, et ibi furati fuerunt unam culcitram, unum capitale, triginta J
galones vini vel circa et unam cortinam magnam nigram. Confessus fuit insuper
quod quando prædicti faciebant furtum suum per civitatem Rothomagensem,
quod ipse deferebat lucernam ante eos. Confessus fuit etiam quod ipse moratus
fuerat cum prædictis in civitate Rothomagensi, in domo magistri Guillelmi
Vasconis, in parrochia Sancti Andreæ, et fabricabant ibi dicti Johannes falsos K
parisienses dupplices, et ipse prædictus expendebat eos. (*Pag.* 173.)

28 Jul. 1300. Anno gratiæ M° CCC°, die Jovis ante festum beati Petri ad vincula[d], in parvo capitulo
Rothomagensi, dominus Petrus de Gamachiis, perpetuus cappellanus cappellaniæ
fundatæ in ecclesia Rothomagensi, quæ consuevit deserviri in eadem ecclesia
in altari Beati Stephani prope portale veteris turris, cujus cappellaniæ jus L
patronatus et collatio ad decanum et capitulum hujus ecclesiæ pertinet pleno
jure, eandem cappellaniam in manibus decani et capituli resignavit. Qua resignatione
facta, magister A[dam] Rigaudi, decanus, procurator magistri Ernaudi de
Cantu Lupi, canonici Rothomagensis, tunc ebdomadarii in ecclesia ad beneficia
conferenda, quemdam clericum, Symonem nomine, de Bria oriundum, nomine M

A procuratorio ad dictam cappellaniam præsentavit, et dictum capitulum dictum Symonem ad dictam cappellaniam admisit, et ipsum instituit in eadem. (*Pag.* 174.)

Anno trecentesimo, die Veneris in festo beati Martini hyemalis[a], Guillelmus dictus Letendier, de Novo Castro, draperius, vendidit Rogero Colier, de Castro Viriæ, Baiocensis dyocesis, unum pannum laneum pretio viginti quinque libra- [a] 11 Nov. 1300
B rum, quinque solidis minus; et fuit correttarius Johannes de Osmonvilla. Et quia dictus pannus, ut dicebat dictus emptor, non erat ydoneus, fuit arrestatus, de mandato capituli Rothomagensis, per Guerardum, custodem dictæ ecclesiæ laicum, in domo quam tenet a dicto capitulo Petrus de Viria, clericus, in vico Sancti Dyonisii; et audivit causam nomine capituli inter partes prædictas magister Ma-
C thæus de Crepicordio, canonicus Rothomagensis, præsentibus magistris Symone de Bosco Garnerii, Guillelmo de Valle Angoujardi, canonicis Rothomagensibus, dictis partibus, Petro de Viria, prædicto correttario, et aliis pluribus. (*Pag.* 6.)

Anno Domini M° CCC° primo, die Mercurii post festum beati Barnabæ apostoli[b], officialis Sagiensis reddidit nobis et remisit Johannem des Meseres, clericum, de [b] 14 Jun. 1301
D parrochia de Anesceyo[1], Sagiensis dyocesis, exemptionis nostræ, quem diu detinuerat suo carceri mancipatum, pro eo quod eidem clerico imponebatur quod ipse rapuerat et vi carnaliter cognoverat Perrotam, filiam Radulfi de Mesnellio, laici, de dicta parrochia, et scripsit nobis idem officialis quod dictus raptus factus fuerat extra exemptionem nostram, ut intellexerat. Nomina eorum qui dictum cle-
E ricum ad nostrum carcerem Rothomagensem adduxerunt sunt hæc: Guido dictus Toustain, clericus, tunc firmarius præbendarum de Nesceya[2], Johannes dictus Gosce, Guillelmus dictus le Rey, Petrus le Selier, Guillelmus Gouyn, Colinus Lambert, Guillelmus le Selier, Guillelmus Caruete et Guillelmus des Meseres. (*Pag.* 174.)

F Anno[3] Domini M° CCC° secundo, cum capitulum Rothomagense esset in pacifica possessione, occasione prisonis vel malefactoris in die Ascensionis deliberandi per privilegium beati Romani, per aliquod tempus ante Ascensionem inhibitionem seu monitionem faciendi ballivo seu vicecomiti vel eorum locum tenenti ne aliquis incarceratus seu malefactor, tempore inhibitionis existens in carcere vel post inhi-
G bitionem infra Ascensionem ad carcerem adducendus, extra prisionem vel carcerem mitteretur quousque in die Ascensionis prædictum capitulum malefactorem elegisset, prout hactenus consuevit, per capsam seu feretrum beati Romani liberandum, præfatoque anno CCC° secundo, inhibitione seu monitione facta Petro Saymel, tunc ballivo Rothomagensi, per undecim dies ante Ascensionem in suis assi-
H siis, in castro, dictus ballivus, monitione seu inhibitione spreta, Nicolaum le Tonnelier, de parrochia Sancti Germani justa Cailliacum, propter homicidium in carcere detentum, misit ad carcerem Pontis Archæ, prædicti capituli Rothomagensis eligendi malefactorem in die Ascensionis libertatem et pacificam possessionem infringendo; dictusque ballivus, pluries a capitulo requisitus [ut] dictum ma-
I lefactorem ad carcerem Rothomagensem reduci faceret, quousque ad Ascensionem nec in ipsa die Ascensionis facere curavit, licet de hiis qui in carcere Rothomagensi remanserant quem capitulum vellet eligere in die Ascensionis promitteret liberare. Quod videns dictum capitulum, videlicet eligendi libertatem et suam possessionem sic infractas, in die Ascensionis anni prædicti[c], processione cum [c] 31 Maii 1302
K ferretris seu sanctuariis per magnas hallas veteris turris transeunte, negocioque toti populo exposito, ut dictum est, feretrum seu capsam beati Romani in prædictis hallis, prout alias in simili casu pluries factum fuerat, dimittere deliberaverunt, ac etiam dimiserunt, cum tuta et honorabili ac venerabili comitiva, proponentes dictam capsam nullatenus amovere, quousque, malefactore reducto ad
L carcerem, ad prædictam eligendi libertatem et pacificam possessionem fuissent plenarie restituti, prædictaque capsa beati Romani in loco illo die Jovis Ascensionis Domini, die Veneris et die Sabbati remanente, qualibetque die a capitulo processionaliter et sollenniter cum multitudine populi visitata ac honorabiliter

[1] Neci, Orne, arr. Argentan, c^on Trun.
[2] Neci, *ut supra*.
[3] *Conf. Floquet*, Histoire du privilége de saint Romain, I, 72.

venerata, tandem, prædicta die Sabbati, malefactore prædicto ad carcerem Rotho- A
magensem reducto, et hoc prædicto capitulo per vicecomitem notificato, die Do-
3 Jun. 1302. minica post dictam Ascensionem[a], capitulum duos canonicos misit ad carcerem,
et post examinationem et confessionem omnium incarceratorum, ut moris est,
dictis canonicis ad capitulum redeuntibus, præfatum capitulum, ad eligendi
libertatem et suam possessionem plenarie restitutum, malefactorem quem voluit B
concorditer elegit, Guillelmum videlicet de Monguerart, armigerum, et pluribus
canonicis missis a capitulo ad carcerem, dicta die Dominica vicecomes ad requisi-
tionem capituli dictum malefactorem præfatis canonicis liberavit. Quo facto, pro-
cessione cum feretris et sanctuariis sollenniter ad veterem turrim eunte, sicut in
die Ascensionis, prædictoque negotio restitutionis ostenso populo, ceteris feretris C
et sanctuariis præcedentibus, præfatus Guillelmus malefactor feretrum beati Ro-
mani ex parte anteriori super humeros usque ad ingressum ecclesiæ Beatæ Mariæ
portavit, sicut alias extitit consuetum, et sic ab omni maleficio quod ante perpe-
traverat per capsam beati Romani plenarie et in perpetuum extitit liberatus.
(*Pag.* 176.) D

Actum anno Domini millesimo trecentesimo tertio, die Sabbati ante Ascen-
11 Maii 1303. sionem ejusdem[b]. — Nos Guillelmus, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus,
notum facimus universis quod, cum venerabili fratri nostro R[oberto], Constan-
tiensi episcopo, propter infirmitatem nostri proprii corporis quam in præsenti
patimur, consecrationem Guidonis, electi Lexoviensis, hac vice duxerimus com- E
mittendam, nolumus nec intentionis nostræ existit quod per hoc juri venerabilis
fratris nostri G[aufridi], Abrincensis episcopi, et ipsius Abrincensis ecclesiæ in
consecratione episcoporum præjudicium aliquod generetur.... Datum Rotho-
magi, anno et die prædictis. (*Pag.* 177.)

Isti[1] sunt clerici chori nostri intestati defuncti, quorum corpora et res propria F
auctoritate ad ecclesiam nostram detulimus et habuimus : — Gaufridus Cayphas,
capellanus quondam canonicorum[2] Sancti Candidi Senioris, qui fuit monachus
apud Bonum Portum[3], postea exivit infra annum probationis. Hugo de Pisis[4], tunc
decanus Rothomagensis, qui quærebat clericos bene cantantes, repperit eum ad
hoc ydoneum, et vocavit eum ad denarios matutinarum. Mortuus in parrochia G
Sancti Candidi, in quodam viculo, in domo in qua inhabitant Radulphus dictus
Souriz et Petrus le Pele, presbiteri; magister Johannes Brunel, canonicus Rotho-
magensis, qui habebat ad firmam manerium Sancti Stephani, quod est abbatis
et conventus Sancti Wandregisili, in dicto manerio fuit, et inhumatus in dicta
ecclesia per tres dies, qui postea fuit a dicto humo extractus et in ecclesia Rotho- H
magensi sepultus, rumore hoc ad cappitulum defferente. — Gaufridus dictus
Rose, de Meleduno, dyaconus, mortuus in domo domini archiepiscopi Rothoma-
gensis, apud Rothomagum. (*Pag.* 177.)

Anno Domini M° CCC° quarto, die Veneris ante Purificationem beatæ Mariæ vir-
29 Jan 1305. ginis[c], in capitulo Rothomagensi canonicis congregatis, videlicet A[damo] decano, J
G. archidiacono Rothomagensi, Ph. thesaurario, R. de Theovilla, Ph. de Ruppe,
Ricardo pœnitentiario, Eustachio de Tolliaco, J. succentore, S. de Bosco Gar-
nerii, Grimerio de Arcellis, G. dicto Abbate, cum capellania Sancti Eligii in
ecclesia Rothomagensi per mortem domini R. de Becco vacasset in ebdomada[5] do-
mini Percevalli, canonici Rothomagensis, tunc in regno Franciæ existentis, eamdem K
capellaniam dominus Grimerius, procurator dicti Percevalli, infra viginti dies a
tempore sepulturæ dicti R. contulisset nomine procuratorio domino Johanni,
capellano abbatissæ Sancti Amandi, nec tunc fuisset receptus, *etc.* (*Pag.* 177.)

Actum fuit hoc anno Domini M° CCC° X, die Mercurii in festo apostolorum Sy-
28 Oct. 1310. monis et Judæ[d]. Ego frater Johannes, abbas monasterii Sancti Martini juxta Pon- L
tisaram, Rothomagensis dyocesis, ordinis Sancti Benedicti, vobis dominis vicariis
reverendi in Christo patris domini Bernardi, divina providentia Rothomagensis

[1] *Hæc nota in codice circ. a. 1303 adjecta est.*
[2] *Cod.* can. *adjecta compendii nota.*
[3] *Monasterium Cisterciense, prope Pontem Archæ.*
[4] *Idem qui postea Nicosiensi ecclesiæ præfuit. Vid. supra Necrol. ecclesiæ Rotom.*
[5] *Cod.* edobmada

A archiepiscopi, nunc in remotis agentis, nomine dicti patris ecclesiæque Rothomagensis, ac suis successoribus canonice intraturis, reverentiam et obedientiam canonicam in perpetuum me exhibiturum promitto ac propria manu firmo. (*Pag.* 9.)

Ego P.[a] abbas de Augo, ecclesiæ Rothomagensi et reverendo patri Ægidio, archiepiscopo Rothomagensi, *etc.* Actum super majus altare matricis ecclesiæ, die B Mercurii in crastino synodi æstivalis, anno Domini M° CCC° XII°. (*Pag.* 9.)

Ego Gaufridus, abbas Gemmeticensis, ecclesiæ Rothomagensi et reverendo patri Ægidio, archiepiscopo Rothomagensi, *etc.* Actum super majus altare matricis ecclesiæ, die Sabbati post Trinitatem[b], anno Domini M°CCC°XII°. (*Pag.* 9.)

Ego N.[1] abbas Sancti Martini de Alba Malla capitulo ecclesiæ Rothomagi et C reverendo patri Guillelmo, archiepiscopo Rothomagi, *etc.* Actum super majus altare matris ecclesiæ, die Dominica qua cantatur Reminiscere, anno Domini millesimo CCC° vicesimo primo, mense Martii[c]. (*Pag.* 10.)

Anno[2] Domini M° CCC° XX VII°, cum Petrus d'Autuel bannitus extitisset, et post bannum occasione cujusdam homicidii captus et ad castrum Rothomagense D adductus carceri mancipandus interrogatusque fuisset quo nomine vocaretur, finxit se alio nomine nominari propter metum banni supradicti, et dixit quod Guillotus de Valle vocabatur, cum in veritate Petrus d'Autuel vocaretur. Sub nomine Guilloti fuit detentus et in carcere traditus commentariensibus[3] dicti castri. Tandem missis duobus canonicis nostræ Rothomagensis ecclesiæ ad castrum præ- E dictum, die Lunæ ante Ascensionem Domini[d], prout moris est, ad audiendum confessiones incarceratorum, petentium ex privilegio beatissimi Romani de carcere liberari, dictus Petrus, ad eosdem canonicos accedens, confessus est eisdem factum, prout in præcedentibus continetur. Confessione autem dicti Petri et aliorum incarceratorum in capitulo die Ascensionis in mane per canonicos prædictos rese- F rata et omnibus de capitulo manifestata, deliberationeque super confessione habita diligenti, judicatum exstitit[4] dictum Petrum virtute dicti privilegii debere liberari, et missis duobus capellanis, ut moris est, ad castrum pro dicto Petro petendo et ad feretrum beati Romani in processione adducendo apud Veterem Turrim, petentibus dictis duobus capellanis in dicto castro dictum Petrum, responsum eisdem G extitit quod nullum incarceratum tali nomine appellatum detinebant, et frustrati petitione sua ad processionem apud Veterem Turrim expectantem redierunt; et audita eorum relatione, decanus et capitulum se in halis unierunt, et consilium et deliberationem ad invicem habentibus, finaliter ordinaverunt nullum alium quam dictum Petrum petituros, sed missis de dictis halis duobus canonicis ad vicecomi- H tem prædicti castri, et petentibus dictum Petrum, et eumdem corporaliter ostendentibus, post multas altercationes, finaliter dictum Petrum obtinuerunt et ad feretrum beati Romani apud Veterem Turrim, ubi totum capitulum et processio diu expectaverant, dictum Petrum adduxerunt, et ex privilegio prædicto exstitit liberatus, ad laudem et gloriam beati Romani. (*Pag.* 183.)

[a] Petrus

[b] 27 Maii 1312.

[c] 7 Mart. 1322

[d] 18 Maii 1327.

[1] *Dictus* Simon le Long *in Gallia christ.* XI, 276.

[2] *Conf. Floquet,* Histoire du privilége de saint Romain, I, 77.

[3] *Id est* custodibus carceris. *Conf. Cangianum glossarium, noviss. edit.* II, 477.

[4] *Cod.* existit, *hic et infra.*

E DIRECTORIO

MONASTERII SANCTI AUDOENI ROTOMAGENSIS.

MONITUM.

Notas et documenta quæ sequuntur excerpsimus e codice quodam Rotomagensi, signato A 550, cui titulus *Directorium monasterii Sancti Audoeni,* quemque sæculo XIV, post annum 1337, scribi curavit frater Nicolaus de Bosco Guillelmi. Ibi continentur : 1° (fol. 3). Oratio pia, quæ sic incipit : *Summe sacerdos.* — 2° (fol. 6 v°). Index indulgentiarum his qui Romanas ecclesias visitaverint concessarum. Gallice. — 3° (fol. 11). Index indulgentiarum ecclesiæ Sanctæ Mariæ Escoiensis concessarum. Gallice. — 4° (fol. 11 v°). Gerlandi tabulæ ad compotum spectantes. — 5° (fol. 15). Calendarium. — 6° (fol. 22 et 207). Ordo divinorum officiorum in monasterio Sancti Audoeni celebrandorum. — 7° (fol. 176). Tabula paschalis, ab anno 1045 ad annum 1576. — 8° (fol. 197 v°). Index societatum ecclesiæ Sancti Audoeni. — 9° (fol. 199). Index pitantiarum monachis Sancti Audoeni persolvendarum. — 10° (fol. 201 v°). Taxatio decimæ ecclesiarum ad collationem conventus Sancti Audoeni pertinentium. — 11° (fol. 203 v°). Index feodorum ad abbatiam Sancti Audoeni spectantium. Gallice. — 12° (fol. 204 v°). Notæ de Mauricio et de Odone Clementis, Rotomagensibus archiepiscopis. — 13° (fol. 208). Iter a Rotomago ad Romam.

I. A

INDEX INDULGENTIARUM ECCLESIÆ ESCOIENSI CONCESSARUM.

Vesci lez perdons donnez et otroiez en l'eglise Nostre Dame de Escoyes à ceus vrais confès et repentans qui devotement la visiteront as XIIII festes par an, c'est à savoir as V festes Nostre Dame, à la dedication de la dicte eglise, qui est l'endemain de la septembrescè[a], à la Toussains, à Nouel, au vendredi de crois aourée, B
à Pasques, à Penthecouste, à la Saint Jehan Baptiste, à la Saint Pierre et Saint Pol et à la Saint Loys, à chascune feste des XIIII dessus dictes et par lez VIII jours ensuians ycelles, VII.XX.VI ans et LXXVIII quarantainez et XX jours, c'est à savoir le premier jour de chascune feste XVIII ans et X quarantainez et XX jours, dont nostre saint père le pape otroie III ans et III quarantainez, et XV reverens pères en Jhesu C
Christ, qui tous fure[n]t presens à la dicte eglise dedier[1], c'est à savoir le cardinal Nicole[b], l'arcevesque de Rouen[c], l'arcevesque de Sens[d], l'evesque de Beauvès[e], l'evesque d'Evreuez[f], l'evesque de Lisuiez[g], l'evesque de Coustancez[h], l'evesque de

[a] 9 Sept.
[b] De Freauville.
[c] Gilles.
[d] Philippe.
[e] Jean.
[f] Geoffroi.
abbe de Courcheles, à l'exemple de monsieur saint Ouen, à rechevoir le gouver-
nement de la dite abbaïe, desiques au secont diemenche de l'Avent ensuiant[b]; et [b] 10 déc. 1290.
adonc entra il en la dite abbaye, et y vesqui environ XII ans, et tant comme il
H eut adonc, du devant dit diemenche siques au vendredi de la Crois-aourée[c], au- [c] 5 avr. 1303
quel vendredi il trespassa environ heure de collation. Et avoit fet le jeudi absolut[d] [d] 4 avr. 1303.
son office à collation. Et fu enfouy le lundi de Pasques[e] devant l'autel Nostre- [e] 8 avr. 1303
Dame, et encore y est il au jour d'uy[8]. Et fist en son vivant moult de grans biens

---

[1] *Il s'agit sans doute ici de la chapelle qui est appelée dans l'ancien pouillé du diocèse de Rouen* : Capella hospitalis de Duno (*plus haut*, 303 a).

[2] Roncherolles, Seine-Inférieure, arr. Rouen, c[on] Darnetal.

[3] *En 1287, le 1er mai tomba bien un jeudi. — Arthur du Monstier* (Neustria pia, 34) *et D. Pommeraye* (Hist. de l'abb. de S. Ouen, 285) *nous ont conservé l'épitaphe de l'abbé Jean de Fontaines :*

> Fama decens, sensus, fortuna, potentia, census,
> Nil prosunt homini, quia dat mors omnia fini.
> Talibus ornatus pater I. jacet hic tumulatus,
> Justitiæ cultor, scelerum pius et bonus ultor,
> Vir sapiens, mundus, nulli bonitate secundus;
> Hic jacet æde brevi post decursum levis ævi.

[4] *Les auteurs du* Gallia christ. (XI, 149) *l'appellent* Bernard de Hautville.

[5] *L'abbé Jean d'Auteuil avait pour frère Baudouin de Courcelles, dont Gaignières a copié l'épitaphe* sur une tombe de pierre plate, dans le cloistre de l'abbaye de Saint-Ouen, auprès de la porte qui va au jardin. *Cette épitaphe était ainsi conçue :* Ici gist Baudouin de Courcelles, qui fu jadis frère à l'abé Jehan d'Autueil, qui trespassa en l'an de grace. M. CC.IIII.XX. et XVI, u mois de septembre, le mercredi devant la feste seint Mahieu. Priez pour lui que Diex merci li face. Amen. *Ms. latin* 5423, p. 11.

[6] *Par cette circonstance, nous pouvons nous expliquer pourquoi l'abbé Jean d'Auteuil conserva jusqu'à sa mort un missel et un bréviaire de l'abbaye de Saint-Denis que l'abbé de Saint-Ouen, rendit au monastère de Saint-Denis en février 1306. Ms. latin* 5423, p. 219.

[7] *Il faut peut-être lire* Authaire.

[8] *Nous empruntons au P. Arthur du Monstier* (Neustria pia, 35) *et à D. Pommeraye* (Hist. de l'abb. de S. Ouen, 288) *l'épitaphe de Jean d'Auteuil :*

> Hoc abbas tumulo d'Auteul jacet I. tumulatus :
> Huic Christus famulo det cœlo sit trabeatus,
> Det videamus eum cœlesti in veste decorum,
> Qui fuit hic morum doctor, dux, flos monachorum,
> Anno milleno trecentenoque secundo
> Transiit a mundo, dotatus munere pleno,
> Luce sacra Veneris, primævo tempore veris,
> Venit mors isti quo mansit passio Christi :
> Qui legit hæc dicat : «Hic Christi pace quiescat.»

en la dite abbaïe, especialment en edefices : à Bailleul[1], à Gaany, à Periers la grant A
sale de pierre qui a present est chambre à l'abé, et cousta la dite sale à fere XII. C. li-
vres tournois. Et si fist fere l'infremerie de la dite abbaïe, tele comme elle est en-
core. Et si ratraist les deux pars d'un membre de haubert de Perreul[2], de mestre
Guillaume de Ry, qui l'avoit achaté. Et si fist toutes les estables de Quievreville,
de la porte jusques as estables là ù l'en met les vaques. Item il fist la meson de B
dessus le puis où les chapelains couchent, et si fist le puis qui est dessous la dite
meson. Item il fist les hèles de la sale et la chapelé au dessus[3], et si acheta au dit
lieu XXVIII acres de terre à la mère Robert de Bosc-Guillaume. Item il fist la
Le sud ouest. chambre du bout de la sale de Daubeuf par devers nonne[a], tele comme elle est,
fors environ VIII piés de machonnerie qui y estoient; et y souloit on mètre vèche. C
Item il fist les grans estables de Cremonville haut et bas. Item il fist toute l'ede-
fice de Bihorel[4], excepté la granche et les estables, là où les brebis gisent, et un
poi d'autre chose qui depuis a esté fet. Item il fist le puis du dit lieu. Item il fist
les chambres des deulz bous de la sale de Quiquempoist, haut et bas, et la sale
et la cuisine et le puis du dit lieu et toutes les estables qui y sont. Item il fist D
fere tous les bons vestemens qui sont en la dite abbaïe, tant en paremens d'autel
comme en casubles, en tuniques, en dalmatiques, en capes, en estoles et en autres
choses.

Et après le dechès du dit abbé Jehan de Courcheles, fu l'abeïe de Saint-Ouain
5 avr. 1303. de Rouen sans pasteur du vendredi de Crois-aourée[b], que le dit abbe trespassa de E
10 mai 1303. ches siècle, dusques au vendredi après la Saint-Jehan-devant-Porte-Latine[c], que[5]
dant Jehan Mar-d'Argent, moine du dit lieu et priour de Biaumont-en-Auge; le-
quel tout plain de bien et d'aumentacions fist en la dite prieurté, et fist la grant
sale que l'en apele quant à present l'enfremerie et mout d'autres chozes qui chi
ne sunt pas escriptes. Et fu conformé le dit dant Jehan Mar-d'Argent pour estre F
abbe et gouverneur de la dite abaïe, au jour de vendredi après la feste saint Jehan
17 mai 1303. *ante Portam* latine, l'an mil CCC et III[d], et trova le dit abbe l'abeïe bien garnie
de tous biens souffisaument et de bons arrierages en grains et en deniers, qui es-
toient deus à la dite abaïe trop plus qu'ele ne devoit, sans compareson; et en ar-
gent sec trois mil et IIII.XX. livres, en florins de mache, qui valoient en chu temps G
XL sols le florin, qui ore valent XVIII. C. livres, le florin real pour XVI sols tournois,
que le dit abbe Jehan de Courcheles lessa en la dite abbaïe.

Et veschi les mises et despens que le dit frère Jehan Mar-d'Argent, par la grace
de Dieu abbe de Saint-Ouain de Rouen, a feites et mises, outre les despens et
mises ordinaires que il a feites, outre le cours commun, pour gouvernement de H
l'abaïe du dit lieu, depuis qu'i fu institué abbe ou dit lieu dessus dit dessiques au
29 juin 1339. jour de la feste saint Pierre et saint Pol, l'an mil CCC. XXXIX[e].

Premièrement les mises que il a feites pour les conquès et acas que il a fès, les
quiex conquès et acas sont contenus et devisés en un papier que il a devers li sus
ceu fet, et sont en icelui papier devisés et mis en escript particulièrement et par J
capistres, si comme l'en verra estre plus plainement contenu. Premièrement il
acheta et conquist à Quiquempoist et environ la Verte-Forest[6] LIII livres IIII sols
VII deniers et obole de rente par an, en plusieurs et diverses parties, si comme
o dit papier est plainement contenu. Item à Ygneauville[7] XII livres XVI sols II de-
niers de rente. Item à Roncheroles XXX sols de rente. Item à Houpeville[8] IX livres K
XIII sols de rente. Item au Homme IX livres XIX sols de rente. Item à Periers, Lete-
guive[9], Perreul et Canteleu[10] XLIIII livres XXII deniers de rente. Item à Grainville

[1] Bailleul, Eure, arr. Louviers, c[on] Gaillon. *Nous ne ferons aucune remarque sur les noms de lieu qui ont déjà figuré dans cette chronique.*

[2] Perruel, Eure, arr. les Andelys, c[on] Fleury-sur-Andelle.

[3] *Le ms. porte* au dedessus.

[4] Bihorel, *au nord de* Rouen, *du côté de* Bois-Guillaume.

[5] *Il faut suppléer ici les mots* le couvent de la devant dite abbaïe eslut.

[6] La Forêt-Verte, Seine-Inférieure, arr. Rouen, c[on] Maromme, c[ne] Houppeville.

[7] Isneauville, Seine-Inférieure, arr. Rouen, c[on] Darnetal.

[8] Houppeville, Seine-Inférieure, arr. Rouen, c[on] Maromme.

[9] Letteguives, Eure, arr. les Andelys, c[on] Fleury-sur-Andelle.

[10] Canteloup-le-Bocage, Eure, arr. les Andelys, c[on] Fleury-sur-Andelle, c[ne] Renneville.

A seur Flouri[1] L sols de rente. Item à Segy[2] LXXIX sols I denier de rente. Item au
Nuef-Bosc[3] XL sols de rente. Item à Rouen II.C. IIII.XX. XIII livres XII sols I denier
de rente. Item à Quievreville LIIII livres X sols de rente. Item à Daubuef XXIIII livres
III sols IX deniers de rente. Item à Escauville[4] XXV livres de rente. Item à Bailleul
XLIII livres IX sols VII deniers de rente. Item à Gaany LX livres VIII sols IIII deniers
B de rente. Item à Cally[5] LX livres de rente. Item à Biennaes[6] XXI livres de rente.
Item à Mourreville[7] X livres II sols X deniers de rente. Item as Autieus jouste Mont
Pinchon[8] VII livres de rente. Item à Fiereville[9] IIII livres de rente. Item à Berte-
ville en Caus[10] XX sols de rente. Item à Ymonville[11] VI livres de rente. Item à
Avrenmesnil et Dun[12] LIX livres III sols de rente. Item à Croville[13] XXXII sols de
C rente. Item à Vanchi IX livres XVIII sols de rente.

Somme de ches conquès : VIII.C. XX livres XIII sols IIII deniers obole de rente,
qui valent au pris le roy[14] VIII.M. II.C. VI livres, XIII sols, IX deniers tournois. Et il
coustèrent, tant en amortissement comme en acas, X.M. VII.C. livres tournois. Et
ainsi coustèrent les amortissemens II.M. IIII.C. LXIX livres, XVIII sols, IX deniers
D tournois.

Item, mises de despens fès par le dit abbé pour manoirs et edeffices fais de
nuef, outre ceus que il trova quant il fu institué abbé ou dit moustier, et outre ès
retenues que il a faites des manoirs dessus dis. Premièrement, pour le manoir de
Colemont[15], que il a fet et establi tout de noef, et ouquel il n'avoit que la place
E wide, VI.C. livres et plus. Pour le manoir de Tryagnel[16], que il a feit tout de noef
VII.XX. X livres. Item pour le manoir de Periers, ch'est à savoir pour les cheminées
de la sale, VI.C. livres. Item pour la grant meson des greniers du dit manoir, la me-
son feite ou bout desdis greniers, outre ceu qui i estoit, les murs doudit manoir
fès tout entour à franc mortier, et pour la cuisine doudit lieu, M. livres et plus.
F Item pour le manoir de Quievreville, pour les grans mesons derrière la sale faites
tout de noef, la chambre dessus le four, la cuisine et les murs d'entre la granche
et la dite cuisine, faites aussi tout de noef, VIII.C. livres et plus. Item pour le ma-
noir de Daubuef, ch'est à savoir pour la meson des greniers et des grans estables
d'entre la chambre haute d'emprès la sale, en laquele chambre lez chapelains
G giesent, et la petite granche doudit manoir, pour la dite petite granche, pour la
chambre doudit abbé, les gardes-robes, les alées ès despenses, boves et cuisines,
et lez murs de pierre fais à franc mortier, estans par devers Evratville[17], et pour la
chapele doudit manoir; pour toutes ches besoignes faites de noef, XIII.C. livres et
plus. Item pour la chapele de Cremonville et la cuisine et la chapele de Bailleul,
H C. livres et plus. Item pour le manoir de Forges[18] et pour la closture d'environ,
le dit manoir fait tout de noef, VII.XX. livres et plus. Item pour le manoir de
Roncherolez, ch'est assavoir pour les murs de pierre fais à franc mortier, la loigne
de la sale doudit manoir, la queminée de la dite sale, les estables où gisent les pa-
lefrois doudit abbé, la cuisine, la chambre doudit abbé que il fist au dessus des
J poutres, la chapele et la garderobe VI.C. livres et plus. Item pour le manoir de
Quiquempoist, ch'est asavoir les queminées de pierre, la novele chambre doudit
abbé faite ou dit manoir, la despense et la bove, la meson dessus le puis, la clos-
ture des grans gardins, II.C. livres et plus. Item pour le manoir dez Eavys, pour

[1] Grainville, Eure, arr. les Andelys, c[on] Fleury-sur-Andelle.
[2] Sigy, Seine-Inférieure, arr. Neufchâtel, c[on] Argueil.
[3] Neufbosc, Seine-Inférieure, arr. Neufchâtel, c[on] Saint-Saens.
[4] Écauville, Eure, arr. Louviers, c[on] le Neubourg.
[5] Cailly, Seine-Inférieure, arr. Rouen, c[on] Clères.
[6] Biennais, Seine-Inférieure, arr. Dieppe, c[on] Tôtes, c[ne] Étaimpuis.
[7] Morville, Seine-Inférieure, arr. Neufchâtel, c[on] Argueil.
[8] Les Autels-Saint-Basile, Calvados, arr. Lisieux, c[on] Livarot.
[9] Fierville-la-Campagne, Calvados, arr. Falaise, c[on] Bretteville-sur-Laize.
[10] Bertreville-Saint-Ouen, Seine-Inférieure, arrond. Dieppe, c[on] Longueville.
[11] Saint-Vigor-d'Imonville, Seine-Inférieure, arr. le Havre, c[on] Saint-Romain.
[12] Avremesnil, Seine-Inférieure, arr. Dieppe, c[on] Bacqueville — Le Bourgdun, même arr. c[on] Offranville.
[13] Crosville-sur-Sie, Seine-Inférieure, arr. Dieppe, c[on] Longueville.
[14] *C'est-à-dire au denier dix.*
[15] *Peut-être* Colmont, Eure, arr. les Andelys, c[on] Fleury-sur-Andelle, c[ne] Charleval.
[16] Trianel, Eure, arr. les Andelys, c[on] et c[ne] Perriers-sur-Andelle.
[17] Vraiville, Eure, arr. Louviers, c[on] Amfreville-la-Campagne.
[18] Forges, Seine-Inférieure, arr. Neufchâtel.

la loigne de la granche, la closture des murs, la meson où l'en maint, et pour le A
four et la porte, II.C livres et plus. Item pour le manoir de Beaumont, c'est assa-
voir pour les murs doudit manoir et les murs des estables noeves et lez dites es-
tables faites toutes de noef et tout à franc mortier, II.C livres et plus. Item pour le
manoir de Vanchi, pour la chainture des murs dudit manoir, de la porte des-
siques au chevès du mostier, fais tout de noef à franc mortier, la machonnerie B
des murs des grans estables pour les dites estables et les greniers fais de novel,
pour ce que les autres ne valoient rien, l'amendement de la sale et des degrés,
V.C livres et plus. Item pour le manoir de Male-Voisine fait tout de noef, ouquel il
n'avoit fors la vuide place quant l'en le fist, III.C livres. Item pour le manoir de
Grant-Val fait tout de noef, et n'i avoit que la vuide place II.C livres. Item pour le C
manoir de Croville fait tout noef, excepté la granche, IIII.C livres. Item pour le
manoir du Bour de Dun, c'est assavoir pour la grant meson, les grans estables de-
vers Veulles[1], la chapele, la cuisine, la garde-robe, le puis et autres chozes, XIII.C
livres et plus. Item pour le manoir du Mesnil-Ogier[2], ch'est assavoir pour la haute
meson où gist l'abbe et les estables d'emprès le moustier, faites noeves, C.L livres D
et plus. Item pour le manoir de Saint-Martin-en-Huymois[3], ch'est assavoir pour la
haute meson feite toute de pierre et à franc mortier, la meison d'emprès la porte,
feite aussi toute de noef, IIII.C livres et plus. Item pour le manoir de Ros[4], ch'est
assavoir la grant meson, la cuisine, les boves, la noeve granche, les prisons et
autres chozes faites tout de noef, XII.C livres et plus. Item pour le manoir de Sancy[5], E
pour la sale et les chambres et la bove, II.C livres. Somme de ces edefices dessus
dis X.M. VI.C.XX livres tournois.

Item mises et despenses extraordinères pour le dit abbé, outre le gouver-
n[em]ent de la dite abbaye. — Premièrement, pour la grande et excessive mise[6]
faite pour la grant plederie que il covint que le dit abbe demenast contre la ville F
de Rouen, en la noveleté que il fu abbe et bien sept ans ensuiant, si comme au-
cuns des moignes de l'abbeie seivent bien, à cause de ceu que ceux de la ville de
Rouen, Guillaume de Wanchi et leur autres complices, disoient et maintenoient
contre le dit abbé qu'il avoit les bois de la Haye-Comperée et de la Verte-Forest,
et les vouloient fere apliquier et tourner devers le rey; et aussi pour la baronnie G
de Saint-Ouain, V.M livres tournois et plus. Item, pour la plederie de l'institucion
et destitucion dou prieur de Biaumont et de ses[7] predecessours demenée contre
l'evesque de Luisyés, tant du temps de cest priour comme de son predecesseur,
tant despens fais pour le dit abbé en pourcachant et querant traitiés et acort de
pès, en alant à grant conseil par mout de fois à Luisyés, Touque, Caen, Nonnant, H
Tyeberville, Canapeville[8] et alleurs, par devers le dit evesque, que en plederie
menée à court de Roume et alleurs, III.M livres et plus. Item pour la pleiderie
de Saint-Victor, V.M livres et plus. Somme de ches pleideries dessus dites,
XIII.M livres.

Item ledit abbe a mis en la refection de son mostier, depuis que il fu commen- J
chié, lequel fu commenchié en l'an de grace mil et CCC.XVIII, le jour de la feste
[a] 25 mai 1318. saint Urban[a], dessiques à la feste saint Pierre et saint Pol, l'an mil CCC.XXXIX[b],
[b] 29 juin 1339. outre la value des bois de quoy les rois de Franche, nos seigneurs, li ont donné
le tiers et dangier pour convertir en l'uevre dessus dite, lesquiex bois montent
en somme pour le tout, tant en principal comme en tiers et en dangier, XVIII.M K
livres tournois; et outre la somme de VI.M livres IIII.XX. V livres VI sols V deniers
tournois, que il a vendu à tiers et à dangier, desquiex bois il a eus et recheus les
dis tiers et dangiers, en rabatant et deduiant de ceu que le roy li devoit, et outre

[1] Veules, Seine-Inférieure, arr. Yvetot, c[on] Saint-Valery-en-Caux.

[2] Saint-Ouen-du-Mesnil-Oger, Calvados, arr. Caen, c[on] Troarn.

[3] *Probablement* Saint-Martin-du-Bois, *au N. E. de* Saint-Silvain, Calvados, arr. Falaise, c[on] Bretteville-sur-Laize.

[4] Rots, Calvados, arr. Caen, c[on] Tilly-sur-Seulle.

[5] Sancy, Aisne, arr. Soissons, c[on] Vailly.

[6] *Le ms. porte* et mise.

[7] Ces *dans le ms.*

[8] Lisieux, Calvados. — Touques, Calvados, arr. et c[on] Pont-l'Évêque. — Caen. — Nonant, Orne, arr. Argentan, c[on] le Merlerault. — Thiberville, Eure, arr. Bernay. — Canapville, Orne, arr. Argentan, c[on] Vimoutiers.

A la value des mors bois que il a vendus, qui montent à la somme de IIII.C. IIII.XX.
III livres, XV sols, où le roy n'a tiers ne dangier, XXIX.M. VI.C. et XVI livres V sols
tournois et plus[1].

Somme toute des mises et despens extraordinères, outre le gouvernement de la dite abbeye, LXIII.M. IX.C. XXXVI livres, V sols tournois.

B Chi ensieut la manière du decès de homme de bon mémoire, religieus et ho-
neste, dant Jehan Marc d'Argent, autrement dit Roussel, adonques abbé de Saint-
Ouen de Rouen, auquel Dex par sa grace fache bonne merchi, lequel gouverna
l'abbeye de Saint-Ouen par l'espasse de XXXVII ans et demi, et qui conquist mout
grandement de rentes et augmenta de mout de biens, et qui commencha le neuf
C moustier de Saint-Ouen, et fist dessiques as piliers de la tour; lesquiex piliers il
consomma, et deux autres au desseus, si comme cy devant est escript.

Lequel abbe trespassa de cest siècle l'an de grace mil CCC. XXXIX, le merquedi[2] vegille de la feste la Conception Nostre-Dame, ou mois de decembre, environ III heures[3] de nuit au maner de Biehohorel[4].

E CHRONICO SANCTI LAUDI ROTOMAGENSIS.

MONITUM.

Chronicon Sancti Laudi Rotomagensis pro ea tantum parte nobis innotuit quam continet codex Rotomagensis *Chronicon triplex et unum* dictus. Inde paucos excerpsimus articulos, quorum primo narratur Odonem archiepiscopum universosque sacerdotes ad synodum anno 1251 congregatos e Rotomagensi ecclesia a Pastorellis fuisse expulsos. Quæcumque hic edimus, prima vice in lucem anno 1850 prodierunt in *Normanniæ novis chronicis* (*Mémoires de la Société des Antiq. de Normandie,* 2e série, VIII, 3e partie).

D Anno M.CC.LI. Commotio misera pastorum, dicentium se in Terram Sanctam pro-
ficisci, facta est. Erant enim inter eos tanquam magistri crucem aliis imponentes;
signa et prodigia mendaciter dicebant se operari. Fingebant enim ipsi principes
latronum, ut simplices deciperent, vidisse visionem angelorum, et beatam vir-
ginem Mariam iis apparuisse et jussisse ut acciperent crucem, et pastorum ac sim-
E plicium, quos elegerat Dominus, congregarent exercitum ad subveniendum Terræ
Sanctæ et regi Ludovico ibidem moram facienti. Eamdem etiam visionem in
vexillo quod ante se ferebant depinxerant. Dum autem prædicti latrones per Flan-
driam et Picardiam transirent villas et campos, falsis exhortationibus seducebant
pastores et populos simplices. Cum autem venissent in Franciam, jam ita creve-
F rant quod millenaria centenaria fecerant tanquam exercitum; et, cum transirent

[1] *Sur la reconstruction de l'église de Saint-Ouen, voy. une charte de l'abbé Jean Marc-d'Argent, du 12 décembre 1321, publiée avec commentaires par M. Quicherat, dans la* Biblioth. de l'École des chartes, 3e série, III, 464.

[2] *En 1339, le 7 décembre, veille de la fête de la Conception, était un mardi.*

[3] Lieues, *dans le ms.*

[4] *L'épitaphe de l'abbé Jean Marc-d'Argent est ainsi conçue :* «Hic jacet frater Johannes Marc d'Argent, alias «Roussel, quondam abbas istius monasterii, qui cœpit «ædificare istam ecclesiam de novo, et fecit chorum et «capellas et pilliaria turris, et magnam partem crucis «monasterii ante dicti.» *Du Monstier,* Neustria pia, 36; *Pommeraye,* Hist. de l'abb. de S. Ouen, 297

per loca campestria, pastores dimittebant animalia absque parentum consilio. Transeuntes autem per villas et urbes levabant enses et secures et alia instrumenta, ita quod timebantur a populo et potestate judiciali. In tantum vero errorem venerant, quod faciebant sponsalia, cruce signabant, et a peccatis absolvebant. Adhuc insuper deceperant populum, quod plures credebant quod cibi et cætera sibi apposita non minuebantur eorum comestione vel potatione, sed augebantur. Quia vero clerus huic errori contradicere voluit, magnum odium ab iisdem incurrit, in tantum quod plures in campis inventos occiderunt. A regina vero Blancha, regni gubernatrice, quæ credebat per eos auxilium filio regi Ludovico in Terra Sancta provenire, permissi sunt sine contradictione per urbem Parisius transire: unde et audacia errorum accrevit iis quamplurimum; et in furtis et rapinis ad urbem Aurelianis cum pervenissent, pugnam inierunt cum clericorum universitate, et plures occiderunt, multique ex iis occisi sunt. Deinde iverunt ad urbem Bituricam; et tunc dux et princeps eorum, quem vocabant magistrum Hungariæ, intravit synagogam Judæorum, destruxitque libros eorum et bona diripuit. Sed cum recessisset inde ab urbe cum populo suo, Bituricenses armati et præparati secuti sunt eos viriliter, occideruntque prædictum magistrum cum pluribus sociis suis, et magnam stragem fecerunt. In tantum autem ab initio invaluit error eorum, quod archiepiscopum Rothomagensem in synodo Pentecostes de Rothomagensi ecclesia, cum universis sacerdotibus ad synodum congregatis, expulerant. Post autem prædictam occisionem, dispersi sunt per diversa loca, quorum quidam occisi sunt aut suspensi propter malefacta sua, alii navigio perierunt, alii ad propria reversi sunt; et sic ad nihilum reducti.

Anno M.CC.LXXVI. Obiit Odo, Rothomagensis archiepiscopus, kalendis Junii[1], apud Gaillon; sepultusque est juxta altare Sanctæ Mariæ[2]. Præfato Odoni cognomento Rigaut successit Guillelmus de Flavacuria[3], Vulcassinensis natione. Prædictus vero dominus Willelmus archiepiscopus ordinavit presbyteros in ecclesia Rothomagensi ad quotidie celebrandam missam de sancto Spiritu, atque triplici modo statuit festum celebrari de sancto Ansberto.

Hoc anno [1278] filia principis Antiochiæ, Maria dicta de Jherusalem, quæ in Francia exulaverat, jus regni Jherosolymitani, quod sibi appendebat, Karolo regi Siciliæ quictavit, tali pacto quod quandiu viveret assignaret sibi quolibet anno quatuor millia librarum turonensium[4] de redditibus suis in comitatu Andegavensi.

[a] 7 Jan. 1285 (N. S.) Hoc anno[a] obiit Carolus rex Siciliæ.

Guillelmus archiepiscopus dictus de Flavacuria, qui[5] diu pacifice sedem Rothomagensem tenuerat, ut pie credendum est, migravit ad Dominum. Nam antequam obiret, tempore famis[b] ([b] An. 1304.), populum ne inopia deficeret sustentavit, eleemosynasque largissimas misericorditer erogavit. Nam ad ipsius eleemosynam plebes innumeræ catervatim affluebant quotidie; et ipse pius pastor, misericordiæ[6] affluens visceribus, sicut fertur, post erogationem fructuum jussit ut non parceretur equis et utensilibus, sed omnia ad pauperum vitam sustinendam, ne fame perirent, pietatis intuitu erogarentur. Postquam vero idem pastor in cœlo sic thesaurizavit, viam universæ carnis ingressus, in ecclesia Rothomagensi, in capella Beatæ Mariæ, quæ a suo tempore de novo ædificari cœpit et decenti opere consummata est, sepulturam habuit, ut in ipsius tumba decentissime composita[7] intuentibus patet. Huic successit Renaudus[8], nepos papæ Clementis quinti, virili ætate florens. Dono prædicti papæ factus est archiepiscopus Rothomagensis, et subsequenti tempore[c] ([c] Anno 1311.) permutavit cum Ægidio, Narbonensi archiepiscopo. Fuit autem archiepiscopus Rothomagensis Ægidius litterali et seculari prudentia valde peritus, multisque gazis opulentissimus. Hic statuit in ecclesia Rothomagensi Sab-

[1] *Apud Galliam christianam Odo Rigaldi* anno 1275, VI nonas Julii, *obiisse memoratur. Vide supra,* 341 e.

[2] *Odonis tumulus in Rogerii de Gaignières collectaneis* (*cod. lat.* 17044) *delineatus est.*

[3] *Guillelmum II* feria secunda ante Lætare Jerusalem anno 1277, *id est* die 21 Martii 1278, *electum fuisse perhibent Galliæ christianæ auctores.*

[4] *Cod.* quatuor libras Turonenses.

[5] *Vocem* qui *in cod. omissam supplevimus.*

[6] *Cod.* misericorditer. *Emendationem a docto viro A. Chéruel propositam admisimus.*

[7] *Guillelmi de Flavacuria tumulum habes delineatum in collectaneis Rogerii de Gaignières, cod. lat.* 17044, p. 135.

[8] *Corr.* Bernardus.

A batis vacuis ab octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam et ab octava Pentecostes usque ad Adventum Domini, fieri de beata Maria solemne officium cum novem lectionibus; quod antea non fiebat. Hujus tempore in eadem ecclesia statutum est fieri triplex festum de sancto Eutropio martyre. Circa idem tempus primo celebratum est festum de Eucharistia in partibus istis, scilicet sub tempore
B Johannis XXII papæ, licet institutum primo fuit ab Urbano IIII papa.

Ægidio, archiepiscopo Rothomagensi, successit Guillelmus, de ordine Sancti Benedicti monachus, deinde abbas de Moyssac, postea episcopus Lingonensis, ac deinde provisione domini papæ Johannis archiepiscopus Rothomagensis[a]. Hic eccle- [a] An. 1319.
siæ Rothomagensi dedit reliquias et præcipue de sancto Desiderio martyre et
C episcopo Lingonensi; unde et festum ejusdem martyris statutum est fieri in ecclesia Rothomagensi. Hujus temporibus, propter timores nocturnos, dicere cœperunt in ecclesia Rothomagensi matutinas de die in mane, quod antea non fiebat; sed more debito et a sanctis et ecclesia approbato usque ad illud tempus agebantur de nocte. Obiit hic archiepiscopus anno Domini M.CCC.XXX; die..... præcedente fes-
D tum sancti Andreæ apostoli[1], sepultus in ecclesia Rothomagensi.

E CHRONICO
SANCTÆ CATHARINÆ DE MONTE ROTOMAGI.

MONITUM.

Chronicon monasterii Sanctæ Catharinæ Rotomagensis, cujus textum nobis servavit Rotomagensis codex dictus *Chronicon triplex et unum*, a pluribus auctoribus compositum est. Partem priorem sæculo XIII ineunte, novissimam vero anno 1345 conscriptam fuisse conjecit vir doctus A. Chéruel, qui præcipua hujus opusculi loca publici juris fecit a. 1850 in *Normanniæ novis chronicis* (*Mémoires de la Société des antiq. de Normandie*, 2e série, VIII, 3e partie).

E Anno M.CC.XXVII. Dominus Radulphus abbas cum rexisset ecclesiam Sanctæ Trinitatis fere XXX annis, regimini ejusdem ecclesiæ resignavit[2]. Cui successit dominus Adam Bacon, et in eodem anno creatus abbas Sancti Audoeni[3]; et non multo post[4] curam pastoralem resignans, ex permissione abbatis Willelmi Sanctæ

[1] *Cod.* die præcedente; *apud Galliam christianam* 24 Novembris *obiisse, die autem 28 sepultus fuisse memoratur. Supple igitur* die Sabbati *si diem quo obiit, aut* die Mercurii *si diem quo sepultus est notatam fuisse conjeceris.*

[2] *Hic Radulphus, qui, anno 1222, m. Junio, abbatiæ Montis Sancti Eligii x solidos stellingorum annui redditus quitavit* (Collection Moreau, vol. 131, fol. 8), *inter abbates Sanctæ Catharinæ non recensetur apud Galliam christianam, ubi Drogoni Rogerus, Rogero autem Adam successisse memorantur.*

[3] *Ibidem dicitur Adam Bacon Sanctæ Catharinæ regimen anno 1231 assumpsisse et cœnobio S. Audoeni anno 1232 fuisse præfectus. Utrique autem temporum notæ obstare videntur ea quæ de Adamo anno 1256 in chronico nostro memorantur; sed litteris datis* anno Domini 1232, die Veneris proxima post festum apostolorum Petri et Pauli (2 Jul.), *monachi Sanctæ Catharinæ, cum per provisionem Mauritii, Rotomagensis archiepiscopi, ipsorum abbas translatus fuisset ad ecclesiam Sancti Audoeni Rotomagensis, a rege licentiam alterius abbatis eligendi humiliter flagitaverunt.* (Teulet, *Layettes du Trésor des chartes*, II, 237, n. 2195.)

[4] *Id est anno 1233. Litteris enim datis* die Jovis post Assumptionem beatæ Mariæ anno Domini 1233 (18 Aug. 1233), *Mauritius, Rotomagensis archiepiscopus, regi declarat* quod vir religiosus frater Adam, quondam abbas Beati Audoeni Rothomagensis, cessit administrationi prædicti monasterii, potius eligens sibi vacare in reclusorio quam tumultibus prælationis amplius agitari. (Teulet, *Layettes du Trésor des chartes*, II, 254, n. 2247.)

Trinitatis, juxta prædictam ecclesiam in parvo domicilio se reclusit, ubi vigiliis et A
orationibus, jejuniis, psalmis ceterisque pietatis operibus, carnem suam jugiter intentus die noctuque studuit macerare et Domino deservire, solum cœlestia meditando. Exinde audita fama tanti viri, circumquaque reges et reginæ, nobiles et ignobiles, episcopi, clerici seculares et religiosi, cœperunt ad eum convolare ejusque orationibus se devote commendantes. Huic successit in ecclesia Sanctæ Kate- B
rinæ domnus Willelmus dictus Vastel, prior Blidæ. Post cujus recessum in ecclesia Blidæ fuit prior Theobaldus de Leonibus. In ecclesia Sancti Audoeni, post recessum domni Adæ reclusi, fuit Hugo abbas, ejusdem loci monachus. Tempore Willelmi, abbatis Sanctæ Katerinæ, facta fuit in eadem domo major aula cum cellario. Hic etiam a parte orientali novo murorum ambitu abbatiam circumcinxit. C
Hic etiam thecam beati Boniti fecit cooperiri lapidibus pretiosis, auro et argento.

Anno M.CC.XXX[1]. Philippus, comes Boloniæ, Philippi regis Francorum filius, collecto exercitu magno, maximam partem terræ Theobaldi comitis Campaniæ depopulatus est.

Anno M.CC.XXXI. Domina regina et Ludovicus, filius ejus, rex Francorum, ha- D
bito colloquio cum baronibus suis, consilio et auxilio viri nobilis Johannis, Jerosolymorum regis, pacem inter Philippum, comitem Boloniæ, et Theobaldum, comitem Campaniæ, quibusdam pactionibus inter eos habitis, reformaverunt.

Hoc anno obiit sanctus Antoninus de ordine Minorum, de villa Ulyxbona oriundus, idibus Junii. E

His temporibus claruit sancta Elizabetha, filia regis Hungariæ, in Alemannia.

Anno M.CC.XXXII. Hyems fuit permaxima. Gelu gravissimum cœpit in Natali Domini, et duravit et perduravit fere continuum usque ad Purificationem beatæ Mariæ.

Anno M.CC.XXXIII. Philippus, comes Bononiæ, diem clausit extremum; post cujus F
[a] 4 Martii 1234 (N. S.). obitum Robertus, comes Drocarum, cito decessit[a].

Eodem anno, Richardus Marescallus, dominus Longuæ Villæ et Dinanti, in Hyberniæ insula interfectus est.

Eodem anno, dedicata est ecclesia Sancti Georgii de Baukervilla a venerabili patre nostro Mauricio, Rothomagensi archiepiscopo, IIII idus Septembris. G

Hoc anno, dedicata est major ecclesia Sanctæ Trinitatis de Monte Rothomagensi
[b] 26 Jun. a domino Mauricio, Rothomagensi archiepiscopo, in festo[b] sanctorum Johannis et Pauli, tempore domini Willelmi abbatis præfatæ ecclesiæ, tempore interdicti in-
[c] 28 Sept. 1233. choati a vigilia[c] sancti Michaelis; et relaxavit idem archiepiscopus quolibet anno in die anniversario ejusdem dedicationis usque ad finem XXI dies de minutis H
pœnitentiis vere pœnitentibus scilicet et confessis.

[d] 25 Oct. 1234. Die sanctorum Crispini et Crispiniani[d], cessavit interdictum a domino Mauricio illatum.

Eodem anno, fuit æstas pluviosa; vindemiæ Vernonenses defecerunt; Caletum cum sementibus suis similiter defecit. J

Anno M.CC.XXXIIII. Rex Franciæ Ludovicus accepit uxorem Margaretam, [filiam]
[e] 28 Maii. comitis Provinciæ, circa Domini Ascensionem[e].

Anno M.CC.XXXV. Multi nobiles et potentes crucis caractere signati sunt in auxilium Terræ Sanctæ Jherosolymitanæ capiendum, per prædicationem cujusdam legati domini papæ; et eodem anno fuit mortalitas magna. K

Anno M.CC.XXXVI. Siccitas magna in pluribus locis; et in ipsis locis fuit fructus terræ tenuis.

[f] 12 Nov. Anno M.CC.XXXIX. In crastino[f] Sancti Martini hiemalis capti sunt in bello a Sar-
[g] Amalricus. racenis comes Montis Fortis[g] et multi alii barones regni Franciæ; comes Barri[h] in-
[h] Henricus. terfectus est et multi alii. L

Eodem anno, pridie nonas Maii, obiit piæ memoriæ dominus Willelmus de Rescuchon[2], abbas Gemmeticensis, vir providus et discretus, misericors et modes-

[1] *Melius fortasse* anno 1229 (*cf.* Art de vérif. les dates, t. II, p. 766).

[2] *Melius, ut videtur, apud Galliam christ.* Resenchon. *Anno enim 1211 (n. s.), die 9 Martii,* Willelmus de Resencon, tunc prior et cellarius, *testis adest chartæ Alexandri, Gemmeticensis abbatis, cujus autographum exstat in*

A tus, in cujus tempore abundavit ecclesia bonis omnibus intus et extra; quam videlicet ecclesiam magna ex parte renovavit, ornamentis sericis, et vasis argenteis desuper auro tectis nobiliter decoravit. Præterea in locis omnibus semper conventui deferebat, mundi gloriam fugiens, vigiliis et orationibus insistebat; et quia bona Domini sui fideliter dispensavit, dubium non est quin ipse sit particeps glo-
B riæ Salvatoris.

Anno M.CC.XL. Cum contentio esset apud Vetus Vernolium in curia domini abbatis Gemeticensis inter Galterum Megremeins et Galterum Pigot, qui ratione consanguinitatis jure hereditario petebant a Guillelmo, præposito de Capellaria, totam præfecturam suam, illam videlicet quam idem Guillelmus cum filia de-
C functi Gaufridi præpositi in maritagium habuerat, et in veram possessionem a tempore nuptiarum suarum usque ad annum prædictum præfecturæ ejusdem fuerat: dicti Galterus Megremeins et Galterus Pigot intendentes a dicto Willelmo dictam præfecturam per judicium fori secularis extorquere, dictus vero Willelmus dictam præfecturam defendere cupiens et jus suum, inierunt per duos bellatores singu-
D lare certamen. Bellatoribus autem irruentibus insimul ad pugnandum, a parte dictorum Galterii Megremeins et Galterii Pigot Guillelmo dicto Malo Clerico, a parte autem dicti Willelmi Johanne dicto Saol, per finale duellum declaratum fuit et recognitum præfecturam antedictam ad sæpedictum Guillelmum et liberos suos ex dicta filia dicti Gaufridi genitos jure hereditario integre pertinere, bellatore
E dictorum Galteri et Galteri devicto et se pro devicto confesso. Duellum autem illud factum fuit in pratis quæ sunt inter ecclesiam Sancti Martini de Vetere Vernolio et manerium dicti abbatis in terra et feodo ejusdem abbatis, ubi edictum judiciarium, sicut mos est in duello, de cogendo assistentes sedere pacifice circa campum vel circulum pugnantium, exclamatum fuit et nuntiatum alta voce cujus-
F dam servientis dicti abbatis, nomine ejusdem abbatis, tacito prius et posterius omni nomine cujuslibet judicis secularis, præsentibus multis. Et memorandum est quod statim post finem duelli pars bellatoris devicti persolvit dicto abbati LX solidos et unum turonensem pro devictione sui bellatoris. Iterum pars bellatoris devicti per judicium curiæ dicti abbatis solvit bellatori vincenti XVI solidos turo-
G nensium pro qualibet plaga in qua fuit fracta cutis ad sanguinem : quod in perpetuum pateat universis. . . . .

Anno M.CC.XLII[1]. Sacrosancta spinea corona Domini nostri Jesu Christi Parisius delata est et translata a domino Ludovico, rege Francorum, et in capella regia Sancti Nicholai decenter collocata in crastino[2] sancti Laurentii martyris. Quo-
H modo autem, Domino disponente, illuc pervenit libet breviter declarare. Defuncto igitur Petro, prius Nivernensi comite, postea Constantinopolitano imperatore, et imperatrice Yolanda, uxore sua, ad quam de morte Henrici imperatoris, fratris sui, devenerat idem Imperium, remansit ex iis puer Balduinus nomine, qui puer Mariam, filiam Johannis de Brenna, qui propter probitatem et merita reg-
I num Jerusalem adeptus fuerat, desponsavit. Idem autem Johannes, de communi consensu fidelium Imperii, generum suum Balduinum direxit ad partes Gallicanas, ut a rege Ludovico, de cujus sanguine ex utraque parte patris et matris ortum habuerat, et domina Blanka, cujus neptem duxerat, ceterisque nobilibus Franciæ subsidium et auxilium peteret adversus hostes suos et Græcorum gentem
K de finibus suis expellendos. Cumque in partibus Franciæ moram faceret, hereditatis propriæ negotiis detentus, et in petendo subsidio sollicitus et intentus, perpendens devotionem regis et matris ipsius, de corona Domini eisdem fecit mentionem. Dicit itaque se novisse in urbe Constantinopolitana proceres ad hanc calamitatis inediam devenisse quod prædictam coronam dominicam oporteat eos
L alienis vendere vel ad minus titulo pignoris obligare, affectuoseque eidem suppli-

regiarum chartarum thesauro. Apud Alex. Teulet (Layettes du Trésor des chartes, I, 461, n. 1281) *ista charta mendose dicitur data 15 Martii 1218* (*n. s.*); *conf.* Catal. des actes de Philippe-Auguste, p. 290, n. 1261.

[1] *Corr.* anno 1239.

[2] *Id est* die 11 Augusti; *constat autem ea die sanctam coronam delatam fuisse Senones, non autem Parisius, quo pervenit die 18 ejusdem mensis. Has autem mendas amanuensi oscitante irrepsisse conjicimus; ibi enim anonymus noster optimo duce utitur Galtero Cornuto, cujus narrationem paucioribus verbis referendam curavit. Cf. tomum nostram XXII*, p. 27 *et seqq.*

cat ut illam ab ipso recipere dignetur et gratis. Rex ergo hoc audiens grates im- A
mensas Balduino referens[1], gratanter annuit se illam recepturum[2] ab ipso. Mittuntur citius a rege Constantinopoli pro complendo negotio Jacobus et Andreas, fratres ordinis Prædicatorum. Tanta enim necessitas barones Imperii coegerat quod[3] pretiosam coronam pro magna pecuniæ summa compulsi sunt Venetis obligare, tali conditione quod, nisi redimeretur par heredem Imperii vel barones B
infra terminum præfixum, ipsa caderet in commissum et converteretur in titulum venditionis pro pecunia jam soluta. Apposuerunt etiam quod illa Venetias deferretur; quod et factum est. Convenerunt ergo nuntii regales cum Venetis ut[4] illam sanctam coronam portarent Venetiam, præsentibus magnis civibus Venetiæ, ingrediunturque Venetiam et beatam coronam in vase signato in capella Sancti C
Marci cum diligentia deponunt. Frater Jacobus, relicto ibi fratre Andrea, cum nuntiis Imperii cito accedens ad regem Ludovicum, rem gestam et statum negotii regi fideliter et reginæ exprimunt. Præparant itaque nuntios, cum fratre Jacobo et nuntiis Imperii mittentes eos[5] Venetiam. Venientes igitur Venetiam, exhibitis litteris regalibus de mutuo redintegrando, sanctum pignus, dolentibus Venetis D
sed pro conditione non valentibus obviare, agnitis litteris procerum, vasculum sanctæ coronæ suscipiunt, versus Franciam iter suum dirigentes. Audiens autem eos in Burgundiam devenisse, rex valde gavisus est in Domino. Una cum matre sua et fratribus, sumptis[6] secum Waltero, Senonis archiepiscopo, et Bernardo, Aniciensi episcopo, et aliis baronibus, occurrit in villa quæ dicitur Villa Nova Ar- E
chiepiscopi, thesaurum quem desideraverat invenit consignatum in vase ligneo. Quo aperto, invenit locellum de auro in quo sancta corona latebat, quæ tunc visa est ab omnibus qui aderant. In crastino Senonis defertur in ecclesia Sancti Stephani. Postea vero in crastino[7] cum gaudio rex insigne vasculum deferens versus Parisius dirigit viam suam. Octava die, extra murum juxta ecclesiam Sancti Anto- F
nii in campi planitie ostenditur. Post hæc infra muros civitatis infertur a rege et fratre suo discalceatis et præter tunicam depositis vestibus. Omnes etiam prælati, cum clericis et viris religiosis necnon et militibus, nudis pedibus antecedunt; et sic collocatur in capella regia cum gaudio Domini corona.

Anno M.CC.XLIII. Natus est Ludovicus, filius regis Ludovici primogenitus. G

Anno sequenti[8] natus est ei secundus filius, nomine Philippus, qui successit ei in regno. Eodem anno, papa Innocentius venit in Franciam apud Lugdunum,
[a] 30 Nov. 1244. circa festum sancti Andreæ[a]. Ludovico rege apud Pontizaram ægrotante, sic anima ejus erepta est a corporis sensibus ut a multis æstimaretur mortuus; ut autem ad se rediit, crucem transmarinam instanter petiit et accepit. Eodem anno[9], H
combusta est omnis domus Beatæ Mariæ de Prato de igne de Ermentruvilla[10].

[b] Odo I *dictus* Clement. Anno Domini M.CC.XLV. Consecratus est dominus Odo[b], prius abbas Sancti Dionysii, a domino papa Innocentio apud Lugdunum in archiepiscopum Rothomagensem propter canonicorum discordiam. Eodem anno, fuit magna prædicatio de cruce assumenda adversus Sarracenos Terræ Sanctæ debellandos. Cruce signa- I
tus est rex Franciæ Ludovicus, cum fratribus suis Carolo et Roberto, et concessu Innocentii papæ ab universo clero decimam partem accepit reddituum usque in quinquennium. Multi etiam nobiles barones, comites et utriusque sexus copiosa multitudo, in subsidium Terræ Sanctæ processuri, crucem susceperunt, non solum autem in regno Franciæ, sed etiam in locis circumstantibus usquequaque. K

[c] 11 Jan. 1247 (N. S.). Anno M.CC.XLVI[c]. Canonizatus est Eadmundus, Cantuariæ archiepiscopus, a domino papa Innocentio, cum esset apud Lugdunum. Prædicatio maxima de cruce, fere per totum orbem terrarum propter subsidium Terræ Sanctæ. ...

[d] Henricus. Eodem anno, mortuus est[d] Landgravius Thuringiæ qui a papa Innocentio fuerat electus in regem Alemanniæ. L

[1] *Vocem* referens *in codice omissam supplevimus.*
[2] *Cod. male* receptam.
[3] *Cod. male* ad *pro* quod (ut).
[4] *Abest cod. vox* ut.
[5] *Vocem* eos *in cod. omissam supplevimus.*
[6] *Cod. male* aliis sumptis.
[7] *Cod. male* in æstivo.
[8] *Apud Guill. de Nang.* anno 1245.
[9] *Apud Galliam christ.* anno 1243, *minus recte, ut videtur. Vide infra Chronicon Beccense.*
[10] *Id est* igne e vicinis domibus Ermentrudis villæ erumpente.

A Eodem anno, sanctus Eadmundus confessor elevatus est, qui apud Pontinia-
cum requiescit, ubi per eum fiunt multa miracula. Et obiit Odo, Rothomagensis
archiepiscopus[a], sepultusque est Rothomagi juxta altare Sancti Laurentii. Tunc [a] Die 5 Maii 1247.
electus est magister Odo Sancti Dionysii, ejusdem ecclesiæ canonicus, a quibus-
dam de capitulo; sed electio ejus quassata ab aliis[1]. Canonicis autem invicem de
B pastore certantibus, dominus Innocentius papa, qui tunc adhuc supererat Lug-
duni, providit eidem ecclesiæ Rothomagensi de pastore, et dedit eis fratrem Odo-
nem Rigault, de ordine Minorum. Hic constituit festum sancti Francisci cele-
brari triplici festo. Statutum est etiam fieri festum triplex de sancto Eligio in
crastino sancti Andreæ.

C Eodem anno [1248] consecratus est Odo Rigault, de ordine Minorum, archie-
piscopus Rothomagensis; qui constituit ut horæ de beata Maria in ecclesia Ro-
thomagensi quotidie decantarentur. Eodem anno, dominus Ludovicus, rex Fran-
ciæ, cum fratribus suis, multisque aliis nobilibus de regno Franciæ, iter arripuit
ultra mare, et in primo adventu suo cepit Damietam; sed non diutius eam potuit
D obtinere; nam et ipse cum fratribus suis non multo post captus est a paganis et
detentus cum multis aliis. Dominus etiam Robertus, frater ejus, Attrebatensis, in
eodem prælio fuit occisus[2]. Eodem anno, in festo sancti Laurentii[b], fuit vehemens [b] 10 Aug. 1248.
combustio in urbe Rothomagensi; nam abbatia Sancti Audoeni cum ecclesia et
omnibus fere ædificiis est combusta; ecclesiæ Sancti Laurentii, Sancti Gildardi,
E et a fonte Gaallor usque ad fontem Rodobecci et a porta Bellovacensi usque ad
magnum pontem, omnia fere ædificia combusta sunt.

Hoc anno, obiit abbas Willelmus Sanctæ Trinitatis, in festo sanctæ Catharinæ[c]; [c] 25 Nov. 1248.
qui etiam ipsa die magnam missam celebravit, sepultusque est ante altare Beatæ
Mariæ. Cui successit Johannes de Sehiervilla[3], ejusdem loci monachus et eleemo-
F synarius, in cujus tempore domus Sanctæ Katharinæ multis bonis abundavit. Hic
instituit ut festum sancti Vincentii celebretur in cappis et habeat octavas, in cu-
jus festo et in ejus obitu XL solidos et unum modium vini ad pitantiam fratrum
comparavit. Ecclesiam vero ornamentis pretiosis et cappis et casulis decoravit;
crucem fecit et calicem de auro, pondere sex marcarum, cum electris pretiosis
G atque gemmis. Vasculum etiam aureum et argenteum fecit, in quo plures sancto-
rum relliquiæ continentur. Hujus tempore facta fuit ejusque expensa grangia,
et[4] camera juxta portam; et etiam refectorium in melius reparavit...

Anno M.CC.L. Fuit festum Annuntiationis sanctæ Mariæ die sancto Parasceves[d]; [d] 25 Mart 1250 (N. S.).
unde cum statutum fuisset in Rothomagensi synodo ut servitium hujus solemni-
H tatis feria tertia post octavas Paschæ festive solveretur, et populus ad ecclesiam
auditurus missam conveniret, mulier quædam de urbe Rothomagensi, ancilla An-
goti le Mercier, de parochia Sancti Nicolai, mane surgens, ausu temerario pecten,
ut linum vel canabum distriaret[5], arripuit. Quo arrepto opereque incepto, sta-
tim pecten manui ejus sinistræ fortiter inhæsit manusque graviter protumuit
J cum dolore. Quæ etiam ad majorem ecclesiam ante altare Dei genitricis, videnti-
bus cunctis, usque ad solis occasum sic permansit. Tandem mater misericordiæ,
miseriis mulieris commota, mirabiliter manum ejus a pectine quo erat con-
stricta liberavit et dissolvit. Ob hoc, statutum a domino Odone Rigault, Rothoma-
gensi archiepiscopo, ut, quotiens festum prædictum circa Pascha occurreret, festum
K ejus post octavas Paschæ feria tertia solemniter celebretur, ac si festum eveniret
ipsa die. Ob memoriam ante altare ejusdem Dei genitricis pecten est appensum.

Anno M.CC.LI. Facta fuit miserrima commotio pastorum et error pessimus fere
per totum orbem terrarum, per castella et per civitates vagantium et dicentium
se in Terram Sanctam proficisci. Erant etiam inter eos tanquam magistri crucem
L aliis imponentes; signa et prodigia mendaciter se dicebant operari. In tantum in-
valuit error eorum quod dominum archiepiscopum in synodo Pentecostes de ec-

[1] *Hanc Odonem anno 1245, antequam Odo I dictus Clemens regimen ecclesiæ Rotomagensis suscepisset, electum fuisse memorant auctores Galliæ christianæ.*

[2] *Corr.* prius in altero prælio fuerat occisus.

[3] Servilla, *in metrico Guillelmi Forestarii chronico. Nunc* Sierville, Seine-Inférieure, arr. Rouen, c[on] Clères.

[4] *Vox* et *cod. abest.*

[5] *Sic in cod. Fort. corrigendum* districaret.

clesia Rothomagensi cum universis sacerdotibus ad synodum congregatis expulerint[1]. A Horum autem quidam postea, justo Dei judicio, sunt occisi vel naufragio perierunt, alii vero ad propria sunt reversi. Hoc anno, combustæ sunt domus de vico Presbyterarum Rothomagi in nocte diei Paschæ[2]...

Eodem anno[3], Judæi de regno Franciæ, per præceptum domini regis, sunt expulsi. B

Anno M.CC.LIII. Obiit Blanchia, regina Franciæ, IIII kalendas Decembris[4], et sepulta est apud Malum Dumum prope Pontisaram, in domo quam ipsa fundaverat sanctimonialium. Hoc anno, defecerunt vindemiæ per totam Franciam, et in anno sequenti similiter fere omnes.

Anno M.CC.LIV. Rediit dominus Ludovicus rex de partibus transmarinis. Obiit C Innocentius papa IIII, cui successit Alexander.

[a] Adam Bacon *dicto* le Reclus.

Anno M.CC.LV. In festo sancti Vulfranni, die VIII Octobris, venit rex apud Rothomagum et receptus est a civibus ejusdem urbis cum honore; qui etiam fuit apud Sanctam Katarinam causa peregrinationis, et ut haberet colloquium cum Recluso[a]. Eodem anno, fuerunt immensa fulgura et tonitrua, et Augustus plu- D viosus.

Anno M.CC.LVI. Dominica in Ramis palmarum[5], accidit quoddam infortunium in ecclesia Sanctæ Trinitatis de Monte; nam duo clerici qui[6] in ecclesia jacebant, quorum unus, diabolica instigatione seductus, alterum in capite vulneravit ad mortem. Ecclesia vero reconciliata est in crastino a domino Rothomagensi archiepi- E scopo[7].

[b] Die 8 Octobr.

Hoc anno, domnus Adam inclusus, ætatis longævæ senio confectus, in vigilia[b] Sancti Dionysii, inter verba orationis ultimum spiritum exhalavit. Hic in pago Caletensi, villa quæ ab incolis Foumuchon[8] nuncupatur extitit oriundus. Primo in ecclesia de Hardouvilla fuit presbyter secularis, deinde in ecclesia Sanctæ Trini- F tatis de Monte monachicum habitum assumpsit, vitam ducens per omnia religiosam et honestam. Unde, audita sanctitatis ejus fama a domino Theobaldo, Rothomagensi archiepiscopo, ejus est pœnitentiarius constitutus, et in eodem officio per annos XIIII perduravit, quousque ad regimen ecclesiæ Sanctæ Katarinæ est assumptus. Statimque eodem anno a Theobaldo, Rothomagensi archiepiscopo, ab- G bas Sancti Audoeni est creatus[9], officioque curæ pastoralis in ecclesia Sancti Audoeni fere per annum administrato, inde reversus est apud Sanctam Katarinam. Assensu et voluntate Willelmi abbatis et totius conventus, parvo tugurio juxta majorem ecclesiam se reclusit; qui etiam a die postquam inclusus vitam cœpit duram satis ducere et austeram. Nam quinque quadragenas semper per annum faciebat; H a feria quinta usque ad nonam Sabbati sequentis, nihil omnino comedebat vel bibebat, nisi magna infirmitate coactus. Reliquis vero diebus, raro non nisi semel in die comedebat, a carne sive sanguine abstinendo. Hic indutus erat ad carnem lorica ferrea, et per brachia, per renos et per crura erat vinculis ferreis alligatus. Super loricam ferream vestitus erat tunica cilicina usque ad poplites, in qua J erant affixi noduli de auricalco, carnem suam usque ad sanguinem assidue compingentes. Missam quotidie cum gemitibus, lacrymis et suspiriis decantabat; diu noctuque psalmis, vigiliis, orationibus, lacrymis et compunctionibus et meditationibus assiduis desudabat. Nullus vidit eum nisi aut legentem, vel psallentem, vel orantem. Cum autem, necessitate coactus, contingeret eum quiescere, non nisi K super mattam vel super terram ante altare requiem capiebat, sedendo potius quam jacendo. Erat ipse statura mediocris, jejuniis et vigiliis attenuatus, dulcis colloquio, mitis et affabilis; in verbo nullus ad eum tristis accessit, quin gaudens re-

[1] *Vide supra*, 396 de.

[2] 16 Aprilis 1251; *vide supra*, 339 bc.

[3] *Id est* anno 1252; *hujus autem facti non meminit Guillelmus de Nangiaco.*

[4] *Ex Odonis Rigaudi visitationibus constat Blancham reginam 29 Novembris 1252 apud Malum Dumum sepultam fuisse. Vid. supra*, XXI, 576.

[5] *10 Apr. 1256, n. s. ut conjicimus.*

[6] *Vox* qui *delenda*

[7] *Hujus reconciliationis nulla mentio in Odonis Rigaudi registro.*

[8] Fumechon, Seine-Inférieure, arr. Rouen, c[on] Pavilly, c[ne] Limésy, *vel fort.* Fumechon, Seine-Inférieure, arr. Dieppe, c[on] Tôtes, c[ne] Saint-Vast-du Val.

[9] *Theobaldus archiepiscopus obiit a. 1229. Cum autem e litteris supra* (p. 397, not. 3) *laudatis constet Adamum a. 1232 ad ecclesiam S. Audoeni translatum fuisse, conjicimus voci* Theobaldo *substituendam esse vocem* Mauricio.

A cesserit. Erat in consilio providus, in universa morum honestate præclarus. Felix qui eum meruit audire, qui ab eo meruit doceri, qui sibi meruit peccata sua fateri.

Sic sic inclusus mundanos respuit usus;
Sic semper vixit, sub cœlo lumina fixit;
B Sic inclusus Adam, sic fortitudine quondam
Vitam finivit, sic cœlica regna petivit.

Dormivit autem in senectute bona, plenus dierum, cum jam per viginti quatuor fuisset annos in reclusorio, immo potius in carcere, VIII[a] die mensis Octobris, vigilia scilicet sancti Dionysii, quæ cessit ei ad requiem, nobis autem ad laborem; et
C appositus est ad patres suos, cujus vitam moresque diligenter studuit imitari. Et sepultus est in majori ecclesia ante altare Sanctæ Crucis, ad laudem Dei omnipotentis.

Reclusi epitaphium.

Hic requiescit Adam, totius vir bonitatis,
D In fovea quadam, dux ordinis, et pietatis
Cultor, vas morum, pastor pius hic monachorum,
Sub cura quorum tulit annum rite, bonorum.
Postea cœnobium pernobile[1] rexit in urbe
Anni per spatium, bona spargens semina turbæ.
E Inde Dei servus, Christum sitiens, quasi cervus
Fontis aquas, Christo commendat oves, et in isto
Monte mori cupiens redit ad nos; qui reverenter
Suscipitur nostris a fratribus atque libenter.
Tunc miles fortis, lacrymis profusus obortis,
F Proponit votum, cellam petit, obtinet, intrat,
Se Domino totum commendans, sicque subintrat.
Est inclusus Adam, carnem domat ossaque quadam
Veste nimis dura constringens, est sibi cura
Subdere spiritui singula membra sui.
G Per varias pœnas, per vincula perque catenas
Carnem dilacerat, sed, si quis quomodo quærat,
Illud ei dicam, quia vidi ferre loricam;
Cilicii tunicam censebat carnis amicam,
Longa jejunia, pauca cibaria continuabat.
H Dura cubilia, strata[2] viridia semper amabat
Stragula, nec multum somnum capiendo jacebat,
Ut fuit inclusus, est nunquam carnibus usus;
Immo quasi crimen reputat gustare sagimen.
Raro die Veneris vel sæpe nihil comedebat :
J Quare si quæris, mortem Domini recolebat.
Quinque quadragesimas semper faciebat in anno,
Dans Domino decimas, carnis sub paupere panno.
Vinum sed modice comedens quandoque bibebat;
Nunquam post epulas aliquem potum capiebat;
K Nocte vel orabat, psallebat, vel vigilabat.
Sive genu flexo vel verbere membra domabat.
Fama levis crevit, patriam terrasque replevit;
Reges, reginæ, comites, Sanctæ Katherinæ
Inclusum quærunt; felices qui meruerunt
L Huic responsa dare, aut saltem illum considerare.
Felix qui meruit illi peccata fateri;
Felix qui voluit ab eo de lege doceri;
Qui reus accessit sceleris, sine labe recessit;
Et qui crudelis, rediit pius atque fidelis;
M Qui desolatus, remeavit lætificatus.
Vir prudens, humilis, dulcis, castus quoque, vilis,
Consilio, vultu, sermoneque, corpore, cultu,
Destruit, instruit, approbat, arguit, appetit æque
Impia, dulcia, mitia, turpia, vilia quæque.

[1] *Id est Sancti Audoeni monasterium.* — [2] *Cod.* strataque.

Cur moror in minimis? Mens nostra resurgat ab imis, A
Ardua facta nimis, præponens ultima primis,
Hoc unum refero testans in judice vero,
Cum Paulo tractus est, omnibus omnia factus,
Ut se salvaret et cunctos lucrificaret.
De vita breviter prælusimus; expetit hora B
Dicatur breviter finis et absque mora.
Expleto[1] vitæ feliciter hujus agone,
Ut fieret meritæ [dignus] mercede coronæ,
Afficit hunc ignita febris; tum postea crebris
Torquetur pœnis, mortis torquetur habenis; C
Carne solutus, Adam redolens dulcedine quadam
Cellam replevit; sic dulci fine quievit.
Ossa solum texit; animam sacra concio vexit.
O bone rex, Domine, tecum regnet sine fine;
Sis sibi solamen, et dicat quilibet : Amen. Amen. D
Exoreris, dum sic moreris, quia suscipieris
In superis, vir sanctus eris, vitaque frueris.
Defleat ista suum domus amisisse parentem;
Gaudeat hinc superum superorum sede sedentem.
Hic obit ornatus Christi cum munere solo, E
Sydera syderibus reddit, et ossa solo.
Hic moriens gaudet, de Christi munere fidus.
Terram terra tenet, lux lucem, sydera sydus.
Desinat ecclesia super hujus morte dolere,
Cum sciat hunc supera super[or]um sede sedere. F
Flere, chorus, parce, quia cœli vivit in arce.

[a] 1 Aug. Eodem anno, in festo sancti Petri ad Vincula[a], in Anglia, civitate Lynconiensi,
malefici Judæi, in contemptum Christi et fidei christianæ, circa solis occasum,
quemdam puerum novem annorum furtive rapuerunt quem octo dierum circulo,
singulis diebus, variis pœnis, plagis et inauditis tormentis affixerunt. Nam primo G
ungulis extractis, dentes excusserunt, labia et nasum, linguam, mentum, auriculas amputaverunt, igni assaverunt et plagas ejus terra, pice, resina atrociter
consperserunt, deinde cruci affixerunt, et ad ultimum lancea latus ejus aperuerunt, et sic emisit spiritum. Crucem vero cum vellent rapere, et in ignem projicere, ab oculis eorum evanuit sicut postea confessi sunt. Deinde in cloacam pro- H
jecerunt, novissime in fontem qui Neuport dicitur extra villam submerserunt, ubi
inventum est corpus ejus et in majori ecclesia Linconiensi juxta majus altare cum
digno honore tumulatum. Hoc factum fuit approbatum coram domino rege, et
coram justiciariis ejus. Judæi vero totum factum, ut prædictum est, regi recognoverunt, nec fuit aliquis Judæus in Anglia quin in ipso facto fuerit vel consen- J
serit. Undecim ex illis per plateas urbis caudis equorum sunt distracti, deinde
suspensi; alii vero se pretio redemerunt vel de Anglia aufugerunt metu mortis.

Anno M.CC.LVII. Annonæ defecerunt.

Anno M.CC.LVIII. Segetes perierunt in multis locis. Ventus vehemens in octavis
[b] 6 Jan. Sanctorum Innocentium[b], qui multa mala domibus et nemoribus et in mari fecit. K

Anno M.CC.LIX. Obiit Willelmus abbas Fiscampni[2], cui successit Richardus,
ejusdem loci monachus. Fames in toto regno Franciæ; ita ut mina ordei duodecim solidis venderetur; vindemiæ etiam defecerunt.

Anno M.CC.LX. Vineæ perierunt apud Vernonem et in Francia[3]. Et in nocte
[c] 26 Jan. Sancti Juliani[c] latrones infregerunt ecclesiam Sanctæ Trinitatis Rothomagensis per L
vitream altaris Sanctæ Mariæ, et exinde abstulerunt tres textus altaris deargentatos; nam aliud auferre nequiverunt.

Anno M.CC.LXI. Obiit Alexander papa, cui successit Urbanus IIII, patriarcha Jherosolymitanus, natione Gallus, necdum cardinalis. Hic fuit ex urbe Trecensi
ortus, sedit annis III, mense uno, diebus IIII; et cessavit episcopatus V mensibus[4]. M

[1] *Cod.* Expletæ.

[2] *Apud Galliam christianam Willelmus III obiisse memoratur* idibus Maii, anno 1260.

[3] *Cod. male* et Franciam.

[4] *Urbanus IV 2 Octobris 1264 obiit, ejusque successor Clemens IV anno sequenti, exeunte Februario, coronatus est.*

A Hic fecit exercitum Sarracenorum, quem Menfredus in patrimonium [Ecclesiæ miserat], per crucesignatos fugari[1].

Anno M.CC.LXII. Obiit abbas Johannes Sanctæ Katerinæ Rothomagensis in festo sancti Paterni[2] apud Bysi; cui successit Robertus de Plano Bosco, ejusdem loci monachus, in cujus tempore factum fuit claustrum, et infirmitorium et domus su-
B pra portam. Hic instituit ut XII lectiones fierent de sancta Maria semel in ebdomada; similiter de sancta Katherina, cum cappa in choro, et sequentia. Item ut festum sancti Johannis evangelistæ cum processione ageretur; et de translatione sancti Nicolai, XII lectiones; et de translatione sancti Eligii, VIII lectiones; et anniversarium fundatoris sicut in cappis fiat solemniter, altare ornetur, et lumi-
C naria omnia sicut in anniversalibus accendantur.

Anno M.CC.LXIIII[3]. Clemens papa IIII, natione Provincialis, de villa Sancti Ægidii, sedit annis IIII[4], mensibus IX, diebus XXI; et anno M.CC.LXVIII[5], obiit apud Viterbium. Hoc anno[6], idibus Maii, combusta fuit abbatia Becci cum omnibus ædificiis de igne ejusdem villæ. Et fuit tempestas maxima XII kalendas Martii. Item dis-
D sensio magna inter Henricum regem Angliæ et barones illius regni super consuetudinibus terræ illius; et fuit guerra magna inter regem et comites, quæ multa mala fecit; unde multi prædones et pyratæ surrexerunt, ecclesias undique devastantes, et patriam depopulantes.....

Anno M.CC.LXV. Prædicatio magna de cruce ad eundum in Siciliam propter
E Menfredum, filium Frederici, expugnandum. Eodem anno, Carolus, comes Andegaviæ, frater Ludovici, regis Francorum, vocatus est a domino papa et coronatus est[a] rex Siciliæ, qui media Quadragesima Meinfredum, filium Frederici imperatoris, expugnavit in bello et occisus est[b]. Conceditur et solvitur decima. Eodem anno, occisi sunt Simon de Montfort, comes Leycestriæ, et Henricus, filius ejus, apud
F Evescen, ab Eduardo, filio regis Anglorum.

[a] 6 Jan. 1266 (N. S.).
[b] 26 Febr. 1266 (N. S.).

Eodem anno[c], abbas Robertus cepit de domino rege totum feodum de Cailly cum pertinentiis. Mortalitas magna omnium. [c] 1266.

Anno M.CC.LXVII. Fuit cardinalis Simon Rothomagi, et apud Sanctam Katarinam, ubi accepit procurationem seu pastum in festo sancti Michaelis minoris[7]. Hoc anno,
G apud Viceliacum elevatum est corpus beatæ Mariæ Magdalenæ a domino Simone, cardinali et legato, cum cæteris episcopis et rege Francorum in octavis Paschæ. Eodem anno[8], III kalendas Decembris obiit Clemens papa IIII, et fuit sedes vacans anno sequente.

Hoc anno[d], soldanus Babyloniæ, Armenia vastata, Antiochiam, unam de famo-
H sioribus civitatibus orbis, cepit, et tam viris quam mulieribus occisis et captis, ipsam in solitudinem redegit. [d] 1267.

Hoc anno, facta fuerunt tria signa, seu tres campanæ hujus ecclesiæ, scilicet Vincentius, Benedictus et Johannes.

Anno M.CC.LXIX. Multi nautæ perierunt in festo sancti Leonardi[e]. [e] 5 Nov.

J Hoc anno[f], Ludovicus, rex Franciæ, rex Navarræ et Edwardus, filius Henrici regis Anglorum, et Odo, Rothomagensis archiepiscopus, et multi alii nobiles utriusque regni, cum militia infinita, Jherosolymitanum iter arripuerunt; et in eodem itinere Ludovicus, rex Franciæ, et Johannes, filius ejus, mortui sunt in regno de Thunis, et multi alii nobiles et ignobiles, de dissenteria. Ossa domini Ludovici et
K filii ejus relata sunt et sepulta cum digno honore apud Sanctum Dionysium. Eodem anno[g], apud Viterbium, præsentibus cardinalibus et Philippo, filio Ludovici regis Franciæ, occisus est Henricus, filius Richardi, regis Alemanniæ, in ecclesia, a filiis Symonis comitis de Montfort. Hoc etiam anno dedicatum est altare novi infirmitorii in crastino Sanctæ Katarinæ[h], in honore beatæ Mariæ Magdalenæ, a
L domino Johanne, Lundensi[i] in Dacia archiepiscopo.

[f] 1270 (N. S.).
[g] 1271 (N. S.).
[h] 26 Nov.
[i] Lunden (Suède).

[1] *Amanuensis male* fugavit, *intervallo relicto ubi voces* Ecclesiæ miserat *supplevimus.*

[2] *Festum S. Paterni incidit in 23 Sept. In necrologio quod laudant auctores Galliæ christianæ, obitus Johannis die 25 Oct. notatus erat.*

[3] *Codex male* M.CC.LXIII.

[4] *Corr.* annis III.

[5] *Cod. male* M.CC.LXV.

[6] 15 Maii 1263, *ut in Chronico Beccensi habetur.*

[7] *Id est festum sancti Michaelis in monte Tumba, quod in diem 16 Octobris incidit.*

[8] *Corr.* anno 1268.

[a] 22 April Anno M.CC.LXXI. Obiit dominus Robertus, abba XI hujus ecclesiæ, vigilia[a] sancti A
Georgii; cui successit Richardus de Ganseville, ejusdem loci monachus[1]. Hic
constituit ut hymnus sanctæ Katherinæ cantaretur.

Hoc anno, III kalendas Septembris, coronatus est Philippus, filius regis Ludo-
vici. Creatus quoque et consecratus Gregorius papa X. Quinto idus Aprilis, qui tunc
fuit feria VI[2] ante Passionem Domini, inventæ sunt pretiosissimæ reliquiæ in ista B
ecclesia, in duobus scriniis, quæ erant supra altare matutinale, dextra lævaque.
Inter quæ inventa est in eo quod erat ad sinistram partem altaris, medietas totius
corporis beatæ Austrebertæ virginis, cum anteriori parte capitis in quo sunt XIII
dentes integri et candidi ipsi capiti quasi viventi adhærentes, in quodam sacello
carbasino cum pannis olosericis decenterque compositi. Separatum autem caput, C
et in capsa[3] argentea collocatum. In alio scrinio, prout in scedulis continebatur, dens
sancti Johannis Baptistæ, dens sancti Mathæi, dens sancti Victoris, de cruce
Domini, de palmis quas attulit in manu propria in Jherusalem, de loco nativitatis
ejus, de petra Calvariæ, de Sancto Laurentio, Sebastiano, Gregorio, pars brachii
sancti Leodegarii martyris, brachium sancti Vulgani, crus sancti Walarici, de D
sancto Nicolaò, de humeris sanctæ Margaretæ, de sancta Agatha, sanctis Abdon[4]
et Sennes, Prothii et Hyacinthi, Hirenæi et Habundi, sancti Mauricii, Satur-
nini, Quintini, Nichomedis, Arnulphi, Cipriani, Salvii et Luciani, Gereonis, Her-
metis, Felicissimi, Gorgonii Valentini et Concordii, Eustachii, Theodorici, de
sancto Vulfrano, Aniano, Marco, confessoribus, Martino papa, Maglorio, Germano, E
Medardo, Sanctino, Bayno, Remigio, Martino abbate, et pluribus aliis.

[b] 25 April. Hoc anno[5] resignatio Nicolai abbatis Sancti Audoeni in crastino Paschæ[b]; cui
successit Nicolaus de Godarvilla, prior de Bello Monte, in festo sanctorum Johan-
[c] 26 Jun. nis et Pauli[c].

Resignatio Richardi, abbatis Gemeticensis, cui successit Robertus, qui ante eum F
in ecclesia eadem fuerat abbas, et postea frater Minor. Obiit Willelmus, prior
Blidæ, cui successit Willelmus Bordon. Obiit Johannes, abbas Becci, cui suc-
cessit Petrus de Cambis, ejus loci monachus[6].

[d] 30 Septembr Anno M.CC.LXXIII. Obiit Nicolaus, abbas Sancti Audoeni, in crastino[d] sancti
Michaelis, cui successit Johannes de Fontibus, ejusdem loci monachus. Obiit[7] G
Henricus, rex Anglorum; XI annorum erat cum regnare cœpit, et regnavit LV.
Cui successit Edwardus, filius ejus, vir bellicosus et in armis strenuus.

Anno M.CC.LXXIIII. Gregorius papa X celebravit concilium apud Lugdunum Gal-
liæ, cui interfuit Richardus, Sanctæ Katarinæ abbas, in quo bigami amiserunt
privilegium clericale. Numerus prælatorum qui fuerunt in dicto concilio Lugdu- H
nensi quingenti episcopi, LXX abbates et alii prælati circa mille. In eodem con-
cilio interdicti sunt diversi ordines qui tunc erant, ordo scilicet Pœnitentiæ Jesu
Christi, ordo Matris Jesu Christi, ordo Martyrum, ordo Apostolorum, ordo Evan-
gelistarum, ordo Sanctæ Crucis, ordo Crucifixorum et alii novelli ordines, qui de
novo adesse cœperant, nec habebant institutionem a sanctis. J

[e] 1275. Hoc anno[e] defecit annona in regno Franciæ, similiter et vindemiæ. Et in festo
[f] 8 Nov. Coronatorum[f], circa horam nonam, ventus vehemens subito contingens mala multa
[g] 15 Januar fecit domibus et arboribus; similiter in festo sancti Mauri[g].

Eodem anno, in Julio et in Augusto immensæ pluviæ; unde annonæ vix colligi
potuerunt. Obiit dominus Odo, Rothomagensis archiepiscopus, kalendis Junii[8], K
apud Gaillon, sepultusque est in ecclesia Rothomagensi juxta altare Sanctæ Mariæ.
Hiems gravissima, et incœpit gelare XIX kalendas Januarii et duravit usque V
idus Februarii continue, unde satio hyemalis non potuit fieri. Eodem anno, Puri-

[1] *De hujus Richardi electione, vide litteras Odonis Rotomagensis archiepiscopi, datas* die Dominica post Ascensionem Domini anno 1271, *id est* 17 Maii 1271. (Cartul. normand, p. 187, n. 805.)

[2] *Corr.* Sexto idus *aut* feria VII, *id est* die 8 *aut* 9 Aprilis, anno 1272 (N. S.).

[3] *Cod.* cappa.

[4] *Cod.* Addon.

[5] *Id est* anno 1272; *hujus enim anni mentio proxime antecedit in codice; idem annus in Neustria pia notatur; annus autem 1267 doctissimis Galliæ christianæ auctoribus placuit.*

[6] *Voces* Becci, cui succ. P. de C. ejus loci mon. *in codice paulo inferius occurrunt, sed extra locum positæ, scilicet ante voces* obiit Henricus, *etc. Apud Galliam christianam Petro abbati cognomen datur* Caniba *pro* Cambis.

[7] *Non autem eodem anno, sed anno 1272.*

[8] *Apud Galliam christianam* VI nonas Julii.

A ficatio beatæ Mariæ et Septuagesima fuerunt insimul. Eodem anno fuit domina
Maria, regina Franciæ, apud Sanctam Katarinam in festo sancti Leodegarii[a], et [a] 2 Octobr.
jacuit in eadem domo duabus noctibus. Eclypsis lunæ in Decembri[b]. Visus glo- [b] 4 Dec. 1275.
bus igneus in cœlo ad modum draconis scintillas post se igneas emittens. Visus
est etiam mense Januarii post solis occasum, ad modum trabis, directus a septen-
B trione in austrum. Occupaverunt Sarraceni totam Hispaniam fere. Obiit Gregorius
papa X, V[1] idus Januarii; cui successit dominus Petrus, Hostiensis episcopus,
de ordine Prædicatorum, et vocatus est Innocentius V. Hic fuit transmontanus,
natus apud Tarentesiam, civitatem Provinciæ, doctor et regens in theologia, prius
Lugdunensis archiepiscopus et postea Hostiensis. Sedit tantum in episcopatu per
C V menses[2], diebus II, et cessavit papatus XVIII diebus; qui morte præventus nihil
nobile gessit. Cui successit Adrianus V, natione Januensis, sedit mense I, die-
bus IX[3]. Papa statim factus constitutionem quam papa Gregorius X in concilio
Lugdunensi fecerat de restrinctione cardinalium propter electionem suspendit.
Eodem anno, dominus Simon, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Cæciliæ, lega-
D tus in regno Franciæ, tenuit concilium apud Bituricas ex omnibus prælatis, ar-
chiepiscopis, episcopis, abbatibus et prioribus totius regni Franciæ, in crastino
nativitatis Beatæ Mariæ[c]. . . . . [c] 9 Sept.

Hoc anno[4] obiit Richardus, abbas Sanctæ Katerinæ, cui successit Johannes, ejus-
dem loci monachus; et incœptum fuit opus capellæ Sanctæ Katherinæ in vigilia[d] [d] 28 Aug.
E decollationis Johannis Baptistæ. Consecratus est Willelmus de Flavacuria, archi-
episcopus Rothomagensis, in festo sancti Michaelis[5]. Occisio Nicolai le Chat, mi-
litis, in bosco Sanctæ Katharinæ. Bellum apud Gizortium inter dominum Pe-
trum de Pratellis et dominum Johannem Mouton, dominum de Blainville, mi-
lites, in quo duello Petrus obtinuit victoriam, licet aliquantulum fuerit læsus,
F scilicet octavo idus Julii[6]. Obiit Nicolaus papa[e], successit illi Martinus IV, natione [e] 22 Aug. 1280.
Gallus, patria Turonensis, in cathedra Sancti Petri[f] electus; qui vocabatur Simon [f] 22 Febr. 1281 (N. S.).
presbyter cardinalis tituli Sanctæ Cæciliæ, qui fuerat Rothomagensis officialis et
archidiaconus et thesaurarius.

Hoc[7] anno, die Lunæ[g] ante festum beati Thomæ apostoli, venit frater Henricus, [g] 19 Dec.
G custos Beatæ Mariæ Magdalenes Rothomagensis, *etc.*

Eodem anno[8], die festo sancti Romani ad pardonem[h] fuit ordinatum quod Phi- [h] 23 Oct. 1278.
lippus de Amblevilla, præsentatus ad aliquam præbendam per Guillelmum archie-
piscopum, non reciperetur, nisi prius præstito juramento de legitimo matrimonio
quod fuisset procreatus, quia istud facere tenebantur de consuetudine ecclesiæ.
H Ordinatum quoque fuit eodem anno quod a festo sanctæ Trinitatis usque ad fes-
tum Assumptionis beatæ Mariæ inclusive, dicantur matutinæ post vesperas om-
nium dominicarum et festivitatum.

Anno M.CC.LXXXIII. Obiit Philippus, Ebroicensis episcopus, cui successit Petrus
de Aurio[9].

I Anno M.CC.LXXXIIII. Die sancto Paschæ, V idus Aprilis[10], audita sunt tonitrua
multa, et cecidit fulgur in ecclesia Rothomagensi et in multis aliis ecclesiis in
introitu missæ, præsente archiepiscopo.

Obiit Ricardus, Fiscanensis abbas[11], cui successit Willelmus, ejusdem loci bail-
livus. Obiit Carolus, rex Siciliæ[i]. Prædicatio magna de cruce sumenda contra Pe- [i] 7 Jan. 1285 (N. S.).

[1] *Melius fort.* IV idus.
[2] *Corr.* quatuor menses.
[3] *Corr.* diebus V.
[4] *Id est* anno 1278; *anno autem 1279 apud Galliam christianam, quod authenticis instrumentis consonat. Litteris enim datis* die Sabbati post Exaltationem sanctæ Crucis anno 1279 (16 Septembris 1279) *monachi Sanctæ Catharinæ Philippo regi mortem Ricardi denuntiaverunt; altera charta, data* apud Sanctum Maurum de Fossatis, die Veneris in festo beati Michaelis in Monte Gargano anno 1279 (29 Sept. 1279), *Guillelmus, Rotomagensis archiepiscopus, regem exoravit ut novo abbati,* Johanni de Sancto Petro a Laviz, *regalia deliberari faceret.* (Cartul. normand, p. 235, n. 936 et 938.)
[5] *Id est* die 29 Septembris 1278; *sed apud Galliam christianam* die 22 Maii. *Conjicimus die Septembris in Rotomagensi ecclesia solemniter receptum fuisse Guillelmum.*
[6] 8 Jul. 1277, *ut videtur.* *Cf.* Olim, II, 85.
[7] *Vide supra*, p. 372 a. *Hunc locum, ut sequentem, non a Sanctæ Catharinæ chronico, sed a Libro eburneo, mutuatus est Chronici triplicis et unius auctor.*
[8] *Vide supra*, p. 371 f.
[9] *Apud Galliam christianam Philippus die 21 Augusti anno 1281 obiisse ex epitaphio dicitur, et successorem habuisse Nicolaum de Altolio, non autem Petrum de Aurio.*
[10] *Vocem* Aprilis *omissam supplevimus.*
[11] *Ricardum XVII cal. Octobris anno 1286 obiisse memorat Gallia christiana.*

[a] Mense Martio 1285 (N. S.). trum de Arragonia. Rex Franciæ Philippus iter arripuit[a] cum magna multitudine A
[b] 24 Nov. 1284. contra prædictum Petrum. Vigilia[b] sanctæ Katarinæ ventus fuit vehemens qui multa mala fecit, et multas arbores evulsit. Obiit dominus Martinus papa, natione Francus, feria v[1] post Pascha; cui successit Honorius IIII. Eodem anno, fuit dies
[c] Die 25 Martii 1285. Paschæ in festo Annuntiationis dominicæ[c].

Anno M.CC.LXXXV. Obiit Guido, Lexoviensis episcopus, in die sancti Martini[2]; cui B successit Willelmus de Asinariis (de Asnières), tunc cantor ejusdem ecclesiæ[3], qui consecratus fuit Rothomagi ante festum beatæ Mariæ Magdalenæ, a domino
[d] 5 Oct. 1285. Willelmo, Rothomagensi archiepiscopo, una cum aliis episcopis. Eodem anno[d] obiit Philippus, rex Franciæ, filius domini Ludovici regis sanctissimi, in regno Arragoniæ, cum multis aliis nobilibus de regno Franciæ, et sepultus est apud Sanc- C tum Dionysium juxta patrem suum; cui successit ejusdem filius Philippus, qui
[e] 6 Jan. 1286 (N. S.). coronatus est eodem anno in festo Epiphaniæ[e], præsente domino Johanne Cholet, sedis apostolicæ cardinali legato.

[f] 25 Sept. Anno M.CC.LXXXVI. Obiit[f] dominus Mathæus, abbas Sancti Dionysii; cui successit Robertus, ejusdem cœnobii monachus. Obiit Vincentius, abbas de Valemont[4]; D cui successit Nicolaus, ejusdem cœnobii monachus.

Anno M.CC.LXXXVII. In crastino[5] sancti Philippi, obiit Johannes, abbas Sancti Audoeni. Hoc anno, celebrata fuit prima missa in capella Sanctæ Katarinæ, Sabbato Sabbatorum[6], præsente Johanne abbate et conventu. Hoc anno, in vigilia sancti
[g] 23 Jun. Johannis Baptistæ[g], circa horam nonam, immensa tempestas lapidum cecidit, E quæ mala multa fecit in multis locis, bladis et cunctis sementibus, maxime circa Novum Castrum.

Anno M.CCC.XII. VI kalendas Maii, quidam inergumenus et totius mentis animique sensu privatus, Rothomagi natus, dictus nomine Robertus Anglicus, circa horam tertiam, videlicet eadem qua beata virgo Katarina martyrio occubuit et F etiam passa fuit, meritis ejusdem feliciter a dæmone liberatus est et in momento pristinæ redditus sanitati, præsentibus de vicinis suis pluribus et monachis ibidem aggregatis, maxime Roberto, tunc priore, Jordano, tunc sacrista; omnisque conventus, hymno ipsius virginis cantato, ipsum vidit; et ad domum suam amici ejus eum reduxerunt, præstante Domino Jesu Christo, qui in beata virgine sem- G per laudabilis et gloriosus in sæcula sæculorum. Amen.

Hoc anno apud Viennam[7] obiit magister Willelmus dictus Bonnet, Baiocensis episcopus, cui successit vir nobilis et discretus magister Willelmus de Trie, filius domini Martini de Trie, ex dono papæ. Consecratus fuit a domino Philippo de
[h] 18 Febr. 1313 (N. S.). Maregny, archiepiscopo Senonensi, Dominica Sexagesimæ[h], præsentibus pluribus H nobilibus.

[i] 22 Dec. 1312. Eodem anno[i] obiit Simon de Neelle, Belvacensis episcopus; cui successit magister Johannes de Maregny ex dono papæ. Hoc anno in Quadragesima miraculum pretiosum, licet infinita fiant per annum. Nam quædam quæ totaliter incedendi officium amisit, ad montem delata, sanitatem sine mutilatione recuperavit, J assistentibus personis cujuslibet conditionis.

[j] 3 Jun. Anno M.CCC.XIII. Regale et delectabile festum in die Pentecostes[j] Parisius factum fuit a venerabili et illustrissimo domino Philippo, rege Francorum, ad quod pervenerunt ejus regni omnes nobiliores, scilicet duces, comites, barones, milites, archiepiscopi, episcopi et multi prælati; ad quod nemo fuit qui nobilitatem K ejus, præparationem et inenarrabilem lætitiam narrare potuisset, quia universi-

[1] *Seu fort.* feria IV, *id est* die 28 Martii 1285.

[2] *Obitum Guidonis quatuor diversis diebus notatum invenerunt doctissimi Galliæ christianæ auctores, id est* 25 et 26 Aprilis, 3 Julii et 26 Octobris. *Porro dies 4 Julii e chronico nostro notanda foret nisi pro* die S. Martini *legere placeret* die S. Marci, *quod quidem festum in diem 25 Aprilis incidit.*

[3] *In litteris Guillelmi, Rotomagensis archiepiscopi, datis apud Walemont 8 Jun. 1285, legimus* magistrum Guillelmum de Asneriis, Lexoviensem canonicum et cantorem, die Lunæ ante festum beati Barnabæ apostoli (4 Jun. 1285), *episcopum electum fuisse.* (Cartul. normand, p. 272, n. 1047.)

[4] VII idus Aprilis *apud Galliam christianam, sed anno incerto.*

[5] *Id est* 2 Maii; *ipsis vero calendis apud Galliam christianam, cui consonant Chronica abbatum Sancti Audoeni Rotomagensis gallice scripta (vide supra,* p. 391 b c).

[6] Sabbatum Sabbatorum *idem sonat, nisi fallimur, ac* Sabbatum magnum, *id est* samedi saint.

[7] *Non* Viennæ *sed* Andegavis, *apud Galliam christianam.*

A tas magistrorum ejusdem civitatis et clericorum cum omni reverentia et honore alacriter se præparavit, et eodem modo consequenter omnes qui in civitate permanebant se præparaverunt, quisque secundum opus suum; ad quod perficiendum nulla fuit deficientia, sed in omnibus affluebat abundantia. Quæ solemnitas, cum inenarrabili gaudio incepta, fuit digna recreatione et delectabili receptione
B domini Edouardi, regis Anglorum, et illustrissimæ dominæ reginæ, ejus uxoris, filiæ venerabilis prædicti regis Francorum. Qui prædictus rex Anglorum Parisius intravit cum magna multitudine nobilium regni sui; ad quos omnis civitas alacriter recipiendos, cum omni reverentia et honore exivit et surrexit. Ad quod etiam domini cardinales a domino papa missi fuerant annuntiare et prædicare crucem
C in qua passus est Dominus noster Jesus Christus, quam excellentissimus rex dominus noster prædictus Francorum et prædictus rex Anglorum et reverendissimus rex Navarræ, filius dicti regis Francorum, et eorum uxores devotissime admiserunt et innumerabilis multitudo hominum. Quæ lætitia a die Pentecostes usque ad Trinitatem duravit. Eo facto, præfati reges venerunt apud Pontisaram, ad cer-
D tum colloquium, et quadam nocte lectus in quo prædictus rex Anglorum et ejus uxor erant totus inflammatus est igne. Quæ ut rex Angliæ percepit, cito toto corpore nudo surrexit, et uxorem suam inter brachia sua composuit; et sic gratia Dei liberati a combustione fuerunt. Colloquio facto, prædictus rex Anglorum cum sua uxore cito in regnum transfretavit. Sed in eodem anno, cum ejus licentia,
E uxor ejus in Franciam remeavit. Sed evenit[a], diaboli procuratione, magna in familia regali tribulatio; quia regina[b], uxor domini Ludovici, regis Navarræ, filii prædicti regis Franciæ, et cum ipsa eodem modo uxores fratrum domini Ludovici[1] (quod regina Anglorum prima percepit) in adulterio deprehensæ sunt cum duobus militibus fratribus, Philippo scilicet et Galtero *de l'Auney*[2]. Prædicta ergo
F regina Navarræ jussa fuit exspoliari a corona sua et in carcerem mitti cum duabus uxoribus fratrum prædicti regis Navarræ, quarum una[c], quæ erat uxor nobilissimi Philippi, in ipso anno ab hoc maleficio liberata fuit et a marito suo revocata, aliis interim adhuc in carcere separatim demorantibus.

[a] An. 1314.
[b] Margarita.
[c] Johanna.

In hoc anno[d] obiit papa Clemens, post cujus obitum fuit sedis apostolicæ
G magna vacatio, et apud reg[al]es Franciæ evenit iterum horribilis et inenarrabilis tribulatio; quia contentio commota fuit inter Flandros et Francos, et super terram Flandrensium perrexerunt Franci, duce illustrissimo rege Ludovico, filio regis Philippi, et cum eo dominus Enguerranus de Marregny, miles, tunc temporis conservator totius regni Franciæ, per cujus consilium pax aut vindicta eorum
H distincta fuit[3], ut plures testabantur. Et tunc, post recessionem Francorum et Flandrensium, prædictus rex Ludovicus pervenit recte, causa peregrinationis, cum magna devotione usque ad Sanctam Katarinam, et ibi non sumpsit prandium.

[d] 20 Apr. 1314.

Eodem anno postea[e] obiit illustrissimus rex Franciæ nuncupatus Philippus,
J pater prædicti Ludovici regis. Post cujus obitum, mundo non evenit nisi tribulatio, quæ incepit supra prædictum Enguerranum militem; qui quidem fuit primo parvæ progeniei, non divitis multum; sed eo quod vocatus fuit in servitium regis Philippi prædicti, alternatim sensu et ingenio, magno in honore et ineffabili potentia ascendit. Fratres prædicti regis Philippi et totius ejus regni co-
K mites atque barones post mortem suam super Enguerrannum ostenderunt mortalem invidiam; quæ invidia producta fuit usque ad patibulum. Qui quidem Enguerrannus dixit in magno periculo mortis, cum[4] omni populo dolente et lacrymante pro ipso, quod ejus mortis non erat reus. Cujus finita et undique nuntiata morte, evenerunt sævissimæ contentiones cunctis regalibus et per totum regnum.

[e] 29 Nov. 1314.

L Anno M.CCC.XXI. Capti fuerunt omnes leprosi per totum regnum Franciæ, et a domino papa condemnati, multique in diversis locis igne combusti; et qui remanserunt in domibus suis inclusi sunt. Conspiraverant enim, ut quidam eorum con-

[1] *Cod. male* sui *pro* Ludovici.
[2] *Id est* Margarita cum Philippo, et Blancha, uxor Caroli, cum Galtero de Alneto.
[3] *Sic codex; fort. corrigendum* aut vindicta eorum distracta fuit.
[4] *Pro* cum *fort. corrigendum* coram.

fessi sunt, ut delerent omnes sanos christianos, tam nobiles quam ignobiles, et A
ut haberent dominium totius mundi.

Eodem anno, occisus est Hugo de Berneval in villa de Dieppa, quæ antiquitus Berneval vocabatur, a Reginaldo Buvrel, cum aliis quinque nobilibus qui secum fuerunt ad homicidium illud perpetrandum. Qui omnes simul capti fuerunt et ducti in carcerem domini archiepiscopi apud Rothomagum, et ibi per spatium B
temporis detenti. Tres illorum, videlicet Reginaldus Buvrel, Nicolaus de Baudribosc et Simon Bure (quod horribile est dicendum) Sabbatho in vigilia Paschæ turpiter occisi; ac satis cito post ad castrum deportati, alii tres in custodia regis remanserunt.

Eo tempore, in dicto templo Sanctæ Katarinæ appositum est horologium quod C
facile apud Roncherollium audiebatur; quod quidem ita compositum erat ut insolita sed grata methodo hymnum *Conditor alme siderum* exprimeret.

Eo anno[a], mortuus est Philippus, rex Franciæ, frater Ludovici regis; cui successit Carolus, ultimus frater eorum, vir potens et nobilis et in armis strenuus.

[a] 2 Jan. 1322 (N. S.).

E CHRONICO METRICO

ABBATUM SANCTÆ CATHARINÆ DE MONTE ROTOMAGI,

AUCTORE GUILLELMO FORESTARIO.

MONITUM.

Sæculo XIV ineunte, a Guillelmo Forestario, monacho Sanctæ Catharinæ de Monte Rotomagensi, scripta sunt XIV primorum ejusdem monasterii abbatum metrica elogia, quæ nobis exhibet sæpe laudatum Rotomagense chronicon triplex et unum, quæque typis mandata sunt anno 1713 Annalium benedictinorum tomo V (p. 630 et s.), iterumque anno 1850 a docto viro A. Cheruel in Novis Normanniæ chronicis[1]. Guillelmi Forestarii nomen anno 1311 occurrit in charta quam ex Rotomagensi codice describendam curavimus, quæque sic se habet:

« Universis præsentes litteras inspecturis, frater Willelmus, abbas hu-
« milis Beatæ Katarinæ de Monte Rothomagensi, salutem in Domino.
« Noveritis nos, bono animo et concessu, dedisse dilecto filio nostro et
« commonacho fratri Willelmo de Sancto Wandregisillo abba, dicto le
« Forestier, licentiam et mandatum speciale emendi, conferendi et pro
« salute animæ suæ largiendi vicecantori ecclesiæ nostræ, et ejusdem
« officio deputato, decem solidos annui reditus, pro quibus tradidit
« eidem succentori centum solidos turonenses in pecunia numerata, eo
« acto quod idem Guillelmus post decessum suum anniversarium in
« conventu, prout moris est, habebit..... In cujus rei testimonium,
« præsentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum

[1] P. 39-42.

« anno Domini M.CCC. undecimo, die Martis post pardonem beati Ro- « mani, Rothomagensis archiepiscopi. »

In hac charta, pro *Willelmo de Sancto Wandregisillo abba* nonnulli legendum duxerunt *W. de S. W. abbati*, et conjecerunt Willelmum Forestarium evasisse abbatem Sancti Wandregisili, eumdemque esse quem Galliæ christianæ auctores Guillelmum le Doullie sive la Doublie dixerunt. Sed vera, nisi fallimur, lectio fuit *W. de Sancto Wandregisillo abbatia* (gallice *de Saint-Wandrille-l'Abbaye*), ita ut Guillelmus Forestarius, Sanctæ Catharinæ monachus, e Sancto Wandregisilo oriundus, discernendus nobis videatur a Guillelmo le Doullie, Sancti Wandregisili priore, postea abbate, e Norvilla oriundo. Utut sit, ultima metrici chronici capita e codice Rotomagensi damus, subjunctis nonnullis gallicis versibus, quos jam edidit A. Cheruel[1].

A

Abbas VII. Rogerus.

Abbas cœnobio Rogerus[2] septimus isto
Exstitit; hoc scripta testificantur ita.
Tectum temporibus in pace satis fuit ejus.
Pacifice tenuit bene fratres et bene rexit.
B Cum sanctis Christi requiescat luce perenni.

Abbas VIII. Adam.

Quando Radulphus[3] resinavit, constitit unus[a] — [a] 1231
Tunc abbas, qui dictus Adam Bacon, erat ortus
Ex Hardinvilla; fuit ecclesiæ sibi cura.
C Illius villæ fuerat jam presbyter ille.
Hic abbas uno Katerinæ constitit anno
Cœnobii Sanctæ; scripturæ testificantur.
Post Audoeni fuit abbas ille Beati,
Ac ibidem solum fuit abbas ille per annum.
D Mundus non placuit, sed sponte sua resinavit;
Devote Sanctam remeavit hic ad Katerinam,
Abbas unde prius exstitit et monachus.
Mundum[4] despiciens, ad cœli gaudia tendens,
Ille rogavit ibi corpus ponique recludi.
E Abbas Guillelmus erat illo tempore nonus,
Cujus consensum super hoc habuit quoque fratrum.
Recluso positus, gaudens ex orbe remotus
Esse, nimis duram cœpit traducere vitam;
Martyrium forte sustinuitque grave.

F

Abbas IX. Guillelmus Vastel.

Vastel Willelmus fuit abbas ordine nonus[b] : — [b] 1232.
Sat tenuit semper nos vota[5] sufficienter.
Celarium pulchrum, majorem fecit et aulam,
Fecit cœnobii muros ex parte parari,
G Atque novos fieri : per eum sanctique Boniti

[1] Hist. de Rouen pendant l'époque communale, I, 304.
[2] *Hic Rogerus inter abbates S. Catharinæ in altero ejusdem monasterii chronico non recensetur.*
[3] *Nescimus cur istum Radulphum (de quo vid. supr.* p. 397) *Guillelmus Forestarius omiserit in serie abbatum Sanctæ Catharinæ.*
[4] *Mab.* mundi.
[5] *Sic apud Mab. et in cod.* Voto *apud Cheruel. Fort. corrig.* nostraque

Argento theca fuit ac[1] auro cooperta. A
Pastor cœnobii fuit annis ille viginti,
Inde tribus demptis, reperimus nos ita scriptis.
Virginis in sanctæ festoque die Katerinæ
Officium fecit, magnam missam celebravit;
Hic tenuit plures magnas ad prandia gentes, B
Et bibit et comedit, multum læte sibi fecit.
Illas[2] post esus hic conduxit quasi sanus.
Post reditum, cameras ridens intravit hic abbas;
Morte repentina cecidit mox ille cathedra;
[a] 1268. Ante cubile suum mors subitavit eum[a]. C
Gentes quæ cum se fuerant tristes rediere,
Flentes pro morte, nimis a casu stupefactæ.
Hic ubi quotidie cantatur missa Mariæ,
Ponitur atque jacet. Animæ Christus requiem det.

Abbas X. D

Servillæ[3] denus abbas noster fuit ortus.
Atrox, crudelis fuit hic, sed corde fidelis;
Et tamen iste locus fuit ejus tempore plenus
Divitiis et equis, potibus atque cibis.
Vivus erat dives; post mortem nos locupletes E
Dimisit, gazis et loca plena nimis.
Condidit hic aulam simul et grancham[4] prope portam
Atque refectorium reparavit tempore multum,
Et per eum sanctus Vincentius est celebratus
Cappis nobiliter; sic est usus modo noster : F
Octavas vere sanctum præcepit habere;
De vini modio fieri pitancia festo
Et quadraginta solidis debet, quia vita[5]
Abbas emit ea nobis; . . . . . scimus[6] ita.
Ecclesiam cappis, casulis ornavit et albis. G
Condidit ille cruces . . . .[7] nobiliores,
Argentique crucem fecit per nobilitatem
Ornari gemmis, clavis multum pretiosis,
Et calices multo decorari[8] condidit auro.
Fecit vas, ubi sunt et sanctorum requiescunt H
Reliquiæ, caris[9] et resplendentibus auris
Ille tegi pariter tempore nobiliter.
Templi majora fecit fieri duo signa,
Quæ fore[10] pulsata debent ad maxima festa.
Cœnobiique viros[11] hic cum sex octo per annos J
Rexit (scriptura testificatur ita),
Illius in navi corpus jacet; hic paradisi
In sedibus sedeat, gaudia possideat.

Abbas XI. Robertus.

De Plano Nemore[12] Robertus singula more K
Ante prior pura servavit tempore jura.
[b] 1262. Abbas undecimus[b] loca rexit nostra Robertus,
Temporibus nostrum qui fecit nobile claustrum.

[1] *Mab.* ex.
[2] *Mab.* illos; *sed potior, nisi fallimur, codicis lectio* : post esus, hic conduxit illas [gentes], *etc.*
[3] *Gall. christ.* Sotovillæ.
[4] *Cod.* granchiam.
[5] *Id est* quia dum viveret (in vita esset).
[6] *Lacuna in cod.*
[7] *Vox omissa in cod. sicut apud Mab. necnon apud Galliam christ.*
[8] *Mab. et Gall. christ.* decorans; *retinenda autem codicis lectio* decorari condidit, *pro* decorari jussit; *nam paulo inferius* (413 d) *occurret* condidit evelli.
[9] *Cheruel* claris.
[10] *Mab. et Gall. christ.* fere; *sed poeta noster* fore *pro* esse *non semel usurpavit.*
[11] *Cod.* jocos.
[12] Pleinbosc, Seine-Inférieure, a. Yvetot, c^on Yerville, c^ne Étoutteville. *Vide supra*, 405 a.

A Infirmitorium fuit ejus tempore factum;
Ille super portam condidit atque casam.
Prædia de Monte bonus abbas condidit ille;
Muros et portas condidit et cameras,
Temporibusque suis hic redditibus loca multis
B Abbas ditavit; terras, census satis emit;
Nummos, gallinas, cappones emit hic abbas.
Hic obitum nostri fundatoris[1] celebrari
Ut festum cappis sic præcepit fore nobis.
Cœnobio nostros reliquo de tempore totos
C Præcepit fieri sotulares et reparari;
Antea sutores faciebant Rotomagenses;
Sutorem proprium jussit habere domum.
Hic manifestavit et fratribus hic bene dixit
Quod quadraginta monachos Sanctæ domus ista
D Debet de jure Katerinæ semper habere.
De parco quercus et fagos ille Robertus
Condidit evelli, pomis pirisque repleri,
Ac multis aliis arboribus validis
Robertus multum decoravit tempore parcum.
E Nobis proficiunt fructus qui nunc ibi crescunt.
Quatuor et quinque fuit annis pastor in æde
Hac Robertus (ita testatur littera nostra).
Ille suum navi corpus jussit sepeliri.
Cum sanctis Christi sibi detur gloria cœli.

F Abbas XII. Richardus.

Abbas Richardus fuit [in] numero duodenus[a]; [a] 1271
Nam sic per scriptum nobis est testificatum.
His fuit ille locis abbas bis quattuor annis :
Cappella Sancti tumulatur Bartholomæi.

G Abbas XIII. Johannes.

Quando Forestarius Willelmus, qui fuit ortus
Et venit Sancti de villa Wandregisili,
Hunc librum fecit, descripsit, versificavit,
De Cantu Picæ[2] Johannes erat Katerinæ
H Abbas tredecimus tunc Sanctæ[b]; nos bene scimus. [b] 1279.
Dum fuit hic abbas Johannes, tam cito silvas
Nostras de Grouchy commisit venditioni :
Turbavit valde conventum venditione.
Hic fuit a suibus et porcellis maledictus.
J Fructibus ex horum poterant per quemlibet annum
Sex decies porci vel plus fieri bene crassi.
Anno milleno trecenteno quoque primo
Quatuor auratos venundedit octoque pannos
Ecclesiæ Sanctæ de thesauro Katerinæ :
K Ex hoc conventus non petiit licitum.
Hinc suscepit tres et sexaginta Johannes
Libras, et libram thuris suscepit hic unam.
Jura domus dextra sua perdidit intus et extra.
Devastare bona fuit huic sapientia prona.
L Gazæ thesaurum proli donavit et aurum :
Cum tenuit fortis gravis hunc angustia mortis,
Quidquid habebat, ei placuit dare progeniei.
Librarum mille plus debita desiit ille.

[1] *Goscelini de Archis, Rotomagensis vicecomitis.* [2] *Mab.* piæ.

Abbas tredecimus fuit ut[1] numero reperimus. A
Ante suum funus numerantur bis sex et unus.
In dextra cruce de templo parva jacet æde.
Vermibus esca datur; quod promeruit patiatur.

Abbas XIV. Willelmus.

Anno milleno trecenteno quoque quarto, B
Tunc quartus decimus fuit abbas nomine dictus
Domnus Willelmus, multis prior ante diebus.
Constituit fieri festum sancti Benedicti
Nobis in cappis, quod mense solet fore Martis,
Tempore de veteri solet in tribus hoc venerari. C
Ille dedit nobis in dicta[2] luce decem bis
Ad piscem solidos : prior extans[3] emerat illos;
Et sic donandos jussit per quoslibet annos.
Abbas Willelmus prædictus constituit plus,
Sancti devote Benedicti tactus amore, D
Quod sit[4] quotidie memoratio condita læte
Cum cantu nostro conventu de Benedicto,
Quæ solet ex usu fieri tacite sine cantu.
Ille prior mitis, humilis fuit atque fidelis;
Hic abbas talis, nec ob hoc[5] ascendit in altis : E
Nomine prælati nunquam voluit dominari.
Sunt monachi plures quando veniunt ad honores,
Qui cupiunt socios suppeditare suos[6].

De charo tempore.

En l'an mil et[7] trois chens et quatre F
Ne faisoit pas moult bon esbatre
A gents qui n'avoyent denyers;
Quer les bleds estoient si chiers
Que la mine de bon fourment
Valoit quatre livres d'argent, G
La mine de mesteil sexante[8],
Et la mine de pois chinquante.
Les fèves trop bien se vendoient;
Autant comme les pois valoient.
Orge valoit quarante et six[9], H
Et l'avène estoit à chel[10] prix.
La vèche estoit moult cher tenue;
Comme bon blés estoit vendue.
Trois oes valoient deux tournois,
Et un harenc en valoit trois. I
Une langue de beuf valoit
Douze deniers, et un pied soit
De beuf, de porcs[11]. . . . .
Vin estoit chier à grand merveille,
Quand[12] vin franchois ou de Cormeille K
Valoit deus sols en ichel an[13] :
Tant le vendoit on à Rouen.
[a] Vexin. En France et par tout Veuquessin[a]
Vendoit on le galon de vin

[1] *Mab.* in *pro* ut.
[2] *Mab.* indicta
[3] *Mab.* ex tunc.
[4] *Cod. male ut videtur* sic *pro* sit; *male quoque Mab.* quod re.
[5] *Cod.* non hoc.
[6] *Quæ sequuntur, ea in Annalibus benedictinis desiderantur.*
[7] *Nous avons suppléé le mot* et *pour la mesure*
[8] *C'est-à-dire* soixante sous.
[9] *Sous-entendez* sous.
[10] *Chéruel* cher.
[11] *La fin de ce vers manque dans le manuscrit, ainsi que le vers qui devait suivre.*
[12] *Il faudrait peut-être* quar *au lieu de* quand
[13] *Chéruel* et un de lan.

A Trois solz de[1] parisis aus mains[a], [a] au moins
Pourtant que il[2] fut bon et sains.
Il convenoit, pour un cheval
Ferrer, donner au mareschal
Chinc solz de tournois tous entiers,
B Pour chacun pied quinze[3] deniers;
Qui éust une robe à faire,
Pour mouiller la et pour retraire[4],
Pour coustre la et pour tailler,
Paier dix solz au cousturier.
C Tout estoit en si grand cherté
Que qui en diroit verité
On lui diroit qu'il en mentist.
Mais Nostre Seigneur Jesus Christ
Par sa grand debonnereté
D A fait venir des biens planté[b]. [b] abondance
Or s'y gard chacun, s'il est sage,
Qu'il n'en fache pourtant oultrage.

Frater Guillelmus Forestier nomine dictus,
Wandregisilli natus de partibus almi[5],
E Abbatum facta versificavit ita.
Cum sanctis anima sua cœlis sit comitata.

EX NECROLOGIO

HOSPITALIS BEATÆ MARIÆ MAGDALENÆ ROTOMAGENSIS.

MONITUM.

Sæculo XII exeunte in suburbio Rotomagi conditum est hospitale Beatæ Mariæ Magdalenæ, cui insignia beneficia contulerunt duces Normanniæ et reges Franciæ. Hujus domus necrologium, circa a. 1470 nisi fallimur exaratum, et in bibliotheca Rotomagensi (V. 42) asservatum, multa exhibet nomina, inter quæ selegimus ea quæ ad sæculorum XII, XIII et XIV ineuntis historiam spectare nobis visa sunt.

F 16 Jan. Recepimus dominam Johannam de Ripparia, dominam de Yvetot, participem esse in omnibus bonis spiritualibus, *etc.*

11 Febr. Dominus Julianus de Parona, ballivus Rothomagensis[6].

16 Febr. Magister Robertus Malet, quondam decanus ecclesiæ Beatæ Mariæ Rothomagensis[7].

G 22 Febr. Matildis uxor Amaurici, vicecomitis Caleti.

24 Febr. Nicholaus de Hotot, nobilis miles.

[1] *Le mot* de *manque dans le ms. et l'édition.*
[2] *Ms.* qu'il. *La mesure exige* que il.
[3] Douze *dans le ms. et l'édition.*
[4] *Chéruel* repaire.
[5] Almis *in cod. et in edit.*
[6] *Laudatus a. 1256 in tabulis ceratis Johannis Sarraceni, supr.* t. XXI, 325 d et 349 b.
[7] *Vide Necrol. ecclesiæ Rotom. supra*, 360 a

7 Mart. Stephanus de Cotevrat. A

8 Mart. Magister Philippus Conversus.

15 Mart. Stephanus de Sancto Stephano, miles.

23 Mart. Magister Guillelmus de Saenne, thesaurarius ecclesiæ Rothomagensis[1].

24 Mart. Mathæus Grossi. B

6 Apr. Illustris rex Angliæ[2].

9 Apr. Eustacius, condam Constantiensis episcopus[3]. — Dominus Johannes de Tillia.

15 Apr. Guillelmus, archiepiscopus Rothomagensis[4].

1 Maii. G. de Flava Curia, Rothomagensis archiepiscopus[5]. C

4 Jun. Johannes, episcopus Abrincensis[6].

23 Jun. Ægidius, quondam Rothomagensis archiepiscopus[7].

24 Jun. Johanna Ebroicensis, quondam regina Franciæ et Navarræ[8].

2 Jul. Odo Rigaud, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus[9].

18 Jul. Hac die recepimus reliquias beati Antonii anno Domini millesimo cc^mo^ D octogesimo.

25 Jul. Petrus de Hotot, miles.

28 Jul. Venerabilis prior Johannes, pro cujus mansuetudine et reverentia multa bona huic ecclesiæ fuerunt collata, ad cujus petitionem dominus Ludovicus, rex Franciæ, contulit nobis tres quadrigatas de bosco in foresta de Roboreto qualibet ebdomada in perpetuum. E

26 Aug. Margareta, uxor Petri de Hotot, militis.

29 Aug. Robertus de Hotot, miles.

15 Sept. Venerabilis vir Henricus Baudouin, prior noster, qui rexit prioratum istum per quinquaginta quinque annos, pro cujus reverentia et amore possessiones F multæ et plurima bona huic ecclesiæ fuerunt perpetrata. Ad cujus petitionem, sanctus Ludovicus rex dedit nobis septem quadrigatas nemoris qualibet septimana percipiendas in foresta de Roveray, et pro cujus reverentia dominus Philippus, rex Franciæ, et dominus Nicholaus de Hotot, miles, dederunt nobis ecclesiam Beatæ Mariæ de Ruppe Forti[10]. G

29 Nov. Robertus de Estoutevilla senior.

8 Dec. Johannes Marc d'argent, abbas Sancti Audoeni Rothomagensis[11], qui multa bona fecit nobis.

12 Dec. Robertus de Estoutevilla, junior.

27 Dec. Dominus Johannes de Marrigniaco, Rothomagensis archiepiscopus[12], H qui dedit nobis reliquias beatæ Margaretæ, cum imagine beatæ Mariæ Magdalenæ, et alia multa bona fecit nobis.

[1] *Vid. Gall. christ.* XI, 72.

[2] *Ricardus dictus* Cœur de Lion.

[3] *Eustachius de Rothomago, quem a. 1291 die 8 Aug. mortuum fuisse tradunt auctores Gall. christ.* (XI, 882).

[4] *Guillelmus de Flavacuria, qui 13 Apr. 1306 obiit.*

[5] *Alter Guillelmus de Flavacuria, a. 1359 mortuus.*

[6] *Johannes Hautfuné, de quo supra*, 226 f et 227 not.

[7] *Ægidius Aicelini, a. 1318 fato functus.*

[8] *Fort. Johanna de Ebroicis, uxor Caroli IV, 4 Mart. 1371 mortua.*

[9] *Anno 1275 e vivis migravit.*

[10] *Conf. Polypt. Rotom. supra*, 282 d e.

[11] *Vid. supr.* p. 392

[12] *Anno 1351 mortuus.*

EX. OBITUARIO GEMMETICENSI.

MONITUM.

Duo Gemmeticensis monasterii obituaria nobis innotuere, utrumque codice Rotomagensi U 50 contentum. Prius (fol. 161-208) multa exhibet nomina quibus nec cognominum nec dignitatum annotatio adjecta est. Posteriori (fol. 209-233) præfixus est titulus hujusmodi : *Sequitur kalendarium, in quo ponuntur defuncti fratres nostri monachi, et etiam signantur illi qui habent anniversaria per annum.* Ex hoc anniversariorum indice, quem tempore Simonis de Bosco, abbatis ab anno 1390 ad annum 1418, redactum esse constat, loca quæ præcipue notatu digna nobis visa sunt selegimus. Dolendum sane est quod perraro designatæ fuerint ecclesiæ quibus præfuerunt sive episcopi sive abbates quorum nomen in obituario inscriptum est; non tamen omittendas duximus notulas quæ, licet imperfectæ, ad illustrandam variorum monasteriorum historiam magno sunt adjumento.

A 1 Jan. Guillelmus abbas.

2 Jan. Petrus abbas. Walchelinus episcopus[1]. Garmundus archiepiscopus. Helias abbas. Odo episcopus. Sasvalo, Ranulfus, abbates.

4 Jan. Gonnor comitissa[2].

5 Jan. Dominus Nicholaus Marc d'argent. Dominus Guillelmus de Yville, mi-
B les. Ricardus abbas.

6 Jan. Aimo abbas.

9 Jan. Henricus abbas.

12 Jan. Rogerius abbas. Dyonisia de Clara.

14 Jan. Aynardus, Robertus, abbates. Albertus, abbas et levita : jacet in choro
C in parte dextra[3].

16 Jan. Magister Odo. Adelays comitissa. Maria de Monte Tare.

17 Jan. Radulfus, Bernardus, abbates.

19 Jan. Philippus comes[4]. Teduuinus abbas.

21 Jan. Ricardus abbas[a] : jacet in capitulo ante sedem prioris inferius. Ma- [a] Post a. 1281.
D gister Thomas de Leonibus.

23 Jan. Galterus abbas[5]. Girardus episcopus.

26 Jan. Robertus abbas.

27 Jan. Eudo abbas.

28 Jan. Isabella, regina Francorum[6].

E 29 Jan. Guillelmus de Croismara, miles. Ricardus abbas. Gaufridus episcopus.

31 Jan. Guillelmus episcopus. Helyas de Longolio.

1 Febr. Petrus de Monasterio.

[1] *Valquelinus, Wintoniensis episcopus, ab a. 1070 ad a. 1098.*

[2] *Uxor Ricardi I, Normanniæ ducis, a. 1031 mortua.*

[3] *Meminerit lector ad Gemmeticense cœnobium pertinere singulas notas in quibus sepulturæ mentio occurrit.*

[4] *Philippus, Boloniæ comes, qui a. 1234 obiit cujusque anniversarium in Moritoniensi obituario diei Jan. 18 adscriptum est.*

[5] *Galterus, Beccensis abbas, qui munus suum a. 1197 dimisit.*

[6] *Isabella de Aragonia, Philippi Audacis uxor, quæ 28 Januarii 1271 mortua est.*

2 Febr. Magister Anffredus. A
3 Febr. Reginaldus abbas.
5 Febr. Philippus d'Estellant, miles. Galterius abbas.
8 Febr. Guillelmus archiepiscopus[1].
9 Febr. Hugo abbas
10 Febr. Haymericus, Guillelmus, abbates. B
11 Febr. Durandus abbas.
12 Febr. Radulfus abbas.
15 Febr. Magister Radulfus de Crevilla.
[a] 1312. 17 Febr. Nicholaus abbas. Guillelmus abbas Bequet[a] : jacet in capella Sancti Johannis euvangelistæ. C
18 Febr. Rodericus abbas. Magister Robertus de Monte.
19 Febr. Magister Robertus de Hurtevent.
23 Febr. Faricius abbas. Robertus episcopus. Dominus Robertus d'Estouteville, miles.
24 Febr. Guillelmus abbas. D
25 Febr. Henricus abbas. Magister Robertus Nere Pel.
26 Febr. Guillelmus de Turbevilla, miles. Nicholaus abbas.
27 Febr. Arturus abbas.
28 Febr. Guichardus abbas.
1 Mart. Albereda de Ponte Audomari. Albodus abbas. Drogo abbas. E
3 Mart. Serlo abbas. Magister præpositus de Pavia.
4 Mart. Geroldus abbas. Magister Ricardus de Hermenvilla.
6 Mart. Magister Johannes de Gemmeticis. Pro illis qui dederunt et fecerunt libros, prima die Quadragesimæ.
7 Mart. Manerius, Gradulfus, Seifredus, abbates. F
[b] C. 1379. 8 Mart. Ricardus abbas. Gondulfus episcopus[2]. Magister Johannes de Sancto Dyonisio abbas[b] : jacet ante altare Innocentium.
9 Mart. Radulfus filius Geroldi. Sanson, Robertus, abbates.
10 Mart. Matildis, domina de Fastouville.
11 Mart. Odelina de Sancto Petro super Divam. Gaufridus abbas. G
12 Mart. Ricardus abbas. Rolandus episcopus.
14 Mart. Landricus abbas. Magister Radulfus Anglicus.
15 Mart. Victor abbas[3].
16 Mart. Robertus archiepiscopus. Anffredus abbas. Godefredus abbas.
17 Mart. Joscelinus episcopus. Durandus abbas. H
19 Mart. Robertus de Vuarengueville.
[c] 1292. 20 Mart. Alvredus, Rogerus, abbates. Johannes de Toto, condam abbas[c], qui jacet in capella beatæ virginis Mariæ.
[d] 1330. 21 Mart. Martinus abbas. Robertus Bord...[4] abbas[d] : jacet in choro Sancti Petri.
22 Mart. Rogerus abbas. Johannes Paanel, archidiachonus[5]. I
23 Mart. Berengerius abbas. Johanna, regina Francorum.
24 Mart. Magister Guillelmus de Sana.
25 Mart. Guillelmus abbas.
26 Mart. Magister Hugo de Maldestor. Guillelmus abbas.
27 Mart. Vincentius abbas. Radulfus episcopus. K
28 Mart. Hugo abbas.
29 Mart. Osbernus abbas.
2 Apr. Rogerius abbas.
[e] 1309. 3 Apr. Robertus d'Estellant, miles. Thomas, abbas Fiscampnensis[e]. Magister Galterus de Fonte. L

[1] *Guillelmus, Rotomagensis archiepiscopus, a. 1110 mortuus.*
[2] *Gondulfus, Roffensis episcopus, qui a. 1107 obiit.*
[3] *Victor, abbas Sancti Georgii de Balcheri Villa, circa a. 1210 mortuus.*
[4] *Cod.* Bord, *adjecta compendii nota. In Gall. christ.* Robertus de Bordaux.
[5] *In ecclesia Constantiensi. Anno 1234 iste* archidiaconus Paganelli *cum Roberto de Novo Burgo litigabat.* (Jugements de l'échiquier de Normandie, n. 425; Notices et extr. des mss. XX, II, 360.)

A 5 Apr. Alanus abbas.
6 Apr. Ricardus, rex Anglorum[a]. a 1199.
7 Apr. Guillelmus de Flavicuria, Rothomagensis archiepiscopus[b]. b 1306.
8 Apr. Robertus abbas. Robertus d'Estellant.
9 Apr. Guillelmus abbas. Galerannus comes[1]. Adam abbas. Amabilis d'Estel-
B lant.
10 Apr. Hamo abbas.
11 Apr. Walchelinus abbas.
12 Apr. Nicholaus de Clere.
14 Apr. Hildebertus abbas.
C 16 Apr. Maltildis de Sancto Laudo. Guillelmus abbas[2].
18 Apr. Guillelmus comes. Thebaldus archiepiscopus[3].
19 Apr. Ascelinus abbas.
20 Apr. Guillelmus episcopus.
22 Apr. Magister Gaufridus Revel. Magister Johannes de Foris, condam ab-
D bas[c] : jacet ante altare Sancti Andreæ. c 1389.
23 Apr. Guillelmus abbas.
24 Apr. Robertus abbas.
25 Apr. Henricus abbas.
26 Apr. Goifredus abbas.
E 27 Apr. Robertus abbas. Anfredus abbas.
28 Apr. Radulfus de Duclaro.
29 Apr. Magister Johannes de Criptis. Ricardus, Petrus, abbates.
1 Maii. Maltildis, regina Anglorum[d]. Bernardus abbas. d 1118.
2 Maii. Ranulfus, Fulco, abbates.
F 4 Maii. Robertus archiepiscopus[4]. Goscelinus de Maris.
6 Maii. Rotrodus comes[5]. Guillelmus abbas III[e] : jacet in capitulo ante sedem e c. 1234.
prioris superius[6].
8 Maii. Bernardus, Guillelmus, abbates.
9 Maii. Ricardus abbas.
G 10 Maii. Robertus abbas. Magister Henricus Martel.
11 Maii. Poncius abbas.
12 Maii. Gaufridus archidiaconus.
13 Maii. Odo abbas.
14 Maii. Gaufridus abbas[f] : jacet in capella Sancti Stephani. f 1313.
H 15 Maii. Robertus, rex Francorum[g]. g 1031.
16 Maii. Theodericus abbas. Robertus Pipart.
17 Maii. Nicholaus, Ebroicensis episcopus[h]. h 1298.
18 Maii. Commemoratio puerorum Franciæ[7] : jacent in ecclesia Sancti Petri.
19 Maii. Gaufridus abbas.
I 24 Maii. Mathæus abbas.
25 Maii. Petrus, Albanensis episcopus[i]. i 1253.
26 Maii. Robertus, Cantuariensis archiepiscopus[8] : jacet in choro juxta majus altare, in læva parte.
27 Maii. Osbernus abbas.
K 28 Maii. Lanfrannus archiepiscopus[9].
29 Maii. Bartholomæus abbas.
31 Maii. Wallephus comes[10]. Symon abbas.
3 Jun. Bartholomæus abbas.

[1] *Galerannus, Mellenti comes, a. 1166 mortuus.*
[2] *Guillelmus, abbas Becci, a. 1124 obiit.*
[3] *Fort. Theobaldus, Cantuariensis archiepiscopus, a. 1161 mortuus.*
[4] *Robertus, Rotomagensis archiepiscopus, ab a. 1208 ad a. 1221.*
[5] *Fort. Rotrodus, Perticensis comes, a. 1144 occisus.*
[6] *Voces* III j. i. c. a. s. p. superius *secunda manu adjectæ.*
[7] *De his principibus vid. librum cui titulus* Essai sur les énervés de Jumiéges, par E. H. Langlois (Rouen, 1838, in-octavo).
[8] *Anno 1037 Gemmet. abbas, a. 1044 londoniensis episcopus, a. 1050 Cantuar. archiepiscopus.*
[9] *Lanfrancus, Cantuariensis archiepiscopus, a. 1089 e vivis excessit.*
[10] *Wallephus, Northamtoniæ comes, qui 31 Maii 1075 decollatus est.*

[a] 1245. 4 Jun. Isabella, regina Anglorum[a]. Magister Johannes de Dumo. A
5 Jun. Robertus archiepiscopus. Gillebertus abbas.
[b] 1190. 10 Jun. Robertus abbas III[b] : jacet in capitulo.
[c] 1183. 11 Jun. Henricus rex Anglorum juvenis[c]. Nicholaus abbas.
12 Jun. Vitalis abbas.
13 Jun. Pro illis qui dederunt siphos et coclearia argentea. B
[d] 1327. 16 Jun. Mathæus abbas[d] : jacet in capella beatissimæ virginis Mariæ.
17 Jun. Nicholaus abbas[1].
18 Jun. Gaufridus abbas.
19 Jun. Rogerius, Rodulfus, abbates.
[e] Post a. 1169. 20 Jun. Petrus abbas[e] : jacet in capitulo. C
21 Jun. Magister Reginaldus d'Yvemenillo.
22 Jun. Magister Adam Rigaut.
23 Jun. Ranulfus abbas[2].
24 Jun. Henricus abbas. Boso abbas[3].
26 Jun. Johannes abbas[4]. D
27 Jun. Johannes de Monte Forti. Paulus, Herbertus, abbates. Johannes abbas[5].
28 Jun. Judith comitissa[6]. — Nota quod inter octavas festi Sacramenti et inter festum beati Johannis Baptistæ, quod est semper VIII° kalendas Julii, debet cele-
[f] 1390-1418. brari solempniter die competente officium pro domino abbate Symone[f]. E
[g] 1275. 2 Jul. Odo, Rothomagensis archiepiscopus[g].
3 Jul. Robertus comes[7]. Letardus abbas[8].
5 Jul. Thomas abbas.
[h] 1189. 6 Jul. Henricus II, rex Angliæ[h].
9 Jul. Radulfus de Calliaco. F
12 Jul. Petrus de Canteleu; Jaquelina, uxor ejus.
13 Jul. Adam abbas.
[i] 1223. 14 Jul. Gaufridus de Osbervilla. Philipus, rex Francorum[i].
17 Jul. Robertus de Ponte Audomari. Johannes, filius ejus.
[k] Post a. 1251. 18 Jul. Robertus d'Estellant, condam abbas[k], bis demissus : jacet in capitulo G
sub tumba non scripta.
19 Jul. Domina Johanna de Meullento, [condam domina de Clara].
24 Jul. Gillebertus, Galterus, abbates.
25 Jul. Rogera de Calido Becco.
27 Jul. Guillelmus comes. Guillelmus, Radulfus, abbates. H
29 Jul. Ricardus abbas.
[l] 1060. 31 Jul. Henricus, rex Francorum[l].
[m] 1137. 1 Aug. Ludovicus, rex Franchorum[m].
[n] 1100. 2 Aug. Guillelmus, rex Anglorum minor[n].
3 Aug. Robertus de Vico. I
4 Aug. Guillelmus, Gillebertus, abbates.
[o] 1028. 5 Aug. Ricardus comes tertius[o].
6 Aug. Jordanus abbas.
8 Aug. Rogerus episcopus. Hugo abbas.
9 Aug. Maurilius archiepiscopus[9]. Petrus abbas. K
11 Aug. Robertus de Hauville.
12 Aug. Girardus archidiaconus et frater ejus.
[p] 1292. 13 Aug. Galterus, Goscelinus, abbates. Magister Johannes Choleth cardinalis[p].
[q] 1178. 16 Aug. Simon abbas. Rogerus abbas[q] : jacet in capitulo ante sedem prioris superius. L
17 Aug. Magister Johannes Pestel.

[1] *Nomen secunda manu annotatum.*
[2] *Hoc nomen serius adjectum videtur.*
[3] *Boso, abbas Beccensis, a. 1136 mortuus.*
[4] *Secunda manu.*
[5] *Nomen serius adjectum.*
[6] *Uxor Ricardi I, Normanniæ ducis, a. 1017 mortua.*
[7] *Robertus I, dux Normanniæ, qui 2 Jul. 1035 obiit.*
[8] *Letardus, Beccensis abbas, a. 1149 mortuus.*
[9] *Maurilius, Rotomagensis archiepiscopus, a. 1067 mortuus.*

A 18 Aug. Guillelmus abbas II[a] : jacet in capitulo versus sedem prioris inferius. Maugisus episcopus. Gillebertus abbas. [a] Post a. 113
19 Aug. Rogerus abbas. Dominus Guillelmus de Harecuria.
20 Aug. Hugo abbas.
23 Aug. Johannes abbas. Ricardus comes II[b]. [b] 1027.
B 24 Aug. Guillelmus abbas.
26 Aug. Herluinus abbas [1].
27 Aug. Emelina de Baiocis.
28 Aug. Gillebertus episcopus [2].
29 Aug. Geroudus, Robertus, Johannes, abbates.
C 30 Aug. Robertus II abbas[c] : jacet in capitulo versus sedem prioris inferius. Goifredus abbas. Magister Johannes Justice. [c] C. 1077.
1 Sept. Gillebertus abbas. Guillelmus episcopus.
3 Sept. Gibertus abbas.
4 Sept. Aufredus abbas.
D 6 Sept. Radulfus abbas.
7 Sept. Odo abbas. Goifredus comes [3].
9 Sept. Guillelmus rex Anglorum major[d]. Johannes archiepiscopus[4]. Maltildis imperatrix[e]. [d] 1087. [e] 1167.
11 Sept. Donoaldus episcopus.
E 12 Sept. Robertus abbas.
14 Sept. Depositio dompni Symonis de Bosco, abbatis [5].
15 Sept. Guillelmus abbas Juvenis[f] : jacet in ecclesia Sancti Petri. [f] 1349.
16 Sept. Erardus, Robertus, abbates. Johannes de Mala Palude.
17 Sept. Katerina comitissa [6].
F 18 Sept. Guillelmus abbas. Ludovicus, rex Francorum[g]. [g] 1180.
19 Sept. Guillelmus abbas. Albericus comes [7].
20 Sept. Magister Guillelmus dictus Abbatis.
21 Sept. Osbernus abbas.
24 Sept. Reginaldus abbas.
G 25 Sept. Theobaldus, archiepiscopus Rothomagensis[h]. Johannes de Vineis [8]. [h] 1229.
26 Sept. Osanna de Novo Burgo.
27 Sept. Mauricius episcopus. Guillelmus de Magners, armiger.
28 Sept. Alveredus abbas.
29 Sept. Magister Robertus Regnart.
H 30 Sept. Guillelmus abbas.
3 Oct. Nicholaus abbas.
4 Oct. Guillelmus condam abbas. Radulfus, comes Clari Montis[i]. [i] 1191.
6 Oct. Robertus de Renchon.
7 Oct. Nicholaus abbas.
J 8 Oct. Petrus abbas. Petrus de Clevilla.
9 Oct. Ursus abbas.
11 Oct. Robertus, Ricardus, abbates.
12 Oct. Ludovicus, Johannes, abbates.
14 Oct. Tanchardus abbas [9]. Guillelmus de Walikervilla, miles.
K 17 Oct. Hugo abbas. Magister Guillelmus Bienvenu.

[1] *Monasterii Beccensis fundator, a. 1078 mortuus.*
[2] *Fort. Gislebertus Maminot, Lexoviensis episcopus, qui a. 1101 obiit.*
[3] *Gaufridus, dux Normanniæ et comes Andegavensis, a. 1151 mortuus.*
[4] *Johannes de Abrincis, Rotomagensis archiepiscopus, qui paulo post. a. 1077 abdicare coactus est.*
[5] *Clausula secunda manu annotata. Symon de Bosco Gemmeticense monasterium ab anno 1390 ad annum 1418 gubernavit.*
[6] *Catharina, uxor Ludovici, comitis Blesensis et Claromontensis, a. 1205 mortui.*
[7] *Albericus, Domni Martini comes, qui, ex chronico Gemmeticensi* (supra, tomo nostro XVIII, p. 341), anno 1200 XIII kalendas Octobris obiit; *in parvo Domus Dei Parisiensis chartulario,* fol. 146, *occurrit ejusdem Alberici charta data* anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo, duodecimo kalendas Octobris, qua vero die ab hoc seculo transii, actum apud Lislebonam.
[8] *Johannes de Vineis, qui, regnante sancto Ludovico, Rotomagensem balliviam gubernavit.*
[9] *Tancardus, abbas Gemmeticensis ab a. 1096, qui, anno 1101,* orto inter ipsum et monachos probroso tumultu, cum infamia recessit. *Ita Ordericus Vitalis, libro X* (t. IV, p. 19).

20 Oct. Radulfus archiepiscopus[1]. A

[a] 1213. 25 Oct. Alexander abbas[a] : jacet in capitulo ante sedem prioris superius.

[b] 1154. 26 Oct. Stephanus, rex Anglorum[b].

[c] 1127. 27 Oct. Ursus abbas[c] : jacet in capitulo versus sedem prioris inferius. Serlo episcopus[2].

[d] 1191. 30 Oct. Wachelinus abbas. Rogerus abbas II[d] : jacet in capitulo versus sedem prioris inferius. B

[e] 1083. 1 Nov. Malthildis, regina Anglorum[e]. Galterus abbas.

4 Nov. Johannes de Burig..... archidiaconus.

5 Nov. Hugo, Osbernus, abbates.

[f] Ante a. 1247. 7 Nov. Guillelmus abbas. Robertus comes. Guillelmus abbas IIII[f]. C

9 Nov. Mauricius abbas.

[g] 1164. 10 Nov. Hugo, Rothomagensis archiepiscopus[g].

11 Nov. Rogerus abbas. Augarus episcopus[3].

12 Nov. Aelicia de Sancto Leodegario.

13 Nov. Magister Radulfus. Magister Guillelmus de Gemeticis. D

15 Nov. Michael abbas.

16 Nov. Petrus de Hardencuria. Galterius archiepiscopus[4].

17 Nov. Rogerus abbas.

18 Nov. Herbertus abbas.

19 Nov. Henricus episcopus. E

20 Nov. Helgotus abbas. Ricardus, Joscelinus, episcopi. Johannes condam abbas[5].

21 Nov. Ricardus comes et dux major[6].

23 Nov. Petrus abbas.

24 Nov. Robertus abbas. Turoldus episcopus. Nicholaus de Corbolio. Magister Ricardus de Jorvilla. F

25 Nov. Galterus abbas.

26 Nov. Gontardus abbas[7].

27 Nov. Garinus, Geraldus, Guillelmus, abbates.

28 Nov. Rotrodus, Goifredus, archiepiscopi[8]. G

29 Nov. Magister Ricardus Wiceclin.

1 Dec. Nicholaus Malemains, miles, et uxor ejus.

[h] 1135. 2 Dec. Henricus, rex Angliæ[h].

4 Dec. Arnulfus abbas.

5 Dec. Johannes Gorran. Aelicia d'Estellant. H

6 Dec. Gillebertus abbas.

8 Dec. Jordanus episcopus[9].

10 Dec. Rogerus abbas. Adelinus abbas.

12 Dec. Guillelmus abbas.

[i] 943. 16 Dec. Guillelmus, dux Normanorum[i]. J

[k] C. 1154. 17 Dec. Ricardus abbas. Eustachius abbas[k] : jacet in capitulo ante sedem prioris superius.

18 Dec. Robertus de Monte.

19 Dec. Ranulfus abbas. Magister Simon de Sancto Petro super Divam.

20 Dec. Balduinus episcopus. K

23 Dec. Godefredus abbas. Walterius, condam prior Gemmeticensis. Galterius de Monte Forti.

24 Dec. Hildericus abbas.

25 Dec. Lucas episcopus.

[1] *Radulfus, Cantuariensis archiepiscopus, a. 1122 mortuus.*

[2] *Hæc nota ab auctoribus Galliæ christ. Serloni, Sagiensi episcopo, qui a. 1118 obiit, adscripta est.*

[3] *Algarus, Constantiensis episcopus, ab a. 1132 ad a. 1151.*

[4] *Galterus, archiepiscopus Rotom. a. 1207 mortuus.*

[5] *Voces* Johannes c. a. *secunda manu adjectæ sunt.*

[6] *Ricardus I, Normanniæ dux, qui a. 996 obiit.*

[7] *Abbas Gemmeticensis, a. 1095 mortuus.*

[8] *Goifredus et Rotrodus, Rotomagenses archiepiscopi, quorum prior a. 1128, posterior vero a. 1183 obiit.*

[9] *Jordanus, Lexoviensis episcopus, a. 1218 obiit. Conf. Rotomagense necrologium, supra,* 370 a.

A 26 Dec. Rainaldus episcopus.
27 Dec. Guillelmus abbas.
28 Dec. Ricardus abbas.

E GEMMETICENSIBUS EPITAPHIIS[1].

I.

Epitaphium Johannis abbatis du Tot[2], quiescentis in capella Sanctæ Mariæ.

B Hic jacet ille bonus cœli terræque colonus
Abbas J. du Tot, quem Christi gratia de tot
Curis exemit. Deus hunc quem morte redemit
Collocet in cœlis. Prudens fuit atque fidelis.

II.

C Epitaphium domini Guilhelmi de Becqueto[3], quondam Gemmeticensis abbatis, quiescentis in sacello Sancti Johannis evangelistæ.

Anno milleno trecenteno duodeno
A mundo pleno semel annum de duodeno
Subtrahe, tunc scire finemque potes reperire
D Hujus qui diræ mortis non possit abire
In pœnas. Quare? Quia cellas tunc renovare
Fecit, pro qua re cœlos valeat penetrare.
G. de Becqueto requiescat in paradiso.

III.

E Epitaphium domini Gaufridi, abbatis Gemmeticensis, quiescentis in capella Sancti Stephani.

G. Piquet[4] gratus abbas fuit iste probatus
Quondam prælatus, Domino servire paratus,
Nec fuit incertus olim de morte repertus,
Nam semper creptus[5] jacet hic de funere certus.
F Semper egentes esurientes hic recreavit,
Atque valentes undique gentes semper amavit.
Iste vagantes seu male stantes non toleravit,
Sed revertentes[6] nec variantes hos relevavit.
Pridem Gaufridus Maii pro bis semel idus[7]
G Transit, qui[8] placidus monachus fuit et bene fidus.
Annum millenum trecentenum duodenum
Jungas. Ter plenum verbum *Omnis*[9] *caro fenum*
Hujus figurare fidem valet[10] et reserare
Omnibus his clare qui gaudent[11] hinc recitare :

[1] *In cod. latino Parisiensi* 5424. *olim Rogerii de Gaignières* 218, p. 17 et s.
[2] *Obiit a. 1292. Vide supra*, 418 h.
[3] *Cod.* Berqueto. *Is abbas 17 Febr. 1312* (N. S.) *obiisse traditur. Vide supra*, 418 bc.
[4] *Cod.* Gaufridus Piques.
[5] *Ita codex. Fort. corrig.* cinctus.
[6] *Corr.* redeuntes.
[7] *Gaufridus abbas 2 idus Maii 1312 aut 1313 obiisse in Gallia christ. memoratur. Vide supra*, 419 g.
[8] *Cod.* Fuitque.
[9] *Cod.* Dominus.
[10] *Cod.* valeat.
[11] *Cod.* gaudeat.

Iste, sacerdotum cupiens persolvere votum, A
Christo devotum se reddidit undique totum.
Istius abbatis animam tu, fons pietatis,
Suscipe cum natis in Christo vere renatis.

IV.

Epitaphium domini Matthæi Cornet, quiescentis in sacello Beatæ Mariæ Virginis. B

Hic coram populo diocesis Rothomagensis
Qui jacet in tumulo fuit abbas Gemmeticensis,
Matthæus Cornet dictus. In cœlis sit benedictus;
Nunquam sit victus a quoquam nec maledictus.
Temporibus primis[1] de cunctis nos sociavit[2]; C
Quare famem charis[3] tribus annis non toleravit.
Istius ante pedes post ecclesiæ super ædes
Struxit; ob hoc ne des Deus huic pœnas neque lædes,
Et quia plura bona multis decet[4] ipse decenter,
Summa sibi dona Dominus det competenter, D
Et multis precibus succurrat virgo Maria
Nomina[5] a civibusque polorum concio dia.
Annum millenum trecentenum duodenum
Bis jungas plenum, tantum fuit hic caro fenum
Ante dies Julii, nocteque quindecima, E
Corporis proprii transivit hec anima[6].
Christe refrigerium da sibi non minimum.

EX ANNALIBUS MONASTERII SANCTI WANDREGISILI.

MONITUM.

Quæ sequuntur excerpta sunt ex Annalibus monasterii Sancti Wandregisili, quos anonymus quidam monachus sæculo XV exeunte vel XVI ineunte conscripsit, quorumque autographum exemplar tenet Imperialis Bibliotheca Parisiensis, in codice latino 12780, fol. 88-108. Ibi multa notatu digna referuntur de abbatibus qui monasteriis Sancti Wandregisili, Sancti Georgii de Balcherii Villa et Sancti Geremari Flaviacensis sæculis XIII et XIV præfuerunt.

MCCXXVII. Hoc anno relatæ sunt aliquæ reliquiæ de Flandria in monasterium
[a] 1226. Sancti Wandregisili, ex quo assumptæ fuerant. — Obiit[a] Ludovicus, rex Franciæ, *à Monpencier*, et delatum fuit corpus ejus et sepultum apud Sanctum Dionisium; F
successit Ludovicus, filius ejus; patet in cronica Franciæ.

MCCXXX. Sanctus Ludovicus, rex Franciæ, fundavit abbatiam quæ dicitur Re-

[1] *Alias* panis. *Ita in margine codicis notatum.*
[2] *Pro* sociavit *suspicamur legendum* satiavit.
[3] *Cod.* Gravem famem clarus.
[4] *Fort. corrig.* dedit.
[5] *Cod.* Noa, *adjecta compendii nota. Hic locus turbatus admodum videtur.*
[6] *Mathæus Cornet 15 kalendas Julii 1327 obiit. Vide supra*, 420 b.

A galis Mons, ordinis Cisterciensis, in episcopatu Belvacensi, prope Bellum Montem super Iseram.

MCCXXXI. Obiit[a] Theobaldus, archiepiscopus Rothomagensis, et successit Mauricius Cinoman[en]sis episcopus. — Gerardus de Fraymonasterio[1], abbas Flaviacensis, obiit, et Guillelmus successit. [a] 1229.

B MCCXXXIII. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum.

MCCXXXV. Recessit abbas Guillelmus de Braio[2] Fontanellensis; cui successit Robertus IIII, et receptus fuit ad processionem ad festum sancti Wandregisili[b]. — [b] 22 Jul.
Gerardus de Heregni, quondam abbas Flaviacensis, obiit[3].

MCCXXXVIII. Hoc anno translatum fuit corpus sancti Vulfranni in cassa argentea
C et deaurata.

MCCXXXIX. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum.

MCCXL. Hoc anno fuerunt translata corpora sanctorum martirum Maximi et Venerandi in cassa argentea et deaurata.

MCCXLIIII. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum. — Obiit Ro-
D bertus IIII, abbas Fontanellensis, natus de Antonio[4], VI° idus may. Cui successit Petrus Mauvyel, monachus ejusdem loci, natus de villa Sancti Wandregisili, et die Dominica ante festum sancti Wandregisili[c], eodem anno, receptus fuit ad pro- [c] 17 Jul.
cessionem.

MCCXLVII. Circa hæc tempora combustum fuit nostrum monasterium Sancti
E Wandregisili, ut reperi, qua fortuna ignoro.

MCCL. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum. — Incepit ordo Augustinensis.

MCCLII. Obiit domina Blancha, regina Franciæ, mater sancti Ludovici regis Franciæ, et sepulta fuit in abbatia sororum[5] de Maubuisson prope Pontiseram,
F quam ipsa fondaverat. Insuper fondavit abbatiam du Lis prope Melun super Sequanam.

MCCLIIII. Hoc anno canonizata fuit sancta Clara per Alexandrum papam. — Sanctus Ludovicus, rex Franciæ, rediit de terra ultramarina, et venit in Franciam.

MCCLV. Obiit VII kalendas Novembris Petrus Mauvyel, abbas Fontanellensis, et
G sepelitur in capitulo ejusdem loci, cui successit Gaufridus II abbas, natus de Naytot, prior ejusdem loci[6], qui chorum hujus monasterii combustum novo opere ædificavit.

MCCLIX. Guillelmus, abbas Flaviacensis, obiit, et Petrus de Wescencourt[7] successit, qui Petrus abbas tempore suo capellam Beatæ Mariæ illius loci miro opere
H ædificavit.

MCCLXI. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum.

MCCLXIII. Karolus, comes Andegavensis, frater sancti Ludovici, regis Franciæ, perrexit Romam, et auxilio suffultus tam Francico[8] quam Romano, regnum Ceciliæ et Apuliæ occupavit, et eodem anno coronatus fuit in regem Ceciliæ, con-
J sensu Clementis papæ, et eodem anno interfecit Mainfredum, regem Ceciliæ.

MCCLXIIII. Charolus, rex Ceciliæ, frater sancti Ludovici, regis Franciæ, fondavit unam abbatiam in Cecilia, ordinis Sancti Benedicti, quæ dicitur Mons Regalis (*Montroyal*), in qua viscera sancti Ludovici, regis Franciæ, delata fuerunt post mortem ejus et ibidem sepulta.

K MCCLXVII. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum.

[1] De Fresnemonstier, *in Gallia christiana, ubi hic abbas dicitur obiisse 5 idus Martii 1215.*

[2] *Dictus* de Beio *et* de Brabo *in Gallia christ.*

[3] *Gerardi, in Flaviacensi capitulo sepulti, hoc erat epitaphium* (*Gall. christ.* IX, 794) :

Quid facimus, cum negligimus peccata cavere?
Qui jacet hic semper studuit bona cuncta fovere.
Cum moritur, non deseritur Gerardus in imo,
Sed cœlo infertur, dono ditatus opimo.

[4] De Autumno, qui vicus esse dicitur pagi Perticensis. *Ita in Gallia christ.* (XI, 121). *Hic agitur, nisi fallimur, de villa Autonio, nunc* Authon, Eure-et-Loir, arr de Nogent-le-Rotrou (*Merlet*, Dict. topogr. du dép. d'Eure-et-Loir, p. 7).

[5] *Cod.* sororibus.

[6] *Odo Rigaudi, in suo Registro, die 3 Nov. 1254, notavit sese confirmavisse* electionem factam de Gaufrido de Noitot in abbatem Sancti Wandregisili. *Eumdem electionem regi denuntiavit litteris datis* apud Sanctum Wandregisilum, feria secunda post festum Omnium Sanctorum, anno Domini M°CC° quinquagesimo quarto, *id est* 2 Novembris 1254. (Cartul. normand, p. 92, n. 521.)

[7] Wesencourt. *Gallia christ.*

[8] *Cod.* Francisco.

MCCLXX. Obiit sanctus Ludovicus, rex Francorum, in castris juxta Cartaginem, A
et allatum est corpus ejus apud Sanctum Dionisium et decenter sepultum. Cui
successit Philippus, filius ejus primogenitus.

MCCLXXII. Incepit ordo Vallis Umbrosæ. — Magnæ indulgentiæ apud Sanctum
Wandregisilum. — Obiit Petrus de Wesencourt[1], abbas Flaviacensis, et Michael
successit. B

MCCLXXVI. Constructio ecclesiæ Beatæ Mariæ de Ouvilla[2], ordinis Sancti Augus-
tini, Rothomagensis diocesis.

MCCLXXVIII. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum.

MCCLXXXII. Vernherus, puer sanctus, filius cujusdam rustici, martirizatus fuit a
Judæis, et jacet in Beraco. Alius puer sanctus, nomine Arnoulfus, fuit similiter C
martirizatus a Judæis, et jacet in Berna, qui plura miracula fecit.

MCCLXXXIIII. Michael, abbas Flaviacensis, migravit e mundo, et Petrus suc-
cessit.

MCCLXXXV. Obiit Philippus, rex Franciæ, filius sancti Ludovici, en Parpignen.
Viscera ejus sepulta fuerunt in ecclesia cathedrali Narbonæ, et ossa ejus fuerunt D
allata in abbatiam Sancti Dionisii in Francia, et ibidem sepulta, cui successit Phi-
lippus, filius ejus, dictus Pulcher.

MCCLXXXVII. Obiit Mathæus, abbas Sancti Dionisii in Francia; cui successit
Reginaldus Giffart.

MCCLXXXVIII. Obiit Gaufridus, abbas Fontanellensis, natus de Naytot, XIIII ka- E
lendas Maii; jacet in dextra parte chori[3] ejusdem loci. Cui successit Guillelmus II
abbas, natus de Noirevilla, prior ejusdem loci.

MCCLXXXIX. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum.

MCCXCI. Hoc anno capta fuit Acra a Sarracenis et destructa.

MCCXCIII. Hoc anno Novio, una civitas Franciæ, combusta fuit tota, exceptis F
abbatiis Sancti Eligii et Sancti Bartholomæi.

MCCXCV. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum. — Obiit Margua-
rita, regina Franciæ, quondam uxor sancti Ludovici, regis Franciæ, et sepelitur
in cœnobio Sancti Dionisii Franciæ; quæ fundaverat abbatiam Sancti Marcelli[4]
extra Parisius, in qua posuit sorores ordinis Fratrum Minorum. G

MCCXCVII. Monasterium quod dicitur Marquette[5] sanctimonialibus in Flandria
hoc anno destructum fuit per Philippum, regem Franciæ, propter bellum quod
habebat contra Guidonem, comitem Flandriæ, cum maxima parte illius terræ.

MCCXCVIII. Hoc anno elevatum fuit sanctissimum corpus Ludovici, regis Fran-
corum, qui obiit in castris apud Cartaginem. H

MCCXCIX. Obiit Petrus, abbas Flaviacensis, et Fulco successit.

MCCC. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum.

MCCCI. Cometa apparuit circa festum sancti Michaelis, et statim bellum fuit
in Flandria, ubi fuit perditio militiæ Franciæ, scilicet anno sequenti.

MCCCIII. Obiit domnus abbas Guillelmus II Fontanellensis, natus de Norrevilla, J
cui successit domnus Guillelmus III le Doullié abbas, natus similiter de Norre-
villa, et prior ejusdem loci Fontanellensis. — Obiit Reginaldus, abbas Sancti
Dionisii in Francia, cui successit prior ejusdem loci[6].

[a] 1305. MCCCIIII. Obiit[a] Johanna, regina Franciæ et Navarræ, uxor Philippi Pulchri,
regis Franciæ, et sepelitur in ecclesia Fratrum Minorum Parisius. — Hoc anno K
sorores ordinis Fratrum Prædicatorum positæ fuerunt in ecclesia Sancti Ludovici
de Poissi, quam rex Philippus Pulcher Franciæ ædificaverat in diocesi Charno-
tensi. — Eodem anno ossa Roberti, comitis d'Artois, nepotis[7] sancti Ludovici
regis, qui occisus fuit in Flandria, delata fuerunt in abbatia de Maubuisson prope

[1] *Petri epitaphium nobis servaverunt Galliæ christianæ auctores:*

Petrum petra tegit abbatem, qui bene rexit
Claustrum Germense, quem Christus servet ab ense.
Devotæ vitæ semper fuit et sine lite.
Elegit cellam, quam condidit ante capellam
Virginis in laudem, cœli ut requiescat in æde.
Huic sit propitia via cœli Virgo Maria.

[2] *De fundatione Sanctæ Mariæ de Ouvilla, vid. T. Duplessis*, Description de la haute Normandie, I, 167.

[3] *Cod.* cori.

[4] *Cod.* Marcellis.

[5] *Cod.* Marquerre

[6] *Ægidius de Pontisara.*

[7] *Cod.* nepos.

A Ponthoise, et ibi honorabiliter sepulta. — Obiit Petrus abbas nonus monasterii Sancti Georgii; successit Johannes.

MCCCV. Ludovicus, filius Philippi Pulchri, accepit Marguaretam, filiam ducis Burgondiæ. — Eodem anno, obiit Robertus, dux Bourgondiæ, cujus corpus delatum fuit in Burgondia.

B MCCCVI. Indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum. — Caput sancti Ludovici et una de costis ejus delata fuerunt Parisio, scilicet costa in ecclesia Beatæ Mariæ cathedrali Parisii, et caput in capella regis in pallacio. — Philippus, filius secundus Philippi Pulchri regis, accepit[a] Johannam, filiam ducis[1] Burgundiæ, in matrimonio. — Obiit piæ memoriæ dominus Guillelmus de Flavicuria, archiepi- [a] 1307.
C scopus Rothomagensis. Successit Bernardus.

MCCCVII. Hoc anno capti fuerunt in una die Templarii per totam christianitatem.

MCCCVIII. Karolus, tertius filius Philippi Pulchri, regis Franciæ, accepit[b] Blancham, filiam ducis[2] Burgondiæ in conjugio. — Obiit Katherina, uxor secunda [b] 1307
D Karoli, comitis de Varloys, et sepulta fuit in ecclesia Fratrum Prædicatorum Parisio.

MCCCX. Bernardus, archiepiscopus Rothomagensis, et nepos Clementis papæ, permutavit cum Ægidio, archiepiscopo Nerbonæ, et Ægidius factus est archiepiscopus Rothomagensis, et Bernardus Nerbonensis.

E MCCCXI. Celebratum est concilium Viennæ civitate, in quo fuerunt centum quatuordecim prælati ecclesiæ portantes mittras; ibi fuerunt duo patriarchæ, scilicet Antiochiæ et Alexandriæ; et fuit propter factum enorme Templariorum. — Hoc anno, die Jovis in Epyphania Domini[c] consecratum fuit majus altare ecclesiæ Sancti Wandregisili Fontan[ell]ensis a venerabili Vulfranno, episcopo[3]....., [c] 6 Jan. 1312 (N. S.).
F vicario domini Ægidii de Billon, archiepiscopi Rothomagensis.

MCCCXII. Secundo celebratum est concilium Viennæ civitate, præsidente Clemente papa, in quo fuit Philippus rex Francorum. Ibi ordo Templariorum cassatus et adnullatus[4] fuit.

MCCCXIII. Hoc anno palatium Parisii factum est a domino Engerrant de Ma-
G rigny.

MCCCXIIII. Philippus Pulcher, rex Francorum, moritur et in cœnobio Sancti Dionisii in Francia honorabiliter sepelitur. Cui successit Ludovicus, filius ejus, dictus Longus[d]. — Marguareta, regina Navarræ, filia ducis de Borbon[5], et uxor [d] Sic
Ludovici, regis Navarræ, filii Philippi Pulchri, regis Franciæ, et Blancha, seconda
H filia comitis Burgondiæ, uxor Karoli, comitis de la Marche, filii Philippi prædicti regis Franciæ, incarceratæ fuerunt in castro de Gaillart in Normannia, propter fornicationem et adulterium, et ibidem obierunt.

MCCCXV. Obiit dominus Enguerrant de Marigny, coadjutor et gubernator[6] regni Franciæ et regis Philippi Pulchri, qui fondavit ecclesiam Beatæ Mariæ d'Escouis,
J et sepultus fuit in ecclesia Cartusiensium Parisii, cum fratre suo Philippo, quondam archiepiscopo Senonicæ urbis, et jacent simul sub eadem tumba.

MCCCXVI. Obiit [Clemens] papa [quintus]; successit Johannes XXII. — Obiit Ludovicus Hutin, rex Franciæ et Navarræ, cui successit Philippus, frater ejus, dictus le Long.

K MCCCXVII. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum. — Fulco[7], abbas Flaviacensis, obiit, et Robertus successit.

[1] *Corrig.* comitis.

[2] *Corrig.* comitis.

[3] *Locus in cod. vacuus. — Is præsul, nisi fallimur, est Wulfrannus de Abbatisvilla, Bethleemitanus episcopus, qui adfuit solemni dedicationi ecclesiæ collegiatæ Sanctæ Mariæ Escoiensis, factæ a Nicolao de Freauvilla, Sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinali, anno 1313. Vid. Orientis christ. tomum III, col. 1283, et Gall. christ. tomum XII, col. 690.*

[4] *Cod.* cassata et adnullata.

[5] *Leg.* ducis Burgundiæ.

[6] *Cod.* goubernator.

[7] *Fulconis hoc est epitaphium, ex Gallia christ.* (IX, 795):

Fulco sub hac silice milleno triplici c anno
Septenoque simul latuit, juncto sibi deno.
Felix ecclesia tanti pastoris alumna,
Nunc dolet illa quia talis sibi demta columna.
Visus erat melior nullus, qui quidquid acerbi
Aut fausti accideret, non dispare mente subiret.
Hic abbas humilis doctus fuit atque pudicus,
Vir sanctus, prudens et semper pacis amicus,
Nescius ille doli. Quia servivit tibi soli,
Quod pereat noli, cœlo at da, Christe, beari.

MCCCXIX. Hoc anno abbas Guillelmus le Doullié, abbas Sancti Wandregisili A
Fontanellensis, fecit renovare, confirmare et in scripturam novam ponere omnes cartas, cirografos et litteras antiquas, jura et libertates hujus monasterii continentes et a Philippo rege Francorum et Navarræ confirmare et approbare, et sigillo regio muniri[1]. Et fut ung bien inestimable pour l'eglise[2].

[a] 3 Jan. 1322. MCCCXXI. Obiit[a] Philippus V dictus le Long, rex Francorum et Navarræ; cui B
successit Karolus, frater ejus, comes de la Marche.

MCCCXXIII. Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum. — Obiit Robertus, abbas Flaviacensis[3]; cui successit Johannes.

MCCCXXIIII. Sanctus Thomas de Aquino, ordinis fratrum Prædicatorum, hoc anno canonizatus fuit. — Obiit Johannes, abbas decimus monasterii Sancti Geor- C
gii Baucherii Villæ, VII idus Novembris[4].

MCCCXXV. Obiit Karolus, comes de Valoys, frater Philippi Pulchri, quondam regis Franciæ, et sepultus fuit honorabiliter Parisius in ecclesia Fratrum Prædicatorum, et cor ejus in ecclesia Fratrum Minorum.

[b] 1328. MCCCXXVII. Obiit[b] Karolus Pulcher, rex Francorum et Navarræ, filius Philippi D
le Bel, et sepelitur in ecclesia Sancti Dionisii, et successit Philippus de Valoys, cognatus germanus ejus.

MCCCXXVIII. Obiit Clementia, regina Franciæ, quondam uxor Ludovici Longi, regis Franciæ, et sepulta fuit honorabiliter in ecclesia Fratrum Minorum Parisius. — Magnæ indulgentiæ apud Sanctum Wandregisilum. E

E SERIE METRICA ABBATUM FONTANELLENSIUM.

MONITUM.

Metricæ seriei abbatum Fontanellensium, a sancto Wandregisilo ad Johannem de Brametot, anno 1483 mortuum, quam in codice urbis dictæ *le Havre*[5], ad calcem Chronici Fontanellensis (pag. 284), necnon in codice Parisiensi inter latinos 11731 (fol. 32 et 33) reperimus, præfixus est hic titulus :

Istic rectorum titulantur nomina versu
Fontinellensis nobilis ecclesiæ.

Inde excerpsimus brevia nonnullorum abbatum elogia, annis quibus obiisse vel abdicavisse dicuntur iidem abbates ad marginem annotatis.

XLI. Claruit abbatis post hunc Guillelmus (I) honore, F
[c] 1235. Qui lapso modico tempore cessit ei[c].
XLII. Postea patronus Robertus (IIII), dogmate plenus,
[d] 1244. Extitit ecclesiæ, qui pie gessit onus[d].

[1] *Sic in cod.*

[2] *Litteræ quibus Philippus V veteres Fontanellensis monasterii chartas confirmavit transcriptæ sunt in codice latino* 17132.

[3] *Robertus obiit non anno 1323, sed anno 1333, ex epitaphio quod in Gallia christ.* (IX, 795) *editum est :* Hic jacet frater Robertus de Marcellis, quondam abbas hujusce monasterii, qui migravit ad Dominum anno 1333, in vigilia sancti Mathæi. Cujus anima requiescat in pace.

[4] IV idus Decembris. *Gallia christ.*

[5] *Cf.* Ravaisson, Rapp. sur les bibl. de l'Ouest, 292.

A XLIII. Hac villa natus Petrus abbas eligitur post,
Actibus et verbis rexit ovile Dei[a]. [a] 1255.
XLIV. Gaufridus (II) sequitur, quem movit adustio sæva,
Atque novum fecit ædificare chorum[b]. [b] 1288.
XLV. Consensu fratrum, Guillelmo (II) gloria patrum,
B Est data, qui juste rexit et egregie[c]. [c] 1303 vel 1304.
XLVI. Guillelmus (III) commune bonum satis auxit honeste
Turrim cum parte navis, latamque coquinam,
Et partem quartam claustri fecit renovare[d]. [d] 1342.

EX CHRONICO FISCANNENSIS CŒNOBII.

MONITUM.

Chronicon Fiscannense, ab anno Christi primo ad annum 1220; cum Appendice Brennacensi ad annum 1246, R. P. Philippus Labbeus, ex veteribus membranis, quas penes se fuisse dicit, anno 1657, tomo I *Novæ bibliothecæ*, p. 325, publici juris fecit. Eisdem membranis, sæculo XVIII exeunte in Regiam bibliothecam illatis, constat tertia pars codicis gallici 10130 (olim *supplément français*, n. 219), de quo adeas *Catalogum mss. codicum collegii Claromontani*, p. 304, n. DCCCIII.

Ad fidem supradicti exemplaris edimus recentissimum Chronici Fiscannensis seu potius Brennacensis appendicis fragmentum. Quæ antecedunt, quære in superioribus tomis XI, p. 363; XII, p. 777, et XVIII, p. 350.

MCCXXVII. Henricus, filius Roberti comitis Branæ, electus est in archiepiscopum
C Remensem.

MCCXXVIII. Ventus[1] ingens venit in vigilia beati Marci[e]. [e] 24 Apr.

MCCXXIX. Facta est discordia inter reginam et clericos Parisienses, et multi submersi fuerunt in Secana.

MCCXXX. Facta est discordia inter regem Franciæ et Petrum, comitem Britanniæ,
D et ivit[2] rex cum tota nobilitate Francorum in Britannia[3], et iterum facta est pax inter regem et comitem. Eodem anno facta est discordia inter comitem Campaniæ[f], et Philippum, comitem Boloniæ, et comitem Robertum[g], et alios nobiles [f] Theobaldum.
Franciæ, qui transierunt Maternam[4], et combusserunt totam villam[5] de Spernaco, [g] Drocensem.
Virtutem et Sesanne, et fugaverunt comitem Campaniæ, et in reditu obsederunt
E castra de Cys[6] et de Fimes[7], et ceperunt ea, et succensa est turris de Fimes.

MCCXXXIII. Obiit Philippus, comes Boloniæ, et in die Quadragesimæ[8] post comes Robertus, dominus Branæ[9], obiit, et successit Johannes, filius ejus.

MCCXXXVIII. Comes Campaniæ, comes Britanniæ, dux Burgondiæ[h], et alii no- [h] Hugo IV

[1] *Hanc notam omisit Labbeus.*
[2] *Edit.* fuit.
[3] *Pro* in Britannia, *Labb.* et Britannorum.
[4] *Edit.* Matronam.
[5] *Edit.* totas villas de Sparnaco, de Virtutibus et de Sesanna.
[6] *Vox* Cys *deest in edit.* — *Hodie* Cys, Aisne, arr. Soissons, c[on] Braisne.
[7] Fismes, Marne, arr. de Reims. (*Conf.* D'Arbois de Jubainville, Hist. des comtes de Champagne, IV, 240.)
[8] *Ed.* quadragesimo.
[9] *Voces* dominus Branæ *in cod. erasæ sunt.*

[a] Henricus II. [b] Amalricus.

biles Franciæ ierunt ultra mare contra Paganos, et capti fuerunt comes Barri[a], A et comes Montis Fortis[b].

MCCXXXIX. Obiit Henricus de Brana, archiepiscopus Remensis.

[c] Mariam.

MCCXLII. Facta est discordia inter regem Franciæ et comitem de Marchia, et rex Franciæ cum maxima nobilitate Francorum ivit in Marchiam, et cepit oppida multa, et iterum facta est pax inter regem et comitem. Eodem anno desponsavit B Johannes, comes Branæ, filiam[c] Erchembaldi de Borbona[1].

MCCXLV. Celebrata est sancta synodus Lugdunensis a domino Innocentio papa IIII in ecclesia Sancti Johannis, et Fredericus quassatus, et rex Franciæ cruce signatus.

[d] Guido. [e] Garnerius.

MCCXLVI. Translatum est corpus beati Evodii in monasterio castri Branæ per C venerabiles patres Suessionensem[d] et Laudunensem episcopos[e], procurante domno Gerardo, abbate dicti loci, in capsa[2] quam fecit idem Gerardus fieri, astante plebis multitudine copiosa.

E CHRONICO ABBATUM FISCANNENSIUM.

MONITUM.

Foliis 101-104 codicis latini 12778, quæ D. Anselmus Le Michel in bibliothecam Sancti Germani Pratensis circ. annum 1640 invexit, continetur Chronicon abbatum Fiscannensium, quod sæculo XIV exeunte scriptum et ad finem sæculi XV breviter continuatum est. Ex eo chronico manavit Catalogus abbatum, quem Philippus Labbeus, ad suam usque ætatem deductum, ex veteribus schedis edidit[3].

Ricardus Morin, Fiscampnensis abbas octavus, in archiepiscopatu Rothomagensi, apud Paluel[4] natus fuit, vir generis et scientiæ valde simplex, qui secun- D dum gratiæ[5] quantitatem et sensus, per annos quinque monasterium rexit. Sed propter corporis aut sensus debilitatem, contra eumdem toto conventu clamante et murmurante, vellet aut nollet, resignavit, et post aliquas dissensiones inter aliquales personas monastérii Fiscampnensis, Guillelmus dictus Vaspail, prior Sancti Audoeni Rothomagensis, per quemdam cardinalem et legatum, nomine E Romanum, in abbatem constitutus fuit Fiscampnensem et pastorem. Ipse vero sepultus est in capella Sancti Martini.

[f] C. 1230.

Guillelmus Vaspail, nonus, qui de priore Sancti Audoeni Rothomagensis in abbatem, ut præfatur, extitit sublimatus[f], prope Cadomum, in villa quæ dicitur Ros[6], Baiocensis diocesis, natus fuit, vir apprime litteratus, totusque religionis F et honestatis suis temporibus cæteris jubar et exemplum. In adventus sui principio, tam propter sui prædecessoris debita, tam quia gentibus de patria fuit nigratus, non suis meritis exigentibus, multa passus fuit detrimenta. Sed hoc non obstante, quasi patiens, mansuetus et humilis et prudens, conventum et subditos

[1] *Edit.* Borbonio. — *Cf.* Chazaud, Étude sur la chronologie des sires de Bourbon, p. 216.
[2] *Edit.* capsam.
[3] Nova biblioth. I, 328.
[4] *Labb.* Palues. — Paluel, Seine-Inférieure, arr. Yvetot, c[on] Cany.
[5] *Cod.* gacie
[6] Rots, Calvados, arr. Caen, c[on] Tilly-sur-Seulles.

A sapienter regendo, debita monasterii persolvendo diligenter, suos æmulatores
benigniter paciscendo[1], ecclesiæ libertates et jura viriliter et fideliter observando,
per aliquos annos monasterium gloriosissime rexit. Deinde cum cæteris prælatis
ad generale concilium[2] contra Fredericum imperatorem vocatus, a dicto Frede-
rico cum aliquibus aliis fuit in carcerem mancipatus. Sed nonnullis datis mune-
B ribus, cum auxilio cujusdam archidiaconi Baiocensis ecclesiæ, de patria proge-
niti, a dicto carcere liberatus, sanus et incolumis ad monasterium Fiscampnense
remeavit[a]. Hiis itaque taliter expletis, misit Parisius, scolares bonos et famosos [a] 1241.
adduci sibi fecit, habitumque[3] tradidit monachalem, inter quos fuit Guillelmus
de Putot, secundus suus successor, et Jacobus, qui post abbas Sancti Petri supra
C Divam fuit[4], et Gabriel, abbas de Ybreyo[5]. Tandem abbas Guillelmus, multis
laboribus fatigatus, attamen grandævus, tricesimo primo suæ creationis anno
vitam finivit laudabilem[b]. Sepultus est enim in capella Beatæ Mariæ prope ca- [b] 1260.
pellam Sancti Andreæ.

Ricardus de Treigoz, abbas Fiscampnensis decimus, in Constantiensi diocesi
D natus fuit, apud villam quæ dicitur Treigoz[6]. Propter autem gravamina damp-
naque non modica quæ monasterium tempore Guillelmi prædicti sustinuit, iste
Ricardus sub se tantum onus subcombere non modicum hæsitavit, se posse regere
totaliter spe remota. Sed licet in primis duobus annis multa patienter tolerans,
et de statu talis prælati non mediocriter muniens[7], bono consilio ductus et usus,
E monasterium gubernavit, ut ante nec post regimen divitiarum abundantia[m]
nec pecuniæ copia[m] similem[8] non habu[er]it nec æqualem. Apud Grunvillam et
Escrutevillam et Heudebouvillam[9] ædificia maxima ædificari fecit. Plures prælati[10]
nobiles et alii nonnulli per pecuniæ mutuum sub temporibus[11] monasterio Fis-
campnensi fuerunt obligati. Qui non tantum dives, potens et locuples, ymo lar-
F gus, prudens et providus, per xx^ti sex annos gubernavit[12], et sepultus in dicto
monasterio in capella Beatæ Mariæ, ad lævam, prope parietem. Cui successit
Guillelmus de Putot.

Guillelmus de Putot, abbas Fiscampnensis xi^us, natus fuit apud villam quæ di-
citur Putot, [in] Baiocensi diocesi situatam[13], de cujus moribus et vita, regimine
G et sapientia nonnulli moderni habuerunt. Iste Guillermus vil[l]am de Fiscampno
cum pertinentiis, rege Franciæ placato, suæ jurisdictioni temporali subdidit, salvo
tamen jure capitali. Multas alias possessiones, terras et redditus hereditarie monas-
terio Fiscampnensi copulavit et conjunxit; maneria de Hogis, de Fontibus, de
Paluel et domum qui dicitur Paris opere decenti construxit. Nec illud silendum
H est quod unum inter cetera monasterio valde necessarium et intuentibus mirabile
composuit, videlicet fontem qui dicitur Fons Gohier usque claustrum monasterii
haud de longe per discursus plumbeos emanare[14]. Apud Parisius manerium ad
Serpentem[15] Fiscannensi monasterio perpetualiter vindicavit, qui solerter cum
summaque providentia, quandiu vixit, regens monasterium, duodecimo suæ crea-
J tionis anno vitam finivit[c]. Qui etiam sortitus est honorabiliter monumentum in [c] 1297.
capella Sancti Andreæ, ad partem versus capellam Beatæ Mariæ.

Thomas, Fiscampnensis abbas xii^mus, in episcopatu Constantiensi apud Sanctum
Benedictum in Umbris[16] natus fuit. Licet monasterium ad Romanam ecclesiam

[1] *Cod.* pasciscendo.
[2] *Cod.* consilium.
[3] *Subaudi* illis.
[4] *Radulphus, Albanensis episcopus, litteris apud Sanctum Gabrielem 25 Jul. 1269 datis, regi nuntiavit* Jacobum de Cyreseyo, monachum monasterii Fiscanensis, monasterio Sancti Petri super Divam præfectum fuisse. (Cartul. normand, p. 166, n. 742.) *Mendose igitur in catalogo Fiscannensium abbatum insertum est nomen Jacobi I, quem Galliæ christianæ* (XI, 732) *auctores tradunt* ex monacho Fiscannensi creatum fuisse abbatem Divensem circa 1230. *Idem est ac* Jacobus II, *ut dicunt, qui* ex monacho Sancti Audoeni (*corrig.* Fiscanni) abbas Sancti Petri præfuit annis 1269 et 1273.
[5] *Cod.* abbas Hybreyo.
[6] Troisgots, Manche, arr. Saint-Lô, c^on Tessy.
[7] *Locus turbatus.*
[8] *Cod.* similiter.
[9] Écretteville-les-Baons, Seine-Inférieure, arr. et c^on Yvetot. — Heudebouville, Eure, arr. et c^on Louviers.
[10] *Cod.* prælatus.
[11] *Suppl.* hujus abbatis.
[12] *Vocem* gubernavit *supplevimus.*
[13] Putot en Bessin, Calvados, arr. Caen, c^on Tilly-sur-Seulles.
[14] *Suppl.* curavit.
[15] *Conf. Géraud*, Paris sous Philippe le Bel, p. 323.
[16] *In diœcesi Lexoviensi* (*Cf. Le Prevost*, Pouillés de Lisieux, p. 28), *non in Constantiensi, sita erat parochia Sancti Benedicti de Umbris, hodie* Saint-Benoît des Ombres, Eure, arr. Pont-Audemer, c^on Saint-Georges du Vièvre.

nullo medio pertineat, iste primus apud Romanam curiam fuit personaliter con- A
firmatus; ob cujus rei causam multas expensas monasterium sustinuit, et casu
consimili in posterum dubium est sustinere. Fuit autem præfatus Thomas cor-
pore pulcherrimus, facie decorus, affatu benevolus, de gratiæ donis et naturæ
multimodis decoratus. Manerium de Sancto Gervasio apud Rothomagum repara-
vit, in dextro latere ecclesiæ capellas opere decenti complevit, et in alia parte B
operari[1] magnopere, si vixisset, intendebat. Sed per spatium decem annorum
[a] 1309. cum dimidio vivens in regimine, mundum relinquens[a]. Qui sepultus est in mau-
soleo valde honorabili in capella Virginis ad dextram partem.

Robertus de Putot, Fiscampnensis abbas tertius decimus, Baiocensis diocesis, de
oppido quod dicitur Putot, homo utique laudabilis conversationis et vitæ, qui circa C
observanciam regularem et cultum divinum jugiter intendens, et super sibi gre-
gem commissum vigilans, fecit temporibus suis in præfato monasterio religionem
florere[2] et ceremonias beati Benedicti secundum humanam fragilitatem subditis
sibi monachis pro posse observari, plus exemplo quam doctrina discipulis profi-
ciendo, et sic de talento sibi tradito Christo rationem redditurus, anno decimo D
[b] 1326. nono a creatione sua, ut pie creditur, regna cœlestia adeptus est[b], qui honorabi-
lem habere meruit sepulturam in dicto suo monasterio, inter capellam Sancti
Andreæ et Sanctarum Virginum[3], succedente sibi Petro Rogerii.

Petrus Rogerii, Fiscampnensis abbas XIIII[us], de diocesi Lemovicensi trahens ori-
ginem, in sacra pagina solempnis magister et prædicator valde nominatus, vir sa- E
piens et omni virtute polenti[4], qui post annos tres sui regiminis in dicto monas-
[c] 1328. terio, clarescentibus meritis, ad ecclesiam Attrebatensem translatus fuit[c]. Inde [in]
[d] 1329. Senonensi[5] ecclesia cathedralem suscepit honorem[d], et subsequenter ad archiepi-
[e] 1330. scopatum Rothomagensem pallio archiepiscopali decoratus est[e], favente sibi Ro-
[f] 1338. mana ecclesia, per tractum temporis ad cardinalatum usque ascendens[f]; tandem F
[g] 1342. in summum pontificem usque ascendens[g], more solito, priori nomine mutato,
Clemens sextus vocatus est. Cui successit Philipus de Longua Villa.

EX NECROLOGIO PRIORATUS LONGÆ VILLÆ.

MONITUM.

Codice Parisiensi latino 5198[6] continetur necrologium monasterii Sanctæ Fidis de Longa Villa, Rotomagensis diœceseos, tempore fratris Heliæ Jacobi, circa a. 1385, exaratum, in quo desunt folia duo, sex ultimis Septembris et sex prioribus Octobris diebus respondentia. Inde excerpsimus non pauca loca, quæ, tum ipsius monasterii tum præcipuarum in superiore Normannia gentium historiam sæculis XII, XIII et XIV illustrant. Libri cartarum, nunc deperditi, folia quæ sæpius indicavit Necrologii auctor, notare superfluum duximus.

3 Jan. Pro domino[7] Herbranno, condam priore hujus loci. Et pro Roberto de

[1] *Cod.* operarii.
[2] *Cod.* florem.
[3] *Labb.* inter capellam Sancti Andreæ et capellam Sancti Joannis Baptistæ.
[4] *Fort. corrig.* pollens.
[5] *Cod.* Cenonensi; *Labb.* Cenomanensis.
[6] *Olim Colbertino* 3365, *postea regio* 4229 2. 2
[7] *Cod.* dompno *hic et infra.*

A Bertrevilla, et ejus parentibus, qui dedit nobis apud Boteilles duo modia salis. Et pro Matilda la Bolenguiere, quæ dedit nobis ibidem duas salinas et unam masuram, ut in Libro cartarum, folio LXXIIII. Et pro Guillelmo Alberedæ et Nycholao, ejus filio, et pro Avicia Boterel, et pro Viviano[1] de Archis, qui dederunt nobis in dicto loco de Boteilles sex modia salis cum dimidio. Et pro Renaldo le Martre et
B Guillermo Bourgoise, qui dederunt nobis apud Archas XX solidos annui redditus.

7 Jan. Pro domino Henrico, condam comite Augi[2]..... Dedit enim nobis in vicecomitatu Ulterioris Portus sex milia allecum singulis annis..... — Pro domino Galtero de Caneio, viro magnæ religionis et honestæ conversationis, qui fuit helemosinarius et subprior hujus loci per spatium XL annorum et ultra. Et pro
C Emelina de Caneio, matre ipsius Galteri.

8 Jan. Pro Gaufrido de....., qui dedit nobis apud Bernemesnil VII solidos, etc. Item pro Guillelmo de Carcuit, qui dedit nobis III solidos annui redditus. Item pro Alveredo Clerici, qui dedit nobis subtus Spinetum dimidiam acram terræ. Item pro Michaele Romani de Bernemesnil..... Item pro Radulpho de Haverlant,
D qui dedit nobis versus Crespevillam duas acras et unam vergeiam terræ. Item pro Guillelmo Queret et Guillelmo le Gascoing, et Vincentio de ultra aquam de Stabulis.

9 Jan. Pro Petro de Claro Folio, qui dedit nobis juxta vallem des Hauletes duas acras terræ. Item pro Roberto Præpositi de Sancto Syduno..... Item pro
E Adam de Gardino, qui dedit nobis apud Mortuum Mare III solidos annui redditus. Item pro Susanna, et duabus suis sororibus, quæ dederunt nobis apud Parvam Pratam VIII solidos, etc. Item pro Guillelmo Ravinelli.

11 Jan. Pro domino Eustachio, Radulpho, Jordano.....[3] de Criketot....., qui dederunt nobis decimam de Bosco Huelin..... Item pro domino Ray[naldo]
F comite Tornorrensi[4]. Item pro domino Petro de Bosco, condam p.....[5] Cenonensi[6], qui dedit nobis VII minas ordei annui redditus.

14 Jan. Translatio sanctæ Fidis, in cappis et cum karola, sed sine processione..... Pro domino Nargaldo, primo priore hujus loci : fuit enim vir magnæ religionis et conversationis honestæ, et laboravit multum super ampliatione hujus
G domus fundationis, tam in redditibus quam in hædificiis.

 Et brevis occavit Attropos ipsa colum.
E Vita hominis [vix] floruit annis ter duodenis.
Passio Christi deleat istis debita pœnis.
Concio nobilis et venerabilis hæc religata,
Corpus amabile, cor quoque nobile, servat humata.
Vir vernans venia, validus virtute, vigore,
F Vir vitans vitia viguit vernante valore,
Hic comes ecclesiæ monachis alec bene nactis [2]
 Unum contulit, his quaque cibanda [3] die.
Plura modo nequeo comitis [nunc] dinumerare.
Corna [4] mihi major metrum jubet accelerare.
G A cujus latere mater jacet inclyta, prudens.
Matrissare studens, voluit cum matre latere.
Summe dator veniæ, regnans in monte beato,
 Matri cum nato [tu] miserere piæ.

Au costé de la dite dame dessoubz sont en ymaiges eslevez pourtraitz et assis H de fin cuivre surorée en or les noms et les armes des seigneurs et d'autres qui s'ensuivent, lesquels leur appartiennent à cause de lignaige de par la dame et de par les dames yssues de Foucarmont. Premièrement la contesse Aalis et aprés Raoul de Yssouldun, son mari, à son costé. Après Raoul de Yssouldun, son filz, et dame Aleonor de Bretaigne [5]. Après, dame Bietrix de Saint Pol, femme du dit J Jehan. Après, dame Jehanne de Criel [6], seur à la dite Aalis. Après, le conte de Arevez [7], le sire de Coussy, le duc de Bourgongne, Ysabeau de Dampierre, fille au dit conte Jehan, le sire d'Estouteville, Marguerite, vicontesse de Touars.

Au costé senestre de la dite tombe du dit Jehan [8], en bas, sont en ymaiges eslevez les princes et les armes qui ensuivent, et dont le dit Jehan estoit yssu de K par son père Alphons, à cause de sa mère royne de Hierusalem. Premièrement le roy Jehan de Hierusalem, son aieul. Après, l'empereur de Constantinople, son oncle, frère de Alphons [9]. Le roy saint Loys. Le roy Charles de Secile. Le roy Phelippes, qui morut en Aragon [10], filz du roy saint Loys. Le roy d'Acres [11], son oncle, frère de Alphons, de mère, le conte Alphons, le roy d'Espaigne [12], messire L Robert d'Artois, le conte d'Alençon [a], le conte de Beaumont [13], le conte d'Orange.

[a] Pierre.

Au bout d'en hault de la tombe, en bas, à leurs chefs sont en ymaige ou meillieu

[1] *Le ms. porte* ter terna. — Le texte de cette épitaphe est incorrect; plusieurs vers en sont peu intelligibles.
[2] *Il doit y avoir quelques altérations dans ce vers, qui rappelle la pitance journalière d'un hareng donnée par le comte Jean aux moines de Foucarmont. — Au lieu de* Huic.... bene nactis, *il y a* Hic.... homo nactis *dans le ms.*
[3] *La copie de Duchesne porte* qualibet cibando.
[4] Coru *dans le ms.*
[5] *Pour* Yolend de Braine.
[6] Cecil *dans le ms. — Duchesne propose* Choul.
[7] *Il faut sans doute lire* Dreuez.
[8] *La copie porte* tombe et du dit Jehan bas sont
[9] *Baudouin de Courtenay, beau-frère d'Alphonse.*
[10] Avignon, *dans le ms.*
[11] *Jean d'Acre, bouteiller de France.*
[12] *Peut-être Ferdinand III, roi de Castille.*
[13] *Sans doute le mari de la vicomtesse de Beaumont, que l'auteur de la chronique appelle* Louis.

Nostre Seigneur, Nostre Dame, saint Jehan l'evangeliste, saint Jehan Baptiste, A
saint Denys, saint Pierre, saint Pol et saint George. A leurs pieds, autres saints.

Les dites tombes sont closes en manière de huche, et ont esté empirées moult durant les guerres.

En la chappelle de l'abbé de la dite abbaye est l'obsecque du dit Jehan, painte
et portraite, et aussi la ligne de Alphons et de son père. Premièrement ou bout B
de la dite chappelle est portraict le roy de Hierusalem, assis en une bière, couronné et tenant le sceptre, en disant les vers qui ensuivent :

Rex ego Jerusalem, sobolem genuique sequentem.

Au dessoubz, assez près sont portraits coste à coste Alphons et Marie, sa femme,
tenants une manière de roulet en pourtraiture, de main à autre, où sont escrits C
les vers qui ensuivent entre eulx deux :

Filius ipse piæ nupsi sine fraude Mariæ,
Quæ jacet hic vere. Deus, hujus tu miserere.

Hæc Alphons[us] dicit. — Maria respondet Alphonso :

Vir sapidus, placidus, validus, fervente valore D
Vir solidus, liquidus, nitidus, fulgente decore.

Aux piedz du dit Alphons et de Marie, sa femme, sont pourtraits Jehan, leur filz, et Blanche, abbesse, et Beatrix, femme du dit Jehan. Et est le dit Jehan assis entre les deux dictes dames, tendant à chacune une main, et tenant à chacune
manière d'escretel[1]. Et aussi sont il vers luy et dient ches vers[2] : E

Johannes dicit uxori :

Ipse nepos regis nupsi termine legis
Mundæ Beatrici quam pictam conspicis.

Abbatissa dicit Johanni :

Frater dilecte, probitatis regula rectæ, F
Miles electe, tumulatum damus hæc te.

En l'entrée de la chappelle sont portraits plusieurs prelats qui firent l'obsèque, et comme l'archevesque de Reims[a] chanta la messe, et presentation pourtraite. *Unde dicunt versus :*

[a] Pierre.

Hujus defuncti planxerunt viscera cuncti G
Pastores isti psallentes viscere tristi.

Emprès sont portraits Jehan, son filz, et messire Jehan d'Acon, son oncle de par sa mère, et entre eulx deux est pourtrait le conte de Saint Pol[b] qui fait signe de eulx reconforter.

[b] Gui III.

Jehan, filz du dit Jehan, fut marié à madame Jehanne de Coussy, contesse de H
Guynes, à cause de sa mère, fille de Guines et femme monsieur de Coussy[3]. Eulx deux ensemble eurent ung filz nommé Raoul et une fille nommée Marie, qui morut jeune enfant, et gist en une abbaye de l'ordre de Cisteaulx nommée Lonviller, assez près de Guines et de Boulongne. Eulx deux ensemble confermèrent
les previléges de l'eglise tant seulement. Le dit Jehan morut à Courtray l'an MCCCII. J
Madame Bietrix, sa mère, et madame de Guines, sa femme, grand temps après feirent apporter ses ossements à la dite abbaye, et en sont ou cousté du père.

[1] *La copie porte* d'estre tel.
[2] *Ces vers sont altérés en plus d'un endroit.*
[3] *Jeanne de Guines, femme de Jean de Brienne, comte d'Eu, était fille de Baudouin IV, comte de Guines, et de Catherine de Montmorency; Baudouin IV était fils d'Arnoul III, comte de Guines, et d'Alix de Coucy.*

A Madame Bietrix, sa mère, deux ans après son decès, alla demourer à Saint Pol,
et se fist enfouyr avec ses antecesseurs en une abbaye de l'ordre de Cisteaux appel-
lée Chercamp, *dicta abbatia*[1] *de Carocampo*, assez près de Saint Pol en Ternois,
l'an MCCCIIII.

Madame Jehanne de Guines garda moult long temps la conté de Eu et Raol son
B filz : car il estoit bien jeune enfant quant son père morut. La dite dame de Guines
trespassa ou conté de Eu, en Guerreville[a], l'an MCCCXXXI, et fist moult noble tes- [a] Guerville.
tament, ouquel elle laissa grand foison de deniers et de joiaulx dorez, draps d'or
et aornemens d'eglise. Il y a sur elle une tombe de marbre, où sont vers, mais on
ne les peut lire, qui ne furent point entaillez. La dite dame avoit une seur nommée
C Blanche, laquelle ne fut oncques mariée, et trespassa l'an MCCCXLI, et gist en une
abbaye de l'ordre de Cisteaulx au diocèse de Beauvais, nommée l'abbaye de Lan-
noy. Vous avez les vers du dit Raoul et de madame de Guines.

Raoul, filz de la dicte Jehanne, contesse de Guines, fut marié à madame de
Mello[b], et eurent eux deux ensemble trois enfans : l'un Raoul, les autres filles, [b] Jeanne.
D l'une nommée Jehanne, qui fut mariée au duc d'Athènes[c] et depuis au conte d'Es- [c] Gaucher de Brienne.
tampes[d]; l'autre, nommée Marie, qui mourut jeune enfant. La dite Jehanne tres- [d] Louis d'Évreux.
passa l'an MCCCXC. Le dit Raoul, son père, trespassa l'an MCCCXLIIII[e], et fut feru [e] 18 janv. 1345.
de fer de lance aux nopces du duc d'Orléans[f], aux joustes. Et gist à l'abbaye de [f] Philippe.
Foucarmont au costé de son ayeul.

E Raoul, filz du dit Raoul, après la mort de son père, ou vivant de sa mère, fut
connestable de France, ainsi comme son père l'avoit esté, et trespassa[2] connes-
table du temps du roy Philippes, filz de messire Charles de Valois, filz du roy
Philippes le Biaux[3]. Fut marié à madame Catherine de Savoye, et bien peu après[g] [g] 1346.
le dit Raoul fut prins à Ken[h] en Normandie et mené en Angleterre. Le dit Raoul [h] Caen.
F fut mis à finance, de laquelle finance les religieux de Foucarmont payèrent deux
cents escus d'or pour leur part, l'an MCCCXLVII. Le dit roy Philippes ama moult
le dit Raoul, et demoura prisonnier en Angleterre tant que il vesquit. Le dit roy
Philippes mort, Jehan, son filz, qui estoit duc de Normandie, fut roy après son
père. Le dit Raoul fut delivré d'Angleterre et vint en France devers le roy à Paris,
G et fut l'an MCCCL. Il avoit demouré en Angleterre l'espace de trois ans. Le dit Raoul
ama moult la dite eglise, et y avoit très grant devotion, et fist moult de biens ains
qu'il fust prins, et conferma tous les priviléges et acquests, et promettoit à faire
moult de biens se il eust vescu. Et [fonda] en la dite abbaye de Foucarmont chacune
sepmaine deux messes et son anniversaire.

H Sa mère Jehanne de Mello alla [de vie à trespas] de couroux de son dit mary et
de son dit filz quant il fut prins, et tient on au pays qu'elle morut ainçois que il
fust decollé[4], et bien y parut, car elle n'eut oncques point de douaire en la conté
de Eu puis la mort de son filz et madame Catherine, sa fille.

Après la mort du dit Raoul le roy Jehan donna[i] la conté de Eu à noble prince [i] 1351.
J messire Jehan d'Artois, lequel fut filz de messire Robert d'Artois. Le dit Robert
fut filz[5] de messire Robert d'Artois et conte d'Artois, qui mourut à Courtray[k]. [k] 1302.
Le dit conte d'Artois fut filz de messire Robert d'Artois et conte, frère du roy
de France saint Lois, et morut oultre mer quant le dit roy fut prins[l]. Le père de [l] 1250.
messire Jehan d'Artois maria sa fille à messire Charles de Valois, filz du vieil roy
K Philippes et frère de la duchesse d'Orléans qui encores vit, enfant de la royne
Jehanne[6].

Messire Charles de Valois espousa la fille de Constantinoble[7], dont yssirent le
roy Philippes[m], madame Jehanne de Biaumont, femme du dit messire Robert [m] Philippe VI.

[1] Abbatissa *dans le ms.*

[2] *Ce passage doit se rapporter à la mort de Raoul de Brienne, premier du nom, arrivée le 18 janvier 1345.*

[3] *Charles de Valois était fils du roi Philippe le Hardi, et non pas de Philippe le Bel.*

[4] *Raoul de Brienne, deuxième du nom, eut la tête tranchée le 19 novembre 1350.*

[5] *Lisez* petit-filz.

[6] *Il y a beaucoup de confusion dans cette phrase. La vérité est que Blanche, nièce (et non pas fille) de Robert II, comte d'Artois, épousa Charles le Bel, fils de Philippe le Bel; et que Blanche, fille du roi Charles IV et de Jeanne d'Évreux, morte en 1392, épousa Philippe, duc d'Orléans.*

[7] *Catherine de Courtenay, fille de Philippe de Courtenay, empereur de Constantinople.*

d'Artois, et dont issirent Pierre d'Artois[1], Charles d'Artois[2] et messire Jehan [A] d'Artois, à qui la dite conté fut donnée du dit roy Jehan, son cousin frareur.

[a] Jean II de Melun. [b] Guillaume. [c] Pierre.

Le dit messire Jehan espousa madame Ysabel de Melun, seur au conte de Tanquarville[a], de messire Charles d'Espagne, connestable, et de l'archevesque de Sens[b], non pas tous d'un père. Elle avoit esté mariée par avant au conte de Dreux[c]. [B]

[d] Jeanne de Sicile. [e] 1387. [f] 1368. [g] 1370. [h] Jeanne. [i] Simon. [k] 1365.

Le dit messire Jehan et Ysabel eurent des enfans plusieurs. Jehan d'Artois, aisné, qui gist à Peronne; messire Robert d'Artois qui espousa la duchesse de Duras[d], et morut ou pais de Gennes sans hoirs[e]; Charles d'Artois, qui morut[f] jeune enfant, et gist à Eu; Ysabeau d'Artois, qui morut[g] de l'aige de dix huit ans et gist à Eu; monsieur Philippes d'Artois, conte de Eu, à qui Dieu doint bonne [C] vie, et madamoiselle de Dreux[h], sa seur, qui fut mariée au viconte de Touars et conte de Dreux[i], lequel conte morut jeune enfant[k].

En une tombe où est la representation d'une contesse eslevée, en marbre, devant le grand autel de l'abbaye du Jart près Melun, est escrit ce qui s'ensuit:

> Cy gist noble damoiselle madamoiselle Jehanne jadis contesse de Dreux, fille de très noble et [D] puissant prince messire Pierre, jadis conte de Dreux, et de madame Ysabel de Melun, contesse d'Eu et de Dreux, qui trespassa l'an de grace MCCCXL[V]I, le XXII jour d'aoust.

Les dits monsieur Jehan et Ysabel ont moult aymé l'eglise de Foucarmont et tenue paisiblement en plusieurs franchises et libertez sans cousts et nul fraiz quelsconques en leur temps, et y ont faict moult de bien, et en leur vivant donné III[3] [E] livres de rente annuellement, et fait reparacion en l'un de leurs plus notables manoirs, nommé la Lande[4], que ils avoient tenu à ferme toute leur vie, qui estoit tout ruiné et gasté, et fisrent relever tout le terrouer qui estoit aussi comme en friche. Tout che ont donné et quitté; par especial la dite dame en sa fin a tout che quitté et delaissé pour Dieu en aumosne, avec IIII.XX acres de bled refaits et la- [F] bourez, et eust bien tout che vallu mille livres et plus, se il eust esté prisié. Le dit seigneur et dame povoient tenir le dit lieu après leur decès trois ans acomplis après le decès du plus vivant.

La dite dame en sa fin et bon estat, avec les choses dessus dites, leur delaissa leur lieu presentement, sans que ses hoirs ne ses executeurs y peussent nulle chose [G] demander, fors ès biens meubles qui y estoient, desquels ils ont aucun amendement, non mie tant que la bonne dame eust voulu, comme l'en dict. Ilz rendoient chacun an aus dits religieux du dit lieu XI charges de bled et XX d'equale (?) d'aveine, dont ilz estoient très bien payez, sans nul fraict. Les dessus ditz donnèrent aus ditz religieux les choses dessus dites sans requerir ne donner aucune charge [H] aux religieux, que tant seullement les communes prières et oraisons et de leur eglise et de l'ordre de Cisteaux, et deux anniversaires l'an, à chacun au au jour de leur obit, ainsi qu'il appert par lettres. Le dit monsieur les ayma très parfaitement, et reparoit souvent en leur abbaye, et ne souffroit oncques que ses gens y prissent aucune chose que il ne leur fust rendu et restitué, ne pour luy ne [I] pour autres. Et trespassa l'an de grace MCCCLXXXVI, le jour du vendredy aouré[l], et morut à Eu, et gist en l'abbaie de Eu.

[l] 5 avril 1387.

La dite damoiselle trespassa en la conté de Eu à Mouchiax[5] l'an MCCCLXXXIX, et gist à Eu emprès son seigneur et mary et leurs enfans, le mercredy devant Noel[m], et firent faire en leur vivant moult belle tombe d'allebastre. [K]

[m] 22 déc. 1389.

Monsieur Philippe d'Artois est conte de Eu et regnera tant que à Dieu plaira.

[1] *Nous ne pouvons dire quel est ce Pierre d'Artois.*

[2] *Charles d'Artois, comte de Longueville, mort en 1385.*

[3] *Il est probable que le copiste a sauté le chiffre* XX.

[4] Les Landes-Vieilles et Neuves, Seine-Inf. arr. Neufchâtel, c[on] Blangy. — *Le Cartulaire de Foucarmont* (fol. 103, v° et 104) *contient trois chartes relatives à la grange de la Lande; on y voit que ce domaine était situé près de* Caable *et de* Nuillemont (*aujourd'hui* la Caulle-Sainte-Beuve *et* Nullemont), *ce qui répond bien à la situation des Landes-Vieilles et Neuves.*

[5] Monchaux-Soreng, Seine-Inf. arr. Neufchâtel, c[on] Blangy.

EX OBITUARIO ECCLESIÆ AUGENSIS[1].

A 1 Jan. Anniversarium solemne illustrissimæ dominæ dominæ Johannæ de Saveuses[2].

2 Jan. Obiit Guillelmus primus comes Augi[a], fundator hujus ecclesiæ, cujus memoratio solemniter agitur in translatione corporis ejus XIV kalendas Aprilis. [a] Ante a. 1054.

3 Jan. Anniversarium solemne Radulphi, primi abbatis hujus ecclesiæ.

B 4 Jan. Obiit frater Thomas de le Court, abbas de Seriaco[b]. [b] Post a. 1463.

9 Jan. Obiit Radulfus, abbas de Ulteriori Portu.

14 Jan. Anniversarium solemne fratris Nicolai, hujus ecclesiæ abbatis.

16 Jan. Obiit Johanna, vicecomitissa Augi.

19 Jan. Commemoratio fratris Firmini, abbatis de Seriaco[c]. [c] Post a. 1251.

C 20 Jan. Obiit Radulfus, abbas de Ulteriori Portu.

28 Jan. Anniversarium fratris Johannis Gernon, hujus ecclesiæ abbatis[d]. [d] Post a. 1420.

31 Jan. Commemoratio illustrissimæ dominæ Carolæ de Bourbon, Nivernensis et Augensis comitissæ[e]..... [e] 1550.

2 Febr. Anniversarium fratris Petri, hujus ecclesiæ abbatis[f]. [f] Post a. 1312.

D 1 Mart. Obiit Robertus, filius vicecomitis, et Heliardis, uxor ejus.

2 Mart. Obitus Hugonis pueri de Augo..... Item anniversarium Firmini de Sancto Walerico.....

4 Mart. Obiit frater Thomas, abbas hujus ecclesiæ.

7 Mart. Hugo, abbas de Ulteriori Portu[g]. [g] Post a. 1220.

E 8 Mart. Anniversarium fratris Nicolai de Bauchen, hujus ecclesiæ abbatis.

9 Mart. Obiit Johanna, filia vicecomitis Augi.

13 Mart. Obiit frater Robertus, abbas hujus ecclesiæ.

16 Mart. Anniversarium solemne Henrici, comitis Augi[h], qui speciali amore nos diligens nobis contulit partem forestæ suæ et maresca sua libere in perpetuum F possidenda..... [h] 1183.

25 Mart. Anniversarium Bernardi, episcopi Ambianensis[i]. [i] 1278

4 Apr. Anniversarium solemne magistri Guillelmi de Flava Curia, archiepiscopi[3], qui dedit nobis L libras ad emendum redditum.

15 Apr. Anniversarium solemne fratris Johannis, hujus ecclesiæ abbatis[k]. [k] Post a. 1301.

G 25 Apr. Obiit piæ memoriæ dominus Henricus, abbas de Ulteriori Portu[l]. [l] 1245.

1 Maii. Anniversarium solemne Radulfi, comitis Augi[m], qui dedit nobis XV libras annui redditus ad luminaria ecclesiæ. [m] 1219.

4 Maii. Anniversarium solemne Roberti archiepiscopi[4].

7 Maii. Obiit Bernardus Vallet pater, hujus ecclesiæ abbas.....

H 9 Maii. Obiit Ingerannus, quondam decanus Augi.

15 Maii. Anniversarium solemne Aelidis, comitissæ Augi[n], quæ, inter multa alia beneficia quæ nobis contulit, capellam Sancti Thomæ martyris juxta Criolium et partem magnam dominii sui ad ampliandam curiam nostram [dedit]; dedit etiam L solidos annui redditus ad refectionem fratrum. [n] 1245.

J 16 Maii. Obiit Anselmus, quondam abbas hujus ecclesiæ.

17 Maii. Anniversarium solemne Guidonis, hujus ecclesiæ abbatis, qui domum istam bonis temporalibus augmentavit et pro canonizatione beati Laurentii[5] multum laboravit.

[1] *Quæ sequuntur, Andreæ Duchesne manu descripta, occurrunt inter Baluziana Collectanea*, tomo LVIII, fol. 177 bis.

[2] *A. 1448, Carolus de Artesia, Augensis comes, uxorem duxit Johannam de Saveuse.*

[3] *Guillelmus de Flava Curia, Rotomagensis archiepiscopus, a. 1306 mortuus.*

[4] *Robertus, Rotomagensis archiepiscopus, a. 1221 obiit.*

[5] *Archiepiscopi Dublinensis, qui sanctorum catalogo a 1218 adscriptus est.*

20 Maii. Obiit Johannes Glade[1] abbas an. M.D.III. A

22 Maii. Anniversarium solemne illustrissimæ dominæ Johannæ d'Artois, comi-
[a] c. 1420. tissæ de Dreux[a], quæ dedit nobis LXXX libras turon. annui redditus.

25 Maii. Venerabilis Petri, apostolicæ sedis cardinalis[2], qui nos specialiter diligens ecclesiam istam fovit et ad procurationem fratrum redditum XL solidorum dedit. B

[b] 1231. 31 Maii. Anniversarium solemne domini Thomæ, episcopi Baiocensis[b].

1 Jun. Anniversarium solemne fratris Roberti, hujus ecclesiæ abbatis.

[c] 1495. 13 Jun. Obiit dominus Thomas Tallet, abbas ecclesiæ Beatæ Mariæ de Seriaco[c].

17 Jun. Anniversarium solemne domini Philippi, comitis de Augo, conestabu-
[d] 1397. larii Franciæ, qui migravit[d] inter Sarracenos, cujus corpus translatum fuit in C
hanc ecclesiam, pro cujus anima Maria de Berry, uxor sua, dedit nobis centum libras annui redditus pro celebratione unius missæ quotidianæ.

[e] 1170. 26 Jun. Anniversarium solemne Johannis comitis[e], qui dedit huic ecclesiæ curiam suam. Item anniversarium Thomæ, famuli nostri, qui in opere dormitorii interemptus est. D

[f] c. 1342. 4 Jul. Commemoratio Johannis de Pontivo, comitis Aumallæ[f].....

[g] 1140. 12 Jul. Anniversarium solemne Henrici, comitis Augi[g]; iste canonicos regulares in hac ecclesia primitus instituit, et ipsam ecclesiam cum suis pertinentiis suo privilegio confirmavit.

[h] 1472. 25 Jul. Obiit Karolus d'Artois, comes Augi[h]..... E

27 Jul. Obiit dominus Joannes de Langheac, episcopus Lemovicensis, abbas hujus domus..... anno M.D.XLI.

[i] 1258. 20 Aug. Obiit dominus Adam, episcopus Silvanectensis[i].

[k] Post a. 1323. 21 Aug. Obiit dominus Ricardus, abbas de Fulcardi Monte[k].

[l] 1181. 30 Aug. Anniversarium venerandæ memoriæ Alexandri papæ III[l], qui dedit F
nobis decimas nutrimentorum et novalium nostrorum et suo privilegio in perpetuum confirmavit.

2 Sept. Anniversarium solemne junioris comitis Augi filii Radulfi[3].....

[m] Post a. 1139. 4 Sept. Anniversarium solemne Gosselini, hujus ecclesiæ abbatis[m].

5 Sept. Dominus Honoratus Villon, hujus ecclesiæ abbas, M.D.XI..... G

9 Sept. Anniversarium solemne Hugonis abbatis[4].

11 Sept. Anniversarium solemne Aelidis, comitissæ Augi[5], quæ nos et ecclesiam istam præ cunctis diligens, inter alia munerum et ornamentorum beneficia, quibus eam decoravit, digitis sancti Leodegarii et Bartholomæi ipsam insimul
honoravit. Nemus quod habemus ab Henrico, filio suo, comite, nobis donari suis H
precibus impetravit, et in hoc die debet camerarius plenam refectionem.

14 Sept. Anniversarium solemne Alfonsi, filii Johannis, regis Hierusalem et
[n] 1270. comitis Augi[n], pro quo habemus XL libras ad emendum redditum.

17 Sept. Obiit Bernardus de Sancto Walerico, qui dedit nobis X marchas argenti. J

[o] 1239. 20 Sept. Anniversarium Simonis, comitis Pontivi[o], qui dedit nobis XX solidos annui redditus.

[p] 1229. 25 Sept. Anniversarium solemne Theobaldi, Rothomagensis archiepiscopi[p].

28 Sept. Anniversarium solemne magistri Johannis de Abbatisvilla, decani
Ambianensis[6], qui dedit nobis LXXX libras turonensium et casulam cum dalmatica, K
et centum solidos apud Boscum Ricardi.

29 Sept. Anniversarium solemne Guillelmi, abbatis hujus ecclesiæ[7].

[1] Glace, *in Gall. christ.*

[2] *Petrus de Colle Medio, Albanensis episcopus, a. 1253 mortuus, cujus obitus in Ulterioris Portus ecclesia, ut in Augensi, 25 Maii commemorabatur.* Vid. infra, p. 452 f.

[3] *Suppl.* de Exolduno, *ut recte conjectum est ab Andrea Duchesne. Is Radulfus circ. a. 1246 obiit. Vide supra* (p. 443 a-c) *Chronicon comitum Augensium.*

[4] *Hugo, abbas Augensis, a. 1196 et 1207 sedebat.*

[5] *Aelis, uxor Johannis comitis Augensis, a. 1170 mortui; de quibus Johanne et Aelide conf. ea quæ in Chronico comitum Augensium* (supra, p. 440 et 441) *dicta sunt.*

[6] *Johannes de Abbatisvilla, Ambianensis decanus ab anno 1218 ad annum 1225, archiepiscopus Bisuntinensis a. 1225 consecratus, Romæ 23 Sept. 1237 obiisse dicitur* (Gall. christ. XV, 64). — *Pro* decani, *codex* episcopi.

[7] *Vel* Guilberti, *ut in margine ab Andrea Duchesne notatum est. — Guillelmus abbas Augensis occurrit annis 1250 et 1251.*

3 Oct. Anniversarium solemne dominæ Johannæ[1] filiæ Radulfi d'Insoudun, senioris, comitis Augi, quæ dedit nobis xx libras et unam capellaniam.

5 Oct. Anniversarium Guillelmi, comitis Pontivi[a], pro quo habemus xx solidos. [a] c. 1220

23 Oct. Anniversarium solemne Osberti, abbatis hujus ecclesiæ[b]. [b] c. 1191

31 Oct. Anniversarium fratris Martini, hujus ecclesiæ abbatis.

4 Nov. Anniversarium solemne magistri Hugonis de Augo.

5 Nov. Anniversarium solemne fratris Johannis Comitis, hujus ecclesiæ abbatis[2].

8 Nov. Anniversarium illustrissimi regis Francorum Ludovici[c], pro quo habemus c solidos ad reparationem ecclesiæ. [c] 1226.

9 Nov. Anniversarium solemne Hugonis, Rothomagensis archiepiscopi[d]. [d] 1164.

10 Nov. Anniversarium solemne domini Thomæ, hujus ecclesiæ abbatis..... — Obiit Laurentius, abbas de Ulteriori Portu[e]. [e] 1249.

11 Nov. Obiit Agarus, Constantiensis episcopus[f]. [f] 1151.

16 Nov. Anniversarium solemne Valteri, Rotomagensis archiepiscopi[g]. [g] 1207.

19 Nov. Anniversarium solemne Hugonis de Sancto Germano: iste dedit nobis locum de Sancto Germano.

22 Nov. Obiit Asselina comitissa.

28 Nov. Anniversarium solemne domini Gaufridi, Rothomagensis archiepiscopi[h]. Iste canonicos regulares in hac ecclesia instituit, et ipsis ipsam ecclesiam cum suis pertinentiis suo privilegio confirmavit. Item anniversarium solemne Rotroldi[3], ejusdem civitatis archiepiscopi[i], qui nobis contulit ecclesiam Sancti Leodegarii cum suis pertinentiis et confirmavit. [h] 1128. [i] 1183.

3 Dec. Anniversarium solemne Matthæi, hujus ecclesiæ abbatis.

5 Dec. Anniversarium solemne Thomæ de Sancto Leodegario, qui dedit nobis ecclesiam Sancti Leodegarii.

15 Dec. Obiit Margareta, Augensis comitissa, mater Johannis comitis[4].

20 Dec. Obitus Ysabelis de Meleun, comitissæ Augi[k], uxoris domini Johannis de Artezio, quæ nobis contulit plurima ornamenta, tam in pannis deauratis quam in casulis, et lx solidos annui redditus ad pitanciam conventus. [k] 1389.

EX OBITUARIO MONASTERII ULTERIORIS PORTUS[5].

2 Jan. Obiit Augensis comes Guillermus, eximii Roberti, nostri monasterii fundatoris, filius[l]. [l] c. 1096.

6 Jan. Obiit Walterus de Petitpont, canonicus Rothomagensis.

19 Jan. Obiit piæ memoriæ abbas Radulphus, hujus ecclesiæ pastor xi[m]. [m] Post a. 1216.

24 Febr. Obiit piæ memoriæ dompnus abbas Guillermus, hujus ecclesiæ pastor nonus[n]. [n] Post a. 1181.

28 Febr. Obiit Albreda de Alba Malla.

1 Mart. Obiit dompnus abbas Arturus, hujus ecclesiæ pastor decimus[o]. [o] Post a. 1199.

3 Mart. Obiit piæ memoriæ dompnus Hugo abbas, hujus ecclesiæ rector xii[p]. [p] Post a. 1220.

5 Mart. Obiit piæ memoriæ dompnus abbas Drogo, hujus ecclesiæ secundus rector.

7 Mart. Obiit Aelidis de Brienchon.

[1] *Johanna de Criolio; vid. supr.* p. 441.

[2] *Hic abbas, cui certum locum assignare non potuerunt auctores Galliæ christianæ, anno 1454 in vivis erat, ut constat ex instrumento authentico, 28 Jun. 1454 dato, quod in Imp. Bibl.* (Collection de quittances) *asservatur.*

[3] *Cod.* Retroldi.

[4] *Uxor Henrici I, a. 1140 fato functi. Vide supra* (p. 439 et 440) *Chronicon comitum Augensium.*

[5] *E codice Rotomagensi* Y 36, *quod sæculo* xv *exaratum est et cujus ultima folia avulsa sunt*

[a] 1183. 17 Mart. Obiit piæ memoriæ comes Augi Henricus[a]. A

[b] Post a. 1384. 19 Mart. Obiit dompnus Robertus abbas, hujus ecclesiæ pastor XXI[b].

20 Mart. Obiit Petrus de Tilleio, miles.

22 Mart. Obiit reverentissimus vir dompnus abbas Alvredus, istius loci gubernator tertius.

24 Mart. Obiit Guillermus de Augo, frater Henrici comitis. B

28 Mart. Obiit piæ memoriæ dompnus abbas Andreas de Marquien, rector et
[c] 1485 reparator nobilissimus capellæ beatæ Mariæ XX[us] quintus[c].

[d] 1270. 29 Mart. Obiit Alfonsus, comes Augi[d].

30 Mart. Obiit Maltidis, Augensis comitissa, Henrici comitis venerabilis
[e] 1207 sponsa[e]. C

3 Apr. Obiit Mauricius, præcentor Ambianensis.

10 Apr. Obiit digna laude comitissa Beatrix, loci hujus devotissima fundatrix.

17 Apr. Obiit præcellentissima Hermentrudis, Augi comitissa.

18 Apr. Obiit sanctæ recordationis dompnus abbas Rainerius, hujus ecclesiæ pastor primus. D

21 Apr. Obiit domnus abbas Guillermus, hujus ecclesiæ pastor sextus.

23 Apr. Obiit domina Emmelina de Carvila. — Item obiit Willermus de Antioche, burgensis de Augo.

28 Apr. Obiit piæ memoriæ dompnus abbas Henricus abbas, rector et reædifi-
[f] c. 1245 cator nobilissimus et tertius decimus loci istius[f]. E

[g] 1219. 1 Maii. Obiit Radulphus, comes Augi[g].

2 Maii. Obiit piæ memoriæ dompnus abbas Ricardus de Longuemort, rector
[h] 1461. et reædificator nobilissimus XX[us] quartus[h].

[i] 1245. 14 Maii. Obiit Aelis, venerabilis comitissa Augi[i].

19 Maii. Obiit Ancellus de Augo, canonicus Rothomagensis. F

21 Maii. Obiit dompnus abbas Albericus, ecclesiæ Sancti Leuffredi moderatissimus rector nostrique loci primus ædificator.

25 Maii. Obiit magister Petrus de Colle Medio[1], Albanensis episcopus, bene-
[k] 1253. factor loci istius[k].

29 Maii. Obiit Geroldus de Horneio, devotus benefactor istius loci. G

[l] Post a. 1161. 1 Jun. Obiit dompnus abbas Ricardus, hujus ecclesiæ pastor septimus[l].

11 Jun. Obiit Beatrix de Septem Molis.

18 Jun. Obiit Goscelinus Criolensis, devotus benefactor loci istius.

19 Jun. Obiit Albreda, Willermi comitis filia.

24 Jun. Memoria reverentissimæ Herentrudis, comitissæ Augi. H

25 Jun. Obiit magister Petrus de Albemalla, canonicus Rothomagensis.

[m] 1170. 26 Jun. Obiit Johannes, comes Augi[m].

13 Jul. Obiit Johannes, abbas istius ecclesiæ reædificator et reparator nobilis-
[n] Post a. 1408. simus et pastor XXII[n].

27 Jul. Obiit Anes de Toqueville. J

1 Aug. Obiit Petrus de Penleio.

4 Aug. Obiit Johannes, filius Johannis comitis.

5 Aug. Obierunt Reginaldus de Sancto Walarico et ejus uxor.

14 Aug. Obiit nobilis Mathildis, comitissa de Herefort, filia nobilis Aelidis, comitissæ Augi. K

17 Aug. Obiit Ysabel, uxor domini Roberti Postel Militis[2].

25 Aug. Obiit dominus Gaufridus de Capella, miles.

1 Sept. Obiit Bernardus, canonicus Anbiennensis et archidiaconus de Pontieu.

[o] c. 1246. 2 Sept. Obiit Radulfus, comes Augi, filius Aelis comitissæ[o].

8 Sept. Obiit vir egregius Robertus, comes Augensis, hujus ecclesiæ fundator L
[p] c. 1090. devotissimus[p].

26 Sept. Obiit piæ memoriæ dompnus abbas Ricardus de Longuemort, nobi-
[q] 1518. lissimus reædificator ac XXVI hujus ecclesiæ rector[q].

[r] 1260. 1 Oct. Obiit Maria, comitissa Augi[r].

[1] *Cod.* de Calle Modio. — [2] *Cod.* miles.

EX APPENDICE AD CHRONICON MORTUI MARIS.

MONITUM.

Plures monachi Mortui Maris chronico Sigeberti continuationem ab anno 1114 ad annum 1234 adjecerunt, cujus continuationis autographum exemplar Bibliotheca Parisiensis possidet, fol. 98-100 codicis latini 4863 (olim 5218, 3, prius Colbert. 1701). Ad fidem dicti codicis Chronicon Mortui Maris in lucem emiserunt D. Edmundus Martene anno 1717[a], et L. C. Bethmann anno 1844[b]. Quæ D. Martene typis mandaverat ea inserta sunt nostræ Collectionis tomo XII, p. 781, tomoque XVIII, p. 354. E chronico Mortui Maris nihil a nobis edendum superest, nisi brevis annotatio, ad duorum abbatum mortem spectans, quæ ad calcem codicis 4863, fol. 114, occurrit, recentiore manu exarata.

[a] Thes. III, 1437.
[b] Pertz, SS. VI, 463.

A Anno Domini m°cc° octogesimo septimo, x° kalendas Decembris, obiit domnus Gaufridus de Sancto Sansone, quondam abbas hujus loci, vir senex et plenus dierum.

Anno Domini mcc nonagesimo tertio, id[ib]us Junii, obiit domnus Robertus de Hermanvilla, decimus abbas Mortui Maris; in suos et quoscunque alios misericors
B ac mitissimus fuit. Cui successit domnus Robertus de Crescente Villa.

E CHRONICO MONASTERII BECCENSIS.

MONITUM.

Chronicon Beccense e vetustis monumentis, tempore Thomæ Frique, qui anno 1446 obiit, compositum fuisse videtur. Exstat in duobus codicibus, quorum unum, sæculo xv exaratum, tenet Vaticana bibliotheca (Reg. 499), alter vero, manu Andreæ Duchesne ex eodem, ut videtur, descriptus, asservatus est Parisiis inter codices latinos 5427. Hoc chronicon, cujus nonnullos locos interpolatos fuisse manifestum est, ad calcem Operum Lanfranci, curante D. Luca d'Achery, Parisiis anno 1648, iterumque curante J. A. Giles Oxonii anno 1844, prodiit. Fragmenta quæ recudimus duorum supradictorum codicum ope sunt emendata.

Anno Domini MCCXXIII, dominus Ricardus, abbas Becci, electus est in epi- A
[a] 17 Jul. 1223. scopum Ebroicensem decimo sexto kalendas Augusti[a], sacratusque[1] est sexto ka-
[b] 27 Aug. 1223. lendas Septembris[b]. Cui successit in abbatia venerabilis memoriæ dominus Henri-
cus de Sancto Leodegario, prior ejusdem loci, vir vitæ venerabilis et nobili progenie
exortus, benedictusque est ab archiepiscopo Rothomagensi Theobaldo, quinto
[c] 28 Jul. 1223. kalendas Augusti[c]. B

Iste Henricus in diebus suis laudabiliter et religiose vivens, super alios, ut cre-
ditur, conventum suum diligens, de bonis quæ multi nobilium et ignobilium
largiter et affluentissime tempore suo ecclesiæ Becci contulerunt[2], pitancias ad
necessitatem eorum liberaliter constituit. Ipse dormitorium novum fieri fecit,
quia antea monachi jacebant in quodam veteri dormitorio in tribus ordinibus C
lectorum confuse. Ipse etiam aquæductus fontium ad cameras necessarias[3] emun-
dandas, tam pro conventu quam pro infirmitorio, manare fecit, ad maximam
domus emundationem, quia antea, ut dicitur, vix possent monachi in claustro
propter fœtorem diu stare.

Anno[4] Domini MCCXXXVIII dedicata fuit ecclesia Sancti Neoti[5], Linconiensis D
diœcesis, in Anglia.

[d] 12 Apr. 1244. Anno Domini MCCXLIV[6] pridie idus Aprilis, die Martis[d], inter primam et ter-
tiam, ante missam matutinalem combusta fuit ecclesia Prati[7], cum omnibus offi-
cinis, excepto infirmitorio, ab igne de Ermentrudi Villa[8].

Anno Domini MCCXLVII obiit piæ memoriæ dominus Henricus, abbas Becci de- E
[e] 23 Jun. 1247. cimus quartus, et[9] in vigilia Nativitatis sancti Johannis Baptistæ[e] traditur sepul-
turæ in capitulo ejusdem loci, circa pedes domini Herluini, præsentibus ad hoc
prioribus omnibus ordinis Beccensis, tam cismarinis quam transmarinis, qui ad
hoc ibi convenerant ut interessent capitulo generali eadem die sessuro[10]. Qui præ-
dicti priores cum omni congregatione in eodem capitulo elegerunt unanimi con- F
sensu dominum Robertum de Claro Becco, tunc vineatorem Becci in Francia[11]
virum prudentem in spiritualibus et temporalibus circumspectum, in festivitate
22 Jul. 1247. beatæ Mariæ Magdalenæ[f]. Qui receptus a Hugone de Pise, tunc decano Rothoma-
gensi, et capitulo, in capitulo Rothomagensi, vacante tunc sede Rothomagensi per
mortem Odonis archiepiscopi, quondam abbatis Sancti Dionysii in Francia, be- G
[g] Johanne. nedictusque est Rothomagi ab episcopo Ebroicensi[g], in die Nativitatis gloriosæ
[h] 8 Sept. 1247. virginis Mariæ[h].

Anno Domini MCCL, die Dominica[12] ante festum sancti Michaelis, apud Con-
fluentum translatum est corpus sanctæ Honorinæ de veteri capsa in quadam alia
capsa argentea, tempore Roberti abbatis Becci et Willermi de Breethot[13] prioris de H
[i] Odone Rigaudi. Confluentio, præsentibus Rothomagensi archiepiscopo[i] et episcopo Parisiensi[k],
[k] Reginaldo. una cum dictis Roberto abbate et priore Willermo, de licentia domini Inno-
centii papæ quarti, tunc apud Lugdunum existentis, regnante Ludovico illustris-
simo rege Francorum, tunc in terra Hierosolymitana peregrinante, Blancha,
matre ejusdem Ludovici, regnum Francorum strenue gubernante. J

Anno Domini MCCLV[14], prædictus Ludovicus rex Franciæ fuit apud Beccum, in
[l] 25 Mart. 1256. die Annunciationis dominicæ[l], qua die comedit in refectorio cum militibus et ba-

[1] *Cod. Vatic.* quo.
[2] *Ed.* contulerant.
[3] *Ed.* necessitatum.
[4] *Hoc caput deest in codicibus.*
[5] Saint-Neot, Huntingdonshire. *Vid.* Monast. Anglic. *ed. noviss.* III, 460.
[6] *Male* M.CC XLIII *in ed.*
[7] *Ecclesia B. Mariæ de Prato, seu Boni Nuntii* (Bonne-Nouvelle), *extra muros Rotomagensis civitatis posita.*
[8] *Ed.* Ermentomvilla. — *Suburbium Rotomagi, nunc* Saint-Sever *dictum.*
[9] *In ed. voce* et *omissa, Henrici abbatis mors, non sepultura, vigiliæ nativitatis sancti Johannis adscripta est. Teste* Gallia christ. (XI, 232), *Henricus obiit 10 kalendas Julii, id est die 22 Junii.*
[10] *Ed.* celebrando.
[11] *Hunc locum laudavit D. Ducange, voce* Vineator.
[12] *Ex Odonis Rigaudi visitationibus* (supra, XXI, 575) *constat sanctæ Honorinæ corpus translatum fuisse* VIII kalendas Octobris (24 Sept.), *id est* die sabbati. *Hic igitur erravisse videtur chronographus Beccensis. De reliquiis sanctæ Honorinæ in ecclesiam Sanctæ Mariæ Confluentii* (*hodie* Conflans-Sainte-Honorine, Seine-et-Oise, arr. Versailles, c[on] Poissy), *sæculo nono translatis, ibique summo honore asservatis, vid. libellum cui titulus:* De translatione sanctæ Honorinæ et de ejus virtutibus. (*In codice latino 13774, fol. 10 verso.*)
[13] *Ed.* Brætot.
[14] *Male in codd. et edd.* M.CC.LVI. *Anno enim* 1256 (v. s.), *die 25 Martii, Odo Rigaudi apud Deivillam commorabatur* (*vid.* Registrum visitationum archiepiscopi Rotomagensis, ed. Th. Bonnin, p. 272); *anno autem 1255* (*v. s.*), *eadem die, cum Beccensibus conversatus est* (*ibid.* p. 242).

A ronibus suis, domino Odone Rigauld, archiepiscopo Rothomagensi, ad sinistram,
et domino Roberto, abbate Becci, ad dexteram suam, cum multis aliis prælatis,
sedentibus. Et exinde Pontem Audomari pergens, libertates plurimas ecclesiæ
Beccensi confirmavit.

Anno Domini MCCLXIII[1], idibus Maii, feria tertia[2] ante Pentecosten[a], ecclesia [a] 15 Maii 1263.
B Becci combusta fuit cum omnibus officinis et domibus, post completorium, ab
igne villæ qui incepit in domo presbyterii, et miserabiliter consumpsit villam et
ecclesiam villæ et postea abbatiam, abbate Roberto tunc apud Lexovias ad capitulum abbatum generale existente.

Eodem anno, non multo post, turris Beccensis lapidea, quæ erat juxta cella-
C rium, corruit, et dictum cellarium et partem ecclesiæ conquassavit

Anno Domini MCCLXV, obiit piæ memoriæ et laudabilis vitæ gloriosissimus Robertus, abbas Becci decimus quintus, in nocte Sancti Clementis[b]. Qui rexit abba- [b] 22-23 Nov. 1265.
tiam dicti loci ante combustionem ejus XVI[3] annis, mensibus novem, hebdomadis
tribus et tribus diebus; post combustionem vero duobus annis et dimidio et octo
D diebus[4]; qui in unum collecti fiunt anni XIX[5] quatuor menses et quatuor dies. Et
sepultus est in capitulo Becci, circa pedes domini Herluini, abbatis primi dicti
loci, in sinistra parte.

Epitaphium ejusdem[6].

Becci cœnobium, quindenum plange Robertum
E Abbatem : cinxit te muro[7] teque refecit
Consumptum flammis, rebus ditavit et agris.

Nota[8] quod, quando combusta fuit ecclesia Beccensis, summi pontifices, maxime Urbanus et Clemens, precibus nostris inclinati, in reædificationem et reparationem ecclesiæ nostræ, ignis conflagratione casuque mirabili sic consumptæ,
F ordinaverunt ut redditus et proventus unius anni ecclesiarum et beneficiorum omnium in quibus nos vel priores prioratuum nostrorum jus patronatus habemus,
existentium in Franciæ et Angliæ regnis, quæ[9] usque ad decem annos vacare contigerint, primo anno postquam vacare contigerint et vacaverint, in illis videlicet
diœcesibus in quibus illo anno diœcesanis episcopis redditus et proventus hujus
G modi ex consuetudine non debe[n]tur, in illis autem in quibus illo anno, qui deportationis vulgariter dicitur, debentur episcopis, hujusmodi deportationis anno
immediate sequenti, possimus percipere, in reædificationem dicti monasterii convertendos. Et etiam ordinaverunt quod in prioratibus ordinis nostri certum tributum acciperetur, secundum compossibilitatem beneficiorum, et aliis cunctis
H fidelibus pœnitentibus qui erogaverint in piam eleemosynam de bonis eorum
Domino CC dies indulgentiarum contulerunt[10].

Huic venerabili viro[c], ex communi assensu totius ejusdem loci congregationis, [c] Roberto.
successit venerabilis vir Johannes, tunc prior Becci, benedictusque est apud
Deivillam[11] ab Odone Rigauld, archiepiscopo Rothomagensi[12], in die sancti Johannis
J evangelistæ[d]. Confirmatoque et recepto, non multo post, elegerunt in priorem [d] 27 Dec. 1265.
dicti loci, fratrum concordante consensu, Johannem de Plesseys, priorem de Goldeliva[13]; sed morte prævento[14] successit in prioratu Willelmus de Borgeauvilla[15],
prior de Prato.

[1] *In codd. et ed.* M.CC.LXIV; *quem numerum duximus corrigendam. Anno enim 1263, non 1264, feria tertia ante Pentecosten idibus Maii incurrit.*

[2] *Voces* feria tertia *desunt in utroque cod.*

[3] *Corrig.* XV.

[4] *Inde patet Beccensem ecclesiam anno 1263 combustam fuisse, ut supra annotavimus.*

[5] *Corrig.* XVIII.

[6] *Voces* Epitaphium ejusdem *desunt in codd.*

[7] *Ed.* muris.

[8] *Hæc nota codd. abest.*

[9] *Pro* quæ *ed. habet* et.

[10] *Ed.* contulit.

[11] *Codd.* benedictusque est Rothomagi apud Deivillam. — *Ed.* benedictusque est Rothomagi in die.

[12] *Cf.* Odonis Rigaudi visitationes, supra, XXI, 591.

[13] *Codd.* Goldeluva. — *Ed.* Godelina. — *Hodie* Goldcliff, Monmouthshire. — *Vid.* Monast. Anglic. *noviss. edit.* VI, 1021.

[14] *Codd. et ed.* præventus.

[15] *Cod. Paris.* Bogeauvilla. — *Ed.* Bourgeanvilla. — *Conjicimus hanc* Willelmum de Borgeauvilla *eumdem esse ac* Guillelmum de Bongevilla, Beccensem monachum, *cujus chronicon ab anno 1000 ad annum 1280 in Cangiano glossario laudatur. Conf.* Hist. litt. de la France, XXI, 746.

Anno Domini MCCLXIX, tempore Johannis abbatis Becci decimi sexti supra A
dicti, translata est parochia Sancti Nigasii de Meullento de monasterio monachorum in capellam Sancti Jacobi ejusdem parochiæ, et facta est illa capella Sancti Jacobi parochialis et baptismalis ecclesia, interveniente consensu et assensu pontificis Carnotensis, abbatis et conventus Beccensis, prioris et conventus Sancti Nigasii de Meullento supradicti, et Yvonis, tunc rectoris ejusdem ecclesiæ; con- B
tradicentibus, resistentibus et proclamantibus parrochianis, sed non prævalentibus.

Postquam prædictus Johannes, abbas Beccensis, strenue gubernavit eamdem abbatiam ferme septem annis, diem clausit extremum in die sanctorum Nigasii
[a] 14 Dec. 1272. sociorumque ejus, anno Domini MCCLXXII[a], et sepultus est in capitulo dicti loci, circa caput domini Herluini, primi ejusdem loci abbatis. Et eodem anno ecclesia C
Becci conjuncta est fraternitate ecclesiæ Fiscanensi[1].

[b] Johanni. Cui[b] successit in abbatia eminentissimus vir Petrus de Camba juxta Beccum, tunc prior de Euvremodio, benedictusque est ab Odone, Rothomagensi archiepiscopo. Cui accidit in primo anno regiminis ejus tale infortunium quod, prædicto anno, in crastinum Cinerum, decimo quinto kalendas Martii, qui annus D
[c] 15 Feb. 1274. est ab incarnatione Domini MCCLXXIII[c], turris maxima Becci corruit et ecclesiam fere totam consumpsit et conquassavit; ut plus ponderatum fuit damnum hujus consumptionis quam damnum combustionis, quia totum presbyterium in circuitu oportuit radicitus evellere usque ad fundamenta. Qui prædictus abbas incepit augmentare ecclesiam et chorum, et specialiter fecit fieri opus novum miræ mag- E
nitudinis ab eo loco ubi camera thesauri incipit ascendendo superius. In quo opere fecit fieri crucem ecclesiæ, in qua cruce ædificata sunt quatuor pillaria ad aliam turrim sustentandam pulcherrima et maxima[2]. Unde illud proverbium gallice :

L'an de grace mille et deux cens
Sexante et treze, virent gens F
La maistre tour du Bec descendre;
L'andemain du jour de la Cendre,
Entour prime, fu la ruyne.
L'oeuvre dessoubz n'estoit pas fine,
Pour ce la tour se descendi, G
Tout le cuer quassa et fendi;
De la nef une grand partie
Quassa la tour de l'abbaye.
Mez, Dieu merci, le roy chieri,
Onques homme n'y oust peri. H
Ce fu eu temps [de] l'abbé Pierres :
A cui eschéy maintes pierres[3]
Pour ce qu'en pierre habonda,
Sur ferme pierre la fonda.

Eodem[4] anno, in capitulo generali, prædictus abbas Petrus, ex consensu et vo- J
luntate totius capituli, ordinavit quod camerarius, qui officii vices gerit, percipiet quolibet anno in Ascensione Domini per manum grenetarii qui pro tempore fuerit triginta libras turonensium, pro recompensatione cavarum maneriorum dicti grenetarii, quas dictus camerarius solebat percipere.

[d] Opus ecclesiæ. Incœptum est autem hoc opus[d] anno Domini MCCLXXV, in quo primum lapidem K
posuit Petrus abbas Becci, secundum autem abbas Sanctæ Katharinæ Rothoma-
[e] Richardus. gensis[e], tertium Willelmus prior Becci et Almaricus de Mellento, dominus de
[f] 22 Sept. 1275. Novo Burgo[5]. Qui Willelmus prior eodem anno, decimo kalendas Octobris[f], obiit, et ei successit Robertus de Leone, prior de Stokis[6]. In quo opere ædificando prædictus abbas, quamdiu vixit, diligentissime intendit. L

Anno[7] Domini MCCLXXVI prædictus abbas Petrus transfretavit in Angliam, de-

[1] *Hæc ultima sententia in codd. desideratur*

[2] *Ed.* Et incepit crucem ecclesiæ et chorum, et locavit quatuor pillaria maxima per quadrum in cruce ecclesiæ ad aliam turrim superædificandam.

[3] *Hic versus in ed. desideratur.*

[4] *Quæ sequuntur, serius adjecta, in codd. desunt.*

[5] *Voces* dominus de N. B. *in ed. omissæ sunt.*

[6] *Codd.* Stolris; *ed.* Scotris; *hodie* Stoke (Suffolk) — *Vid.* Monast. Anglic. *noviss. ed.* VI, 1053.

[7] *Tria quæ sequuntur capita in codd. desiderantur.*

A functo Richardo de Flamvilla, procuratore Olebonniæ[1], ibique constituit fratrem
Robertum de Leone procuratorem pro eo.

Anno Domini MCCLXXIX, die Lunæ post festum sancti Johannis Baptistæ[a], in as- [a] 26 Jun. 1279.
sisia Pontis Audomari, facta fuit discussio de emenda monetæ[2] quam rex volebat
levare de villa Becci, nobis opponentibus per nostras cartas a rege Angliæ conces-
B sas ac a suis successoribus confirmatas : quibus inspectis et in parlamentis regis
lectis et judicatis[3], dicta emenda fuit nobis reddita et coram baillivo multisque mi-
litibus ibidem assistentibus declarata.

Nota quod pro præsentationibus beneficiorum, unde est quod priores non habent
præsentare in beneficiis suis : causa est ut, quotiescumque super jure patronatus con-
C tingit moveri quæstio, conclusum est ut talis quæstio ducatur sumptibus monas-
terii; et propter nimios sumptus et metum muscarum voluerunt[4] omnes priores
monasterii quod præsentatio spectaret ad abbatem, qui subiret onera litium
emergentium circa jus patronatus, excepto tamen priore de Canceio[5], qui non
comparuit.

D Anno Domini MCCLXXXI, die Dominica, circa vesperas, in die omnium fidelium
defunctorum[b], obiit venerabilis memoriæ dominus Petrus de Camba, abbas Becci [b] 2 Nov. 1281.
decimus septimus; natus fuit circa Beccum[6]; rexit ecclesiam Beccensem novem
annis et sex diebus; et tumulatur[7] III nonas Novembris[8], videlicet tunc die Lunæ[c]; [c] 3 Nov. 1281.
qua etiam die Lunæ traditus fuit sepulturæ in capitulo Becci, circa caput[9] sepulturæ
E domini Herluini abbatis, præsentibus episcopo Abrincatensi[d] et abbate Bernaii. Et [d] Radulfo.
petita[10] ac obtenta licentia eligendi, assignataque die Mercurii in crastino sanctæ Ka-
tharinæ virginis[e], voti concordes et unanimes elegerunt virum ydoneum, sobrium, [e] 26 Nov.
castum, in spiritualibus et temporalibus circumspectum omnique recommanda-
tione dignum[11] dominum Imerium de Sancto Imerio[12] natum, tunc priorem ejus-
F dem loci Sancti Imerii. Qui dictus electus fuit confirmatus apud Pontisaram, die
Martis post festum beati Andreæ apostoli[f] in prioratu nostro Sancti Petri de [f] 2 Dec.
Pontisara, a Willermo archiepiscopo Rothomagensi, et die Mercurii proxima[g] [g] 3 Dec.
apud Parisius ab illustrissimo rege Franciæ Philippo receptus; deinde die Domi-
nica secunda Adventus, videlicet septimo idus Decembris[h], apud Fraxinos Archie- [h] 7 Dec
G piscopi[13] ab eodem domino Willermo, archiepiscopo Rothomagensi, benedictus, et
inde Rothomagi die Lunæ[i] in ecclesia cathedrali fecit professionem consuetam; et [i] 8 Dec.
die Mercurii subsequenti[k] apud Beccum cum solemni processione receptus est. [k] 10 Dec.

Nota[14] juramentum quod fecit abbas Imerius in receptione sua : « Ego frater
« Imerius, permissione divina abbas monasterii Beatæ Mariæ de Becco, de bona et
H « antiqua et approbata consuetudine hujus monasterii, juro per Deum et Sanctos
« ejus et per hoc sacrosanctum evangelium quod ego, tam per me quam
« per personas hujus monasterii idoneas, monasterium Beccense et omnia ejus
« membra, cum omnibus pertinentiis suis, tam in spiritualibus quam tempora-
« libus, ac omnium prædictorum jura, jurisdictiones, libertates, cartas, privilegia,
I « consuetudines dicti monasterii antiquas et approbatas, ad honorem Dei et utilita-
« tem dicti monasterii, bene et fideliter de toto posse meo procurabo et servabo,
« custodiam et defendam. Sic me Deus adjuvet! » Et formam receptionis invenies
in cartulario, in fardello signato per Y.

[1] *Fort. corrig.* Okeburniæ; *hodie* Okeburn, Wiltshire. *Vid.* Monast. anglic. *noviss. edit.* VI, 1016.

[2] *Ed. habet* de emenda monetæ Becci de villa quam rex v. l. — *De emendis monetæ vid.* Bibliothèque de l'École des chartes, 3e série, III, 105.

[3] *Ed.* indicatis.

[4] *Ed.* voluerint.

[5] *Ed.* Cancico. — *Inter cæteras Beccensis monasterii possessiones, Honorius papa III a. 1223 recenset* in episcopatu Ambianensi cellam de Canceio.

[6] *Ed.* oriundus prope Beccum.

[7] *Cod. Vatic.* intitulatur, *quod in cod. Paris. priore manu notatum fuerat.*

[8] *Petri abbatis sepultura ipsa die nonarum Novembris in ed. relata est.*

[9] *Ed.* circa pedes. *Franciscus Carræus, in Annalium Beccensium epitome, quod in Bibl. Imp.* (cod. lat. 5427, fol. 169) *servatur, tradit Petrum abbatem ad fundatoris Herluini caput appositum fuisse*

[10] *Anno 1281, die 3 Novembris, Robertus de Leone, prior Becci, totusque ejusdem loci conventus ad regem miserunt Henricum de Ponte Audomari et Walterum de Evremodio, abbatis eligendi licentiam impetraturos. De quo vide litteras in regio chartarum thesauro* (Élections, n. 65; J. 345) *asservatas.*

[11] *Voces* omnique r. d. *desant in utroque cod.*

[12] Saint-Hymer, Calvados, a. et c^on Pont-Audemer.

[13] Fresne-l'Archevêque, Eure, a. et c^on les Andelys.

[14] *Quæ sequuntur usque ad Imerii mortem desiderantur in codd.*

Eodem anno, prædictus Imerius transfretavit in Angliam, pro negotiis et rebus A ecclesiæ suæ disponendis.

Anno Domini MCCLXXXI, declarata fuit libertas prioris de Prato in pleno scacario Paschæ, coram magistris ejusdem scacarii apud Rothomagum, de quodam equo qui occiderat quamdam mulierem in nundinis de Erment[rudi] Villa; et adjudicatus fuit dictus equus priori de Prato per magistros in dicto scacario præsidentes. B Et super hoc confecta fuit littera bailliviæ Rothomagensis.

Anno Domini MCCLXXXII, decimo[1] calendas Maii, abbas Imerius, dispositis rebus suis in Anglia, ab ea recessit et ad partes Franciæ transfretavit, receptusque fuit apud Beccum ab omni conventu suo, octavo calendas ejusdem mensis.

Eodem anno, quæstio facta est apud Beccum, post tantum incendium et rui- C nam, ubi corpus piæ memoriæ dominæ Matildis imperatricis[2] jacebat, et inventum fuit ante sedem majoris altaris, interclusum in quodam corio bovino.

[a] 3 Nov. 1285. Anno Domini MCCLXXXV, in crastino Omnium Sanctorum[a], quatuor forestarii qui nemora domini Reginaldi de Trie, militis, custodiebant, fecerunt insultum terribilem apud Layum, clericum[3] dicti prioratus vulnerantes, et duos mona- D chos, videlicet Johannem de Leone suppriorem[4] et fratrem Thomam de Tovilla[5], sic vulnerantes ut dictus Johannes infra quinque dies et dictus Thomas infra quindecim dies vitam finierint.

Et hoc anno obiit Robertus de Leone, prior Becci, et ei successit frater Willelmus de Sancto Clodoaldo[6], tunc prior Sancti Petri de Pontisara. E

Eodem anno, Imerius, abbas Becci, in capitulo generali, quod celebratur in [b] 23 Jun. 1285. vigilia sancti Johannis Baptistæ[b], de assensu totius congregationis, permisit monachis claustralibus habere cappas quando eis necesse erit exire foras pro aliquo negotio aut aliqua necessitate, deposuitque sotulares corrigiis vinctos. Ordinavitque quod monachi Beccenses qui per obedientiam mittuntur in aliquibus prioratibus F in Anglia sive alibi ad commorandum, dum ibi per sex annos moram fecerint et honeste ibi se habuerint, ad claustrum Beccensis monasterii revocarentur, audita super hoc relatione et testimonio priorum suorum sub quibus moram fecerint. Et in eodem capitulo excommunicavit omnes conspiratores et compilatores malorum et omnes inobedientes, et qui imponunt sociis suis falsa crimina, et omnes qui G procurant per sæculares personas de loco ad locum contra obedientiam removeri, et omnes qui procurant per sæculares personas habere prioratum vel officium quodcumque, et qui procurant per se vel per alios ut non possint aut non debeant a prioratu vel officio removeri.

Predictus Imerius præ cæteris prædecessoribus suis legitur capitulum generale H quolibet anno frequentasse, et ibi multas constitutiones salutares instituisse, et præcipue per suas litteras patentes præcepisse et injunxisse prioribus omnibus ejusdem ordinis quod singulis annis, vigilia sancti Johannis Baptistæ, in capitulo generali, apud Beccum traderent in scriptis coram omnibus in dicto capitulo statum domus seu prioratus sui. I

Hic, in tempore suo, cum studio, diligentia et sagacitate institit operi et ædificationi fabricæ novæ ecclesiæ, quæ post ruinam incœpta fuerat tempore Petri abbatis, prædecessoris sui, et locavit prædictum opus cuidam latomo, magistro Roberto de Fonte nomine, ad construendum prædictum opus usque ad tecturam, ut patet per litteras ipsius latomi. Tempore etiam suo viriliter tractavit negotia K ecclesiæ, custodiendo, defendendo[7] et procurando jura, libertates, immunitates et privilegia ecclesiæ Beccensis, tam in Francia quam in Normannia, tam [in] Angliæ quam [in] Walliæ regnis. Item ordinavit quod succentor, qui multo[s]

[1] *Numerus, ut conjicimus, mendosus : nam si Imerius* decimo calendas Maii (*id est* 22 Aprilis) *Anglia discesserit, non potuit* octavo calendas ejusdem mensis, *id est* tertia die, *in Beccensi monasterio recipi. Fort. legendum* decimo octavo kalendas Maii, *id est* 14 Aprilis.

[2] *Mathildis imperatrix, de qua Chronicon Beccense, ad a. 1167* : Anno Domini M.C.LXVII, Rothomagi apud Pratum obiit nobilissima domina Matildis, imperatrix Romanorum, filia primi Henrici, regis Anglorum, quondam uxor imperatoris Romani Henrici quarti, quarto idus Septembris; cujus corpus apud Beccum delatum est ante altare Beatæ Mariæ, genitricis Dei, in eadem ecclesia honorifice sepultum.

[3] *Ed.* clericorum.

[4] *Ed.* superiorem.

[5] *Ed.* Tonilla.

[6] *Ed.* Elodoaldo

[7] *Ed.* defferendo.

A ecclesiæ labores die noctuque portat, perciperet quolibet anno super officium
cantoris quinquaginta solidos turonensium, et quod justiciarius solvat quolibet
anno custodi cartarum sexaginta solidos turonensium.

Anno Domini M CCC IV, decima quinta mensis Novembris, postquam dictus
Imerius strenue et laudabiliter rexit prædictum monasterium ferme viginti tribus
B annis, diem clausit extremum, cujus animæ propicietur Deus; sepultusque est in
capitulo juxta caput domini Herluini, primi pastoris ejusdem.

Anno Domini M CCC IIII, die Jovis post festum beatæ Luciæ virginis[a], post tran- [a] 17 Dec. 1304.
situm supra dicti Imerii, præsidente in capitulo Becci fratre Guillermo de Sancto
Paterno priore, præsente toto conventu ipsius monasterii, una cum prioribus
C prioratuum ab ipso dependentium, ad hoc debite vocatis[1], venerabilis et discretus
vir frater Guillebertus de Sancto Stephano, tunc granetarius Becci, fuit electus per
viam compromissi in abbatem et patrem monasterii ipsius, et postmodum con-
firmatus et benedictus. Hic rexit ipsum monasterium sapienter et strenue per spa-
tium viginti duorum annorum et octo mensium vel circa. Hic vir venerandus
D consummavit novum opus ecclesiæ quod jam pridem incœptum fuerat tempore
domni Petri de Camba, decimi septimi abbatis, prædecessoris sui. Iste Guille-
bertus, anno M CCC XX III[2], dedit conventui suo, pro salute animæ suæ et pro anni-
versario suo faciendo quolibet anno, viginti libras turonensium annui redditus, ad
officium pitanciarum, capiendas et percipiendas in et super præpositura Becci.

E Hic obiit anno Domini M CCC XX VII, in die sancti Bartholomæi apostoli, nono
kalendas Septembris[b], sepultusque fuit in nova capella Beatæ Mariæ virginis retro [b] 24 Aug. 1327
chorum ante altare ejusdem virginis. Versus super sepulchrum ejus :

Vos qui transitis, memores mortis rogo sitis;
Quod sum vos eritis. Pro me rogitare velitis.

F Huic venerabili viro successit in regimine ipsius monasterii circumspectus vir
dominus Gaufridus Faé[3], tunc prior de Prato, electusque fuit per viam compro-
missi in die Sabbati, festo videlicet Decollationis sancti Johannis Baptistæ, anno
Domini M CCC XXVII[c], ac postea confirmatus et benedictus abbas vicesimus. Qui [c] 29 Aug. 1327.
postquam ipsum monasterium rexit strenue et laudabiliter, multum eidem profi-
G ciendo per spatium ferme septem annorum[4], electus fuit in episcopatum Ebroicæ
civitatis, anno videlicet dominicæ incarnationis M CCC XXX IIII, et postea ordinatus.
Propter tamen dignitatem episcopii non dimisit habitum regularem ecclesiæ Becci,
sed semper usus fuit vestimentis albis, et præcipue cuculla alba desuper omnia
vestimenta sua[5]. Hic auxit et ampliavit fabricam ecclesiæ Ebroicensis et præcipue
H chorum[6].

Ut intuentibus clarescat[7] de tempore quo de abbatia ad episcopatum Ebroi-
censem translatus est, factum est hoc proverbium :

Prend la teste d'un maquerel,
D'un chien, d'un congre et d'un carpel,
J De six vivres et de quatre itres,
Si trouveras sans autres tiltres
Quand Gieufroy Faé se demist
D'abbé du Bec et Evreux prist,
Le premier jour d'avril, sans doute.
K Dieu gart l'hostel et l'ordre toute!

Nota quod tempore domini Guilleberti[8] summus pontifex Clemens[d] regnabat. [d] Clemens V.

[1] *Ed.* vocatus.

[2] *Hæc nota chronologica deest in ed.*

[3] *Ed.* Fare.

[4] *Gaufridus abbatis dignitatem dimisit die 1 Aprilis an. 1335 (n. s.).*

[5] *In ed. hæc adjecta sunt :* quæ specialis habitus ecclesiæ existit. *Hujus modi habitum Beccenses a fundatore Lanfranco acceperant, qui, ut ipsa Francisci Carræi, Beccensis monachi, verba ponamus,* novam divi patriarchæ Benedicti cucullam candidam induit. Unde nostra ætate, *subdit idem auctor, qui sæculo XVI sui monasterii annales in breve coegit,* a curiosis quæritur cur nos Benedictini Beccenses, contra communem patriæ ritum, candido utamur amictu, non introspicientes præscribentis patriarchæ Benedicti mentem, qua pro regionum varietate non habitus color sed utilis vilitas commendatur formaque decentior. *Cod. lat.* 5427, fol. 158.

[6] *Quæ sequuntur desunt in codd.*

[7] *Ed.* et intuentibus clarescit

[8] *Abbatis ab anno* 1304 *ad annum* 1327

Filiali devotione moti, non inducti, sed mera libertate, prætextu negotii Terræ A Sanctæ et exaltationis fidei catholicæ, dedimus dicto summo pontifici quindecim millia florenorum parvorum de Florentia pro dictis necessitatibus supportandis, quorum decem millia tradita sunt præ manibus, alia quinque millia postea, ut patet in cartulario, per litteram super hoc confectam, quæ duplex est in armario litterarum electionum. Et fuit decima generalis levata in regno Franciæ per diœ- B ceses; et pro illa decima, ratione terrarum nostrarum diffusarum per prædictas diœceses, solvimus, absque bonis prioratuum nostrorum, tria millia sexcies centum libras tredecim libras, duos solidos, sex denarios, ut patet per litteras quittantiæ.

..... Anno Domini M CCC XII, præsidente in ecclesia domino Clemente quinto, mere et liberaliter dedimus, pro subventione sedis apostolicæ, decem millia flo- C renorum[1], tum etiam pro negotiis nostris expediendis. Et nisi fuisset procurator vel magister Johannes Abbatis, dedissemus quindecim millia, ut patet in cartulario.

.....Annis Domini M CCC VII et M CCC XLV, venerabiles viri magister Nicolaus de Quercu, rector ecclesiæ Sancti Silvini de Glos[2], dedit nobis quasdam Decretales cum apparatu ordinario, una cum quinto[3] Decretalium cum suo apparatu, [et] D Decretum cum apparatu ordinario; et magister Johannes de Boesseyo, rector ecclesiæ Sancti Georgii de Tilia[4], qui a juventute fuerat nutritus in domo nostra et beneficiatus, dedit nobis omnes libros suos, post mortem habendos[5], et si contigerit eum infirmitate vel necessitate vendere, executores sui tenentur nobis solvere ducentas libras; et erat ipse doctor in medicina et ejusdem eximius professor. E

EX OBITUARIO ECCLESIÆ EBROICENSIS.

MONITUM.

Præcipuos obituarii Ebroicensis ecclesiæ locos damus ad fidem duorum codicum membranaceorum, sæculo XV exeunte descriptorum, quos nobis communicavit reverendissimus dom. Devoucoux, Ebroicensis episcopus. Nomina vero quibus præfixa est nota* eruimus e quodam sæculi XIII codice, quem anno 1851 in bibliotheca viri doctissimi et desideratissimi Augusti Le Prevost perlustravimus et in quo continentur calendarium et missale ad usum ecclesiæ Ebroicensis.

1 Jan. *Obiit Gaufridus de Sabluel. F

3 Jan. Obiit magister Godefridus de Rupella.

9 Jan. *Obiit Osbertus[6], decanus Ebroicensis.

10 Jan. *Obiit Johannes, Ebroicensis episcopus[7]. — Bartholomæus de Roya, camerarius Franciæ.

11 Jan. Obiit Robertus de Aviron, sacerdos, Ebroicensis decanus. G

14 Jan. Commemoratio magistri Petri de Lemovicis, Ebroicensis canonici[8].

[1] *Hic verisimiliter agitur de eadem subventione quæ superiore loco memorata est.*

[2] *Hodie* Glos sous-Lisieux, Calvados, arr. et c^on Lisieux.

[3] *Fort. legendum* Sexto.

[4] Le Gros-Theil, Eure, a. Louviers, c^on Amfreville.

[5] *Ed.* habituros.

[6] *Pro* Osbertus *codd. recentiores habent* Henricus.

[7] *Johannes episcopus, qui in Syria a. 1192 obiisse dicitur, die 8 Jan. in codd. recentioribus notatus est.*

[8] *Vid.* Hist. litt. de la France, XVI, 165.

A 15 Jan. *Obiit Willelmus de Pasceio, qui dedit duos modios frumenti.

16 Jan. Commemoratio Radulphi de Aubugon[1], Carnotensis decani.

17 Jan. Obiit Eustachius de Nealpha, Ebroicensis pœnitentiarius.

18 Jan. *Obiit Ernaldus. — *Obiit Radulphus Ebroicensis... qui dedit ecclesiam Sancti Germani. — Commemoratio pro Radulpho de Spedona, canonico et
B thesaurario Ebroicensi.

22 Jan. Obiit Toscanus, sacerdos, canonicus Ebroicensis. — Eodem die obiit mater Philippi de Cysse.

31 Jan. *Obitus bonæ memoriæ Lucæ episcopi Ebroicensis[a]. [a] 1220

3 Febr. *Obiit Martinus de Hosa, pater Osberti, archidiaconi Ebroicensis. —
C Obitus Gilleberti, militis, domini de Essartis.

7 Febr. *Obiit Lincolnensis episcopus[2]. — Anniversarium domini Guillermi de Haricuria, domini de Salceya.

8 Febr. Missa pro domino Johanne papa XXII[b] et pro domino Johanne de Prato, Ebroicensi episcopo[c]. [b] 1334. [c] 1329-1334.

D 10 Febr. Obiit magister Bartholomæus de Roberti Curia, sacerdos, Ebroicensis decanus[d]. [d] Post a. 1273.

13 Febr. Commemoratio Philippi de Cathurco, Ebroicensis episcopi[3].

14 Febr. Obiit magister Ricardus, decanus Ebroicensis.

16 Febr. Commemoratio domini M[atthæi] de Essartis, Ebroicensis episcopi[e]. [e] 1310.

E 20 Febr. Commemoratio bonæ memoriæ domini Michaelis[4] tituli Sancti Laurentii in Damaso presbiteri cardinalis.

21 Febr. *Obiit Alleitda[5] Tancarvillæ, quæ dedit virgulum canonicorum.

22 Febr. Obiit Albereda de Tanquervilla.

24 Febr. Obiit dominus Romanus presbiter cardinalis[6].

F 26 Febr. *Obierunt pater et mater Radulfi de Chonchis. — Obitus Rogeri, regis Siciliæ[f]. [f] 1154.

3 Mart. Commemoratio Johannis de Aubergenvilla, episcopi Ebroicensis[g]. [g] 1256.

5 Mart. Obitus Bernardi de Plesseiaco.

8 Mart. *Obiit Rotrodus, decanus Ebroicensis[h], qui dedit capitulo ecclesiam [h] Post a. 1183.
G de Clavilla, vineas et domos.

10 Mart. Obiit Johannes Pescheveron, diaconus, canonicus Ebroicensis.

13 Mart. *Obierunt Symon, comes Ebroicensis[i], qui dedit C solidos, et Amaricus[k], filius ejusdem comitis, qui dedit XL solidos. [i] C. 1181. [k] Post a. 1200.

16 Mart. Obitus R[oberti] de Haricuria, episcopi Constantiensis[l]. [l] 1315.

H 17 Mart. *Obiit Osbertus, archidiaconus Ebroicensis, qui dedit XX solidos.

18 Mart. Obitus Radulphi de Ciette[7], episcopi Ebroicensis[m]. [m] 1223

20 Mart. Commemoratio Ægidii, episcopi Ebroicensis[n]. — Obitus domini Francisci de Anagnia, canonici Ebroicensis. [n] 1179

21 Mart. Obitus Droconis de Roya.

I 22 Mart. Obitus Johannis Paenel, diaconi, archidiaconi Constantiensis[8].

23 Mart. *Obiit Gillebertus, pater Willelmi archidiaconi de Pavilliaco.

24 Mart. Obiit dominus Andreas de Insula.

30 Mart. *Obiit Hugo de Tevraio.

31 Mart. Obitus Johannæ, Francorum reginæ[9].

---

[1] *Melius* Aubusson; *vide supra*, p. 305 a *et* 312 k. *Is Radulfus a. 1256 a capitulo Ebroicensi episcopus electus fuerat.*

[2] *Codd. recentiores, die 1 Februarii :* Obitus G. episcopi Linconensis.

[3] *Philippum de Caturco, gall.* de Cahors, *non autem* de Chaourses, *ut in Gallia christiana legitur, die 21 Aug. 1281 obiisse constat ex epitaphio ejusdem præsulis tumbæ inscripto :*

Continet hæc fossa Philippi præsulis ossa,
Quem, precor, ad cœtus cœlestes collige, Christe,
Nam pavit lætus in egenis sæpe tuis te.
Hinc obitum disce migrantis ad atria cœli
Per semel M, bis C, bis quater X, semel I
Luxit et Augusti B tertia funere justi
Guillaume de Plalli me fecit.

Ad intelligendum ultimum epitaphii versum, animadvertendum est dies dies 7, 14 et 21 Augusti litteris B in veteribus calendariis notatos fuisse. Philippi tumbam, quæ olim Ebroicis in ecclesia Fratrum Prædicatorum videbatur, Rogerius de Gaignières delineari curavit. Vid. cod. lat. 17034, p. 99.

[4] *Pro* Michaelis *fort. leg.* Nicholai. *De Nicholao tit. Sancti Laurentii in Damaso presbytero cardinali, vid. infr.* p. 464 c.

[5] Albereda, *in recentioribus codd.*

[6] *Romanus, Portuensis episcopus, qui circa a. 1243 obiit.*

[7] *Corrig.* Cierre.

[8] *Anno 1234 in vivis erat.*

[9] *Fort. Johanna de Navarra, Philippi IV uxor, quæ 2 Apr. 1305 obiit.*

[a] 1236. 4 Apr. Obiit Ricardus bonæ memoriæ Ebroicensis episcopus[a]. A
6 Apr. Obitus magistri Gerardi de Alba [Marla], sacerdotis, decani Ebroi-
[b] Post a. 1268. censis[b].
7 Apr. *Obiit Ricardus, rex Anglorum.
9 Apr. Anniversarium bonæ memoriæ reverendi patris domini Guillermi de
[c] 1306. Flavacuria, archiepiscopi Rothomagensis[c]. B
[d] 1319. 10 Apr. Anniversarium domini Ludovici, comitis Ebroicensis[d].
12 Apr. *Obiit Henricus de Novo Burgo, qui dedit xx solidos. — Obitus Ricardi de Fiscanno, Ebroicensis decani.
14 Apr. *Obiit Rogerus de Avirone.
[e] 1314. 16 Apr. Obiit Clemens papa V, qui dedit octo libras[e]. C
18 Apr. Commemoratio bonæ memoriæ domini Gauffridi de Barecio[1], episcopi
[f] 1299. Ebroicensis[f].
20 Apr. *Obiit Willelmus, comes Ebroicensis[2]. — *Willelmus, Balduinus et Hugo, episcopi[3].
21 Apr. Obitus bonæ memoriæ domini G.[4] episcopi Ebroicensis. D
24 Apr. Obitus Roberti de Roya, diaconi, archidiaconi Ebroicensis.
[g] 1336 26 Apr. Anniversarium domini Guidonis de Haricuria, Lexoviensis episcopi[g].
27 Apr. Delata fuerunt ossa magistri Johannis de Bauffes, episcopi Illerdensis.
29 Apr. Obiit magister Johannes Privé, sacræ theologiæ professor ac Ebroicensis canonicus. E
[h] 1298. 4 Maii. Obitus Nicolai, episcopi Ebroicensis[h].
5 Maii. Obitus bonæ memoriæ Guillelmi de Gaugiaco, decani Ebroicensis.
[i] 1281 6 Maii. Commemoratio domini Philipi, Ebroicensis episcopi[i].
7 Maii. *Obiit Matildis regina[5]. — Commemoratio bonæ memoriæ domini Guillelmi tituli Sancti Clementis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis[6]. F
10 Maii. *Obiit Henricus de Alfaio.
[k] 1371 13 Maii. Obitus pro domna Johanna de Ebroicis, Franciæ regina[k].
14 Maii. Commemoratio bonæ memoriæ domini M[atthæi] de Essartis, Ebroi-
[l] 1310. censis episcopi[l].
19 Maii. *Obiit magister Ricardus Crespinus. G
[m] 1319. 20 Maii. Obitus Ludovici, comitis Ebroicensis[m].
21 Maii. Obitus Odonis, thesaurarii Baiocensis.
22 Maii. Obitus Sebastiani de Agnania, canonici Ebroicensis.
23 Maii. *Obiit Johannes, Lexoviensis episcopus[7]. — Commemoratio domini Guillermi de Haricuria, domini de Salceya. H
[n] 1305 29 Maii. Commemoratio pro domina Johanna, quondam Franciæ regina[n], et pro patre et matre ac parentibus et amicis domini Mathæi de Essartis, Ebroicen-
[o] 1310. sis episcopi[o].
30 Maii. *Obiit Radulfus de Sakenvilla.
31 Maii. Obitus Garini, sacerdotis, avunculi Johannis de Aubergenvilla, epi- J
scopi Ebroicensis. — Obitus magistri Ra. d'Aubucon, presbiteri, decani Carnotensis[8].
1 Jun. Obitus bonæ memoriæ Johannis de Aubergenvilla, episcopi Ebroicensis[9].

[1] *Vel melius* de Barro, *ut volunt auctores Galliæ christianæ.*

[2] *In codd. recentioribus :* Obitus Guillermi, comitis Ebroicensis, et Almaurici, ejus nepotis. *Guillelmus, Ebroicensis comes, a. 1118 obiit; Amalricus autem, ejus nepos, a. 1137.*

[3] *Hi tres episcopi Ebroicensi ecclesiæ sæculo* XI *præfuerunt.*

[4] *Idem fort. qui* Willelmus *in veteri obituario, die 20 Aprilis, dicitur.*

[5] *Uxor, ut conjicimus, Henrici I, Angliæ regis, a. 1118 mortua*

[6] *Guillelmus dictus Ferrier, a. 1295 mortuus.*

[7] *In codd recentioribus Johannis obitus die 19 Maii relatus est. Is episcopus, teste Orderico Vitali (Historiæ ecclesiasticæ libro XIII;* noviss. edit. V, 132), XII *kal. Jun. (21 Maii) mortuus est.*

[8] *Vid. supr.* p. 461 a. *Radulfus d'Aubusson defunctus in quodam a. 1276 instrumento memoratur.*

[9] *Johannes de Aubergenvilla die 1 Jun. 1256 obiit et in Ebroicensi ecclesia sepultus fuit. Ejus epitaphium, quod ex collectaneis Rogerii de Gaignières (cod. lat. 17034, p. 73) damus, sic se habebat :*

Civibus Ebroycis dum præfuit iste Johannes,
Sub vice pontificis viciorum sorbuit amnes.
Juni prima dies, anni quoque mille ducenti
Sex quini decies finem dant huic morienti.
Summe Deus, si forte reus fuit iste, reatum
Tolle suum quicumque tuum facis esse beatum.

A 5 Jun. Obitus Radulphi del Buc, episcopi Ebroicensis[1].
6 Jun. *Obierunt Robertus, comes Mellenti[2], et Hubertus archidiaconus.
9 Jun. *Obiit Willelmus filius Radulfi, senescallus[3], et obiit Gonildis mater.
11 Jun. Obitus Gauffridi de Carnoto, Ebroicensis canonici.
14 Jun. Obiit Rogerus de Cantulupi, miles.
B 17 Jun. *Obiit Maugerius, Vigornensis episcopus, qui dedit XLV marcas[4].
18 Jun. Commemoratio domini Philippi, regis Navarræ[a]. [a] 1343.
19 Jun. *Obiit Georgius Neel junior. — Commemoratio bonæ memoriæ domini G. episcopi Ebroicensis.
20 Jun. *Obitus Stephani de Monte Forti, presbiteri, decani Sancti Aniani
C Aurelianensis[5].
21 Jun. Obitus Ysabellæ de Novo Burgo.
26 Jun. Commemoratio bonæ memoriæ Roberti de Haricuria, episcopi Constantiensis[b]. [b] 1315.
28 Jun. *Obiit Mathæus de Pertico[6].
D 1 Jul. *Obiit Agnes de Esnetrevilla neptis Radulfi decani.
4 Jul. *Obierunt domnus Audoenus et Tostinus, frater ejus[7]. — *Obiit et Henricus, rex Angliæ[8], et obiit... de Garencères. — Obitus Stephani de Anagnia.
5 Jul. *Obiit magister Willelmus de Pasceio.
7 Jul. Commemoratio bonæ memoriæ Lucæ, episcopi Ebroicensis[c]. [c] 1220.
E 8 Jul. Commemoratio Ægidii, episcopi Ebroicensis[d]. [d] 1179.
15 Jul. Missa pro domino Johanne[e] papa XXII et pro domino Johanne de Prato, [e] 1334.
episcopo Ebroicensi[f]. [f] 1329-1334.
18 Jul. *Obiit magister Robertus de Gillarvilla.
19 Jul. *Obiit Ricardus Croc.
F 20 Jul. *Obiit Petrus de Sisseio, miles.
23 Jul. Commemoratio domini M[atthæi] de Essartis, episcopi Ebroicensis[g]. [g] 1310.
29 Jul. *Obiit Stephanus, Parisiensis episcopus[9].
1 Aug. *Obiit Ricardus Comin, archidiaconus, qui dedit ecclesiam de Teucto.
2 Aug. Obitus Symonis de Villiers, militis.
G 3 Aug. Anniversarium venerabilis patris Radulphi, Ebroicensis episcopi.
4 Aug. Commemoratio bonæ memoriæ Ricardi, episcopi Ebroicensis[h]. [h] 1236.
7 Aug. Obitus venerabilis patris Radulphi, cardinalis episcopi Albanensis[i]. [i] 1270.
8 Aug. *Obiit Seherius de Quincé, dimidiam marcam argenti.
16 Aug. *Obiit venerabilis ac bonæ memoriæ pater noster Garinus episcopus[10],
H qui dedit capitulo ecclesiam de Escauvilla.
24 Aug. *Obiit Hubertus de Gaillon.
27 Aug. *Obierunt Gillebertus, Ebroicensis ecclesiæ episcopus[k], et Margarita, [k] 1112
mater Rotrodi episcopi[l], et Ricardus de Botemont, presbiter, qui dedit quandam [l] 1139-1165.
decimam apud Garencères. — Missa pro magistro Bartholomæo de Caleman-
J drana, canonico Ebroicensi.
30 Aug. *Obiit Robertus de Novo Burgo, frater Rotrodi, episcopi, qui dedit quandam masuram apud Sanctum Gaudum.
1 Sept. *Obiit Robertus de Harecort, qui dedit nobis xx[ti] libras ad emendum redditum.
K 2 Sept. Commemoratio bonæ memoriæ Johannis de Aubergenvilla, episcopi [m] 1256.
Ebroicensis[m].

[1] *Incertum quis sit iste episcopus Ebroicensis. In Lirensi obituario, die 4 Junii (infra,* p. 472 j), *memoratur* Radulfus Ebroicensis episcopus.
[2] *In codd. recentioribus Roberti comitis nomen ad 9 Jun. rejectum est. Robertus a. 1118 obiit.*
[3] *Senescallus Normanniæ sæculo XII exeunte.*
[4] *Maugerus, qui in codd. recentioribus die 28 Jun. annotatus est, Wigorniensis episcopus a. 1199 electus fuit; antea archidiaconi Ebroicensis munere fungebatur.*
[5] *A. 1259 inter consiliarios regis sedebat.* (Boutaric, Actes du parlement, I, 26, n. 314.)
[6] *Codd. recentiores adjiciunt* canonicus Ebroicensis.
[7] *Audinus, Ebroicensis episcopus, a. 1139 mortuus, Turstini, Eboracensis archiepiscopi, frater.*
[8] *In codd. recentioribus Henrici obitus die 6 Jul. relatus est. Hic agitur de Henrico II, Angliæ rege.*
[9] *Hæc nota, quæ secunda manu adjecta est in codice Augusti Le Prevost, ad Stephanum I, a. 1143 mortuum, referenda est; consonat obituario Victorino, in quo hæc leguntur :* Quarto kalendas Augusti, anniversarium piæ recordationis Stephani, Parisiensis episcopi. *Vid. Gall. christ.* VII, 63.
[10] *Ex codd. recentioribus Garini anniversarium die 14 Aug. celebrabatur. Garinus a. 1201 obiit.*

3 Sept. Obitus Guillermi de Ferritate, militis. A
4 Sept. Obitus Georgii Neel, militis.
6 Sept. Obitus Lucæ de Dumo, militis, et Johannæ, suæ uxoris. — Obitus domini R. de Cinterio et Johannæ, ejus uxoris.
8 Sept. Obitus Guilleberti de Essartis, militis.
9 Sept. *Obiit Ægydius, Ebroicensis episcopus[1], qui impetravit ab presbiteris B episcopatus ut darent communioni pro amicis suis IIIIor modios frumenti quos percipiebant in pane ad synodum.
12 Sept. *Obiit Robertus de Novo Burgo, et Gaufridus de Toeneio, et Galeranus de Melle[n]to, et Willelmus de Vaus, qui præbendam suam de novo creat.
[a] 1298. 15 Sept. Commemoratio domini Nicolai de Autolio, episcopi Ebroicensis[a]. C
21 Sept. *Obiit Hugo subdiaconus, et Aubertus de Canbinis, et Hugo de Canbinis.
[b] 1336. 22 Sept. Commemoratio domini Guidonis de Haricuria, episcopi Lexoviensis[b].
24 Sept. Obitus bonæ memoriæ domini Nicolai, Sancti Laurentii in Damaso presbiteri cardinalis[2], qui dedit centum solidos. — Obitus magistri Petri Laide, D fratris ejusdem cardinalis, sacerdotis, canonici Ebroicensis.
25 Sept. Obitus Lucæ filii Johannis. — Obitus bonæ memoriæ Gauffridi de
[c] 1299. Barecio, episcopi Ebroicensis[c].
[d] 1220. 26 Sept. Commemoratio Lucæ bonæ memoriæ episcopi Ebroicensis[d].
27 Sept. *Obierunt Willelmus de Pavelli, archidiaconus, Johannes Feron, E Robertus Feron.
28 Sept. Obitus Radulphi de Roia presbiteri, decani Ebroicensis. — Comme-
[e] 1336 moratio domini Guydonis de Haricuria, Lexoviensis episcopi[e].
30 Sept. *Obiit magister Robertus de Gillarvilla.
[f] 1310 1 Oct. Anniversarium domini M[atthæi] de Essartis, episcopi Ebroicensis[f]. F
9 Oct. Obitus domini Radulphi de Haricuria, canonici Ebroicensis.
11 Oct. *Obiit Hylaria, Sancti Salvatoris abbatissa[3].
13 Oct. *Obiit Aubertus de Canbinis.
17 Oct. *Obiit Godeheut, uxor domini Roberti de Novo Burgo.
19 Oct. *Obiit Lucas de Tebouvilla. G
23 Oct. Commemoratio bonæ memoriæ domini A[dæ] de Insula, electi confirmati in episcopum Ebroicensem[4].
24 Oct. Commemoratio Johannæ, dominæ temporalis de Pulcro Mesnillo. — Commemoratio domini Guillelmi de Haricuria, domini temporalis de Salceya.
[g] 1311 26 Oct. Obitus Margarethæ, quondam comitissæ Ebroicensis[g]. H
29 Oct. Commemoratio bonæ memoriæ domini Gauffridi de Barecio, episcopi
[h] 1299. Ebroicensis[h].
30 Oct. Obitus domini Francisci de Anagnia, canonici Ebroicensis.
31 Oct. *Obiit Matildis, regina Angliæ.
3 Nov. *Obiit Matildis, regina Angliæ[5]. I
4 Nov. Anniversarium bonæ memoriæ G. episcopi Ebroicensis.
6 Nov. Obitus Bartholomæi Cadoc, Ebroicensis canonici.
7 Nov. *Obiit Garinus de Hardencuria.
[i] 12[illegible]. 8 Nov. Obitus Ludovici, Francorum regis[i].
9 Nov. Obitus magistri Petri de Lemovicis, diaconi, canonici Ebroicensis[6]. K
12 Nov. *Obiit Avicia, venerabilis domina, mater domini Lucæ episcopi, qui dedit ecclesiam de Castelerrio ad anniversarium patris et matris.

[1] *Ægidii nomen in recentioribus codd. die 7 Sept. occurrit. Is Ægidius a. 1179 obiisse dicitur.*

[2] *Nicolaus de Nonancuria tit. Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, a. 1298 vel 1299 mortuus.*

[3] *In recentioribus codd. Hylaria die 7 Oct. notata est; quæ abbatissa a. 1154 vivebat.*

[4] *Adam de Insula in monasterio Sanctæ Mariæ de Valle sepultus fuit cum hoc epitaphio :* Hic jacet dominus Adam de Insula, decanus, electus in episcopum Ebroicensem, consiliarius regis Caroli, et fuit professor legum et licentiatus in decretis, qui obiit in vigilia Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis anno millesimo trecentesimo vicesimo septimo. Cujus anima requiescat in pace. *Vide Rogerii de Gaignières collectanea, cod. lat.* 17034, p. 129.

[5] *Mathildis, uxor Willelmi I, regis Angliæ, die 2 Nov. 1083 obiit; ad eamdem reginam fort. spectat superior nota, nisi referenda sit ad Mathildem, Stephani regis uxorem. Bis etiam, diebus 29 Oct. et 2 Nov. in obituario Lirensi reginæ Mathildis nomen occurit.*

[6] *De Petro Lemovicensi, vid. supra*, p. 460 g et not.

A 13 Nov. Commemoratio domini Gauffridi, episcopi Ebroicensis[a]. [a] C. 1327

14 Nov. Commemoratio domini Nicolai, episcopi Ebroicensis[b]. [b] 1298.

21 Nov. Obitus Mathæi de Morainvilla, militis.—Obitus Droconis de Ablegiis, canonici.

22 Nov. *Obiit Johannes Lucæ, frater venerabilis patris nostri Johannis epi-B scopi.

23 Nov. Obitus bonæ memoriæ Radulphi de Chevriaco, episcopi Ebroicensis[1].

24 Nov. Obitus Guillermi de Ibreyo. — Obiit Gauffridus de Corcellis.

25 Nov. *Obiit Rotrodus, Rothomagensis ecclesiæ venerabilis archiepiscopus[c]. [c] 1183.

26 Nov. Obitus fratris Petri de Condeto, Ebroicensis canonici.

C 28 Nov. Obitus Philipi, Francorum regis[d]. [d] 1314.

29 Nov. *Obiit Willelmus, Ebroicensis ecclesiæ decanus. — Obitus Blanchæ, Francorum reginæ[e]. [e] 1252.

1 Dec. Commemoratio venerabilis patris Johannis de Aubergenvilla, episcopi Ebroicensis[f]. [f] 1256.

D 2 Dec. *Obiit Henricus, rex Anglorum[g], qui dedit manerium de Bramford. [g] 1135.

3 Dec. Obitus Roberti, filii domini de Ibreyo.

4 Dec. *Obiit Rogerius de Brionia, archidiaconus Ebroicensis[2].

5 Dec. Obitus dominæ de Ibreyo.

7 Dec. *Obiit Willelmus de Sisse[3], qui dedit decimas de Guiteboe.

E 9 Dec. Commemoratio domini M[atthæi] de Essartis, episcopi Ebroicensis[h]. [h] 1310.

11 Dec. Obitus Ricardi, episcopi Ebroicensis[i]. [i] 1236.

13 Dec. *Obierunt Lucas et Petronilla, uxor ejus, parentes Johannis Ebroicensis episcopi; XL solidos in præpositura Ebroicensi.

18 Dec. Commemoratio domini R. de Haricuria, domini temporalis de Pulcro F Mesnillo.

21 Dec. Obitus Margarethæ, Francorum reginæ[k]. [k] 1295.

26 Dec. *Obiit piæ recordationis Robertus, Ebroicensis episcopus[4]. — *Et Gocha, uxor Radulfi de Revilla, quæ dedit unam minam bladi.

EX CHRONICO

MONASTERII SANCTI TAURINI EBROICENSIS.

MONITUM.

Postrema codicis latini 4861 (olim 5217. 2, prius Bigotiani 185) folia nobis exhibent chronicon breve quod ab incarnatione Domini usque ad annum 1226 extenditur, et quod in monasterio Sancti Taurini Ebroicensis a diversis sed coævis manibus usque ad annum 1317

[1] *Olim in ecclesia de Hibernali exstabat monumentum lapideum, quod delineari curavit Rogerius de Gaignières (cod. latino 17034, p. 87) et in quo sculptæ videbantur octo figuræ, superpositis his inscriptionibus :*

Monseigneur Raoul, evesque d'Evreu.
Monseigneur J....... de Chevri.
Madame Marguerite, sa feme.
Frère Au .... abbe d'Iverneaux
Frère Jehan, prieur de l'ospital
Suer Agnes, abbesse de Saint Pol.
Monseigneur Guillaume de Chevri
Madame .... sa feme.

[2] *Voces* archidiaconus Ebroicensis *nobis suppeditaverunt codd. recentiores.*

[3] Guill. de Cysseio, pater Garini episcopi. *Ita codd. recentiores.*

[4] *Codd. recentiores* Robertus de Roya. *Is a. 1203 obiisse traditur.*

continuatum est. Hujus chronici, de quo disseruit cl. v. Victor Le Clerc[a], fragmenta duo jam edita sunt, t. XII, p. 776, et t. XVIII, p. 353.

[a] Hist. litt. XXI, 769.

M.CC.XXIX. Obiit Theobaldus, archiepiscopus Rothomagensis. A

M.CC.XXXI. Mauricius, episcopus Cenomannensis, fit archiepiscopus Rothomagensis, et orta est contentio inter ipsum et Ludovicum, regem Franciæ : unde interdictum fuit in archiepiscopatu.

M.CC.XXXIII. Obiit Philippus, comes Boloniensis, et Robertus, comes Drocensis[1].

M.CC.XXXIIII. Obierunt Mauricius, archiepiscopus Rothomagensis, et Galterus, B
Carnotensis episcopus.

M.CC.XXXVI. Obiit Ricardus, episcopus Ebroicensis, cui successit Radulphus de Ceire, archidiaconus.

M.CC.XXXIX. Rex Navarræ[2], cum comitibus et baronibus, in succursum Terræ Sanctæ profecti sunt[3]. C

M.CC.XL. Inventa[4] fuit corona Jesu Christi, quam habuit super caput suum quando positus fuit in cruce, tempore Ludovici regis Francorum, qui fuit filius reginæ quæ vocabatur *Blanche*.

Guillermus[5], abbas Sancti Taurini Ebroicensis, resignavit ecclesiæ eidem, et recepit regimen ecclesiæ Gemeticensis; cui successit Guillebertus Camerarius, D
monachus ejusdem abbatiæ.

M.CC.XLI. Obiit Amauricus, comes Montis Fortis, Franciæ constabularius, in reditu de captivitate Sarracenorum; et jacet Romæ in ecclesia Beati Petri.

M.CC.XLV. Celebratum fuit Lugduni concilium ab Innocentio IIII, et Fredericus dampnatus. E

M.CC.XLVI. Facta fuit pax inter Fiscamni et Sancti Taurini Ebroicensis monachos.

Anno Domini M.CC.LVIII. XII[6]. kalendas Julii, vigilia sancti Leufredi, cecidit in territorio Ebroicensi grando terribilis et dampnosus, qui omnes vineas dicti territorii exterminans omnesque fructus quos pro anno illo parturierant devastavit. F
Destruens siquidem in campis segetes ut flagellum in area dissipavit; arbores enim relinquens inutiles fœtu proprio spoliavit; volucres in aere volantes quasi sagitta percutiens interfecit. Multa vero alia dampna intulit quæ aut longum esset enarrare, aut forte tædium parturiret. *Versus :*

Pessimus hic grando, segetes, vittes populando, G
Arboreos fructus, multis occasio luctus
Extitit, et plenos nonnullos fecit egenos.
Vel sic Extitit, et plenos vacuavit, præcipue nos.

M.CC.LV. Die Jovis[b] post Nativitatem Domini, circa nonam, fuit eclipsis solis.

[b] 30 Dec.

Obiit bonæ memoriæ Gilebertus, abbas Sancti Taurini Ebroicensis, natione H
Gallicus. Vixit in regimine monasterii annis XV. Hic monasterium a subjectione Fiscanensi feliciter liberavit, cœnobium muris sumptuosis circumcinxit, capsem[7] deauratam sancti Taurini fieri fecit, monasterium et ejus membra intus et extra ædificiis prudenter et utiliter decoravit, vineas et possessiones quamplurimas comparavit et aliis modis acquisivit. Vivens religione et honestate pollebat, et in die J
Natalis Domini, in ortu solis, receptis prius omnibus ecclesiasticis sacramentis,

[1] *Robertus III die 4 Martii 1234 (n. s.) obiisse dicitur.*
[2] *Cod. male* Navariæ.
[3] *Melius* profectus est.
[4] *Non* inventa, *sed* empta.
[5] *Cod. male* Guierllus.
[6] *Non autem* VII, *ut editum est in libro cui titulus* Hist. litt. de la France (XXI, 770).
[7] *Sic pro* capsam. *De sancti Taurini capsa, quam nunc servat ecclesia Sancti Taurini Ebroicensis, et circa quam hæc leguntur :* ABBAS GILEBERTUS FECIT ME FIERI, *videndæ sunt dissertationes quas publici juris fecerunt cl. v. Aug. Le Prevost* (Mémoire sur la châsse de saint Taurin d'Évreux; Mémoires de la Société des Antiquaires de Normandie, 1re série, t. IV, p. 293), *RR. PP. Cahier et Martin* (Mélanges d'archéologie, t. III), *necnon L. T. Corde* (La châsse de Saint-Taurin, Évreux, 1866, in-4°).

A more sapientissimi viri migravit a seculo. Cujus animæ propitietur misericordia Salvatoris. Amen, amen, amen.

M.CC.LVI. Obiit piæ memoriæ dominus Johannes, Ebroicensis episcopus, quondam illustris regis Franciæ cancellarius[1].

M.CC.LIX. Die crastina sancti Lucæ evangelistæ[a] consecratus est in episcopum [a] 19 Oct.
B Ebroicensem magister Radulphus Grosparmi[2], natus de Piris[3], in ecclesia Beati Taurini Ebroicensis. Ad cujus consecrationem affuerunt multi episcopi, archiepiscopi et alii religiosi. Interfuit enim Ludovicus illustris rex Francorum, cum duobus pueris suis Ludovico et Philipo, dominus Symon de Monte Forti comes de Lycestre, et comes de *Eou*[4], et multi alii nobiles et potentes.

C Eodem anno facta est pax inter regem Francorum et regem Anglorum. Dedit enim rex Francorum regi Anglorum comitatum de Pierregort cum summa peccuniæ infinita pro pace inviolabiliter observanda.

Eodem anno Ludovicus, Ludovici regis primogenitus, universæ carnis viam est ingressus.

D M.CC.LXIIII. Obiit Urbanus papa, qui, antequam electus fuisset in papam, erat patriarcha de Jherusalem, natus apud Trechas; et erat nomen ejus magister Johannes[5] de Trecis. Cui eodem anno subcessit Guido cardinalis episcopus Sabinensis, qui ante fuerat archiepiscopus Narbonensis; et vocatur Clemens quartus.

Bis sex centeni, decies sex, quatuor anni
E Prætereunt, comitem cum postulat Andegavensem
Regem constitui Pullia tota sibi.
Karolus est ille qui fregit millia mille
De grege Manfredi, supponens omnia cædi.

Et eodem tempore fuit guerra inter regem Anglorum Henricum et Simonem
F comitem Leucestriensem, natum de Monte Forti.

M.CC.LXXXIII. Obiit Ricardus, abbas Sancti Taurini Ebroicensis, condam prior Gemeticensis[6].

Anno M, bis C, novies X, sex quoque misce :
Parisius vere pontes et tecta ruere.

G 1296. Obiit Symon, quondam abbas Sancti Taurini Ebroicensis[7].
1307. Omnes Templarii et eorum ordo destruuntur[8] et combusti sunt.
1310. Eclipsis solis valde magna usque ad XI puncta[9].
1312. Obiit Ricardus de Cormeliis, abbas Sancti Taurini Ebroicensis[10].
1317. Obiit Clemens papa quintus; cui successit Johannes papa XXII[11].

[1] *Sepultus est in navi ecclesiæ Ebroicensis, sub tumulo æneo; vid. supra*, p. 462, not. 9.

[2] *Alexander papa IV, litteris 21 Junii datis, regem Ludovicum rogavit quatinus magistro Radulfo, quondam Peronensis ecclesiæ custodi, episcopatus Ebroicensis regalia concederet.* (Cartul. normand, p. 116, n. 617.) — *Quis fuerit iste Radulfus, recentissime dictum est in libro cui titulus* Histoire de saint Louis, par Jean, sire de Joinville, publ. pour la Société de l'histoire de France (Paris, 1868), p. 299.

[3] Périers, Manche, arr. Coutances.

[4] *Sic pro* Eu; *Johannes de Brienne Augi comitatum tunc obtinebat.*

[5] *Corr.* Jacobus

[6] *Nicolaus, Ebroicensis episcopus, litteris 17 Apr. 1284 datis, regi nunciavit Symonem de Guisignis Sancti Taurini abbatem electum fuisse, post obitum abbatis Ricardi.* (Cartul. normand, *p.* 265, *n.* 1025.)

[7] *Teste Gallia christiana* (XI, 628), *is Symon fato functus est a. 1296, pridie nonas Aprilis.*

[8] *Hist. litt.* (XXI, 770) deferuntur.

[9] *In tabulis astronomicis hæc eclipsis 20 Jan. 1311 (N. S.) adscripta est.*

[10] *Vid. infra*, p. 477 b.

[11] *Clemens V anno 1314 die 20 Aprilis obiit; Johannes XXII die 7 Augusti 1316 electus est.*

E CHRONICIS LIRENSIS MONASTERII.

MONITUM.

Duo chronica in Lirensi monasterio conscripta ad nos pervenerunt, quorum unum, ab anno 851 ad annum 1258 progrediens, nobis suppeditavit codex latinus 10261, sæculo XIII exaratus, alterum vero, ab anno 814 ad annum 1249, curantibus Edmondo Martene et Ursino Durand, in lucem anno 1717 prodiit[1]. Ex utroque decerpsimus ea quæ ad rem nostram pertinebant. Subjungendam esse censuimus notam quam ex Lirensi codice, continente librum Hugonis de claustro animæ, Benedictinus quidam monachus eruit, suisque collectaneis inseruit, nunc in Bibliotheca Imperiali (codice latino 14186) asservatis.

I A

Ex cod. lat. 10061, fol. 2 v°.

Anno M CC XXVI obiit rex Ludovicus apud Monpancier, scilicet VI idus Novembris[a], et successit ei Ludovicus, filius ejus.

Anno Domini M° CC XLVIII°, mense Junii, in crastino Pentecostes[b], rex Ludovicus Franciæ et Robertus, comes Atrebatensis, et alius frater ejus[c], et dominus B Petrus de Cortinaio, et dominus W. de Ybreio, et plures alii nobiles, tam de Francia quam de Normannia[2] perrexerunt ad terram Jerosolimitanam, et applicuerunt apud Limechon, in insula de Chipre, dominus rex in festo sancti Philiberti[d], et fratres ejus in crastino dicti festi[e].

Anno Domini M° CC° L° VIII°, in crastino beatorum martirum Gervasii et Pro- C thasii[f], fuit tantus grando in civitate Ebroicensi et circa civitatem quod cooperturæ domorum plurimarum a grandine confractæ fuerunt, et virgulta et segetes et vine[æ] in nichilum redactæ sunt, quantum[3]......

[a] 8 Nov
[b] 8 Jun.
[c] Carolus.
[d] 20 Aug.
[e] 21 Aug.
[f] 20 Jun.

II

Ex Thesauri anecd. tomo III, col. 1433. D

Anno M CC XXVI obiit Ludovicus, et successit Ludovicus, filius ejus.

Anno Domini M CC XLI cepit Fredericus imperator tres legatos, et archiepiscopum Rothomagensem[g], et abbatem Fiscanensem[4], et plures alios euntes Romam ad concilium, convocatos a papa Gregorio, qui eodem anno mortuus est circa festum sancti Johannis[5], et fuit Roma sine papa fere duobus annis[6]. E

Anno M CC XL II factus est Innocentius summus pontifex[7].

Anno M CC XL III natus est Ludovicus, filius Ludovici regis, cui mater fuit Margarita regina.

[g] Petrum.

[1] Thes. anecd. III, 1432-1435.
[2] *Cod.* tam de Fr. et Norm.
[3] *Cætera omissa sunt. Conf. ea quæ de eodem grandine in chronico S. Taurini, supra,* p. 466, e g, *dicta sunt.*
[4] *Guillelmum Vaspail; vide supra,* p. 431 a b.
[5] *Gregorius papa IX 21 Aug. 1241 mortuus est.*
[6] *Chronici auctor prætermisit Cælestinum papam IV, qui a. 1241 mense Octobris summus pontifex electus, sequente mense Novembri obiit.*
[7] *Innocentius papa IV 24 vel 25 Jan. 1243 electus est.*

A Anno M CC XLIV natus est Philippus, secundus filius regis. Eodem anno rex
infirmatus fere usque ad mortem crucem accepit.

Anno M CC XLV domnus Innocentius papa, residens apud Lugdunum, cele-
bravit ibidem concilium in octava Sancti Johannis Baptistæ, in quo concilio dam-
natus fuit Fredericus imperator.

B Anno M CC XLVIII perrexit Ludovicus rex Franciæ Jerusalem.

Anno M CC L, post Natale Domini, mortuus est[a] Fredericus post multas inju- [a] 13 Dec.
rias illatas et damna ecclesiæ et religioni facta, qui in fine perveniens octies mille
uncias auri legavit domino papæ ad restitutionem damnorum quæ fecerat ecclesiæ.
Insuper et in reditum regni sui Apuliæ assignavit omnes sumtus quingentorum
C militum usque ad septem annos in subsidium Terræ Sanctæ.

Anno M CC XLVIII Ludovicus, rex Francorum, arripuit iter versus Terram
Sanctam, qui recedens de Parisius nudis pedibus die sancto Parasceves[b], moram [b] 17 Apr.
fecit apud Aquam Mortuam, scilicet portum marinum, quem ipse construxerat,
cum fratribus suis comitibus Roberto Atrebatensi et Carolo Andegavensi, necnon
D et aliorum comitum et baronum et episcoporum copiosa multitudine, domno
Odone de Castello Radulfi, Tusculano episcopo, apostolicæ sedis legato, eos comi-
tante. Circa festum Assumtionis proxime sequens[c] ascenderunt naves et applicue- [c] 15 Aug.
runt ad insulam Cypri, ubi per totam hiemem morati sunt. Tandem, disponente
Deo, anno M CC XLIX, circa Ascensionem Domini[d], ascensis navibus, intrantes [d] 13 Maii.
E in mare, Ægypti littora disposuerunt aggredi, quod Deo dante fecerunt, et Da-
miatam, civitatem Ægypti nobilissimam, Sarracenis virtute divina perterritis et
fugatis, ceperunt circa festum sanctæ Trinitatis proxime sequens[e]. [e] 30 Maii.

Eodem anno, tertius frater, scilicet Anfunsus, comes Pictaviensis, cruce signa-
tus, secutus est fratres suos, arripiens iter circa festum sancti Johannis Baptistæ[f], [f] 24 Jun.
F remanente domina regina Blancha, matre eorum, sola gubernatrice et tutrice tocius
regni Francorum.

Anno prædicto, videlicet M CC XLIX, intrante mense Augusti, regente Franciam
illustri regina Blancha, orta est persecutio maxima in monasterio Lyrensi, qualis
antea non fuit a fundatione ipsius cœnobii. Nam moniales Sanctæ Mariæ Regalis
G juxta Pontisaram, molientes auferre nobis jus fundationis abbatiæ Lyræ in foresta
Britolii, suggestione pravorum consiliariorum suorum, instigaverunt et inflamma-
verunt per mendacia dominam reginam contra nos, et baillivos ejus : quorum
oppressione multa nobis damna illata sunt. Contigit enim ut dominus rex Ludo-
vicus daret quamdam partem terræ forestæ Britolii[1] juxta Garlenvillam monachis
H suis Montis Regalis, qui tradiderunt eam hominibus excolendam sub annuo redditu,
de qua terra nos cepimus quamdam portionem a dictis monachis similiter per
redditum annuum, in qua proposuimus et ædificare cepimus capellam; sed quia
bonum non esset ut situs capellæ alicui esset tributarius, ut consultum fuit nobis,
adivimus regem apud Paceium, et petivimus ab eo ut daret nobis duas acras terræ
J liberas ad capellam et cimiterium faciendum, ostendentes ei jus nostrum in foresta
Britolii[2], scilicet quod tota foresta decimalis nobis erat in omnibus, etc.[3]

[1] *De terris quæ in foresta Britoliensi regnante sancto Ludovico ad agriculturam redactæ sunt, vid. Leop. Delisle,* Études sur la condition de la classe agricole en Normandie, *p. 411 et 412.*

[2] *Willelmus, Osberni filius, charta quæ in* Gall. christ. (XI, instr. 124) *edita est, monasterio Lirensi dedit* totam decimam partem forestæ Britolii.

[3] *Cætera omiserunt Edm. Martene, et Urs. Durand. Ad eamdem litem spectant ea quæ* Galliæ christianæ *auctores de duobus Lirensis monasterii abbatibus dixerunt* (XI, 647) :

Radulfus II quondam abbas anno 1249 superstes, a successore ad reginam flectendam cum priore et quatuor monachis missus est.

Gillebertus II de Haia... anno 1249 a Blanca regina, sancti Ludovici parente, multa tulit, ne monialibus Mali Dumi Pontisarensibus, a Blanca dotatis, Lirensem capellam, in Britoliensi nemore positam, cederet. Hinc coram regina Franciam moderante causam dicere jussus, judicum multatus sententia, quin etiam episcopi decreto communione privatus, a tuendo jure deterreri non potuit, idque demum studiis effecit suis ut intacta Lirensibus capella servaretur anno 1251. At ipsemet, datis anno 1252 ad Innocentium papam literis, remissionem a severioribus regulæ decretis, cum sibi tum monachis, et ob impune violata violandaque sacrorum jura missionem a censuris impetravit : næ tutissimum se putans, si munitus istius modi subrepto diplomate patentem ad libidines portam aperiret.

De Lirensibus monachis, in monasterio Gemmeticensi anno 1250 receptis, hoc commentariolum, domini Quillebeuf manu exaratum, inter Rogerii de Gaignières collectanea (cod. lat. 5424, fol. 52 *a*) *asservatum est :*

Du temps de saint Louis, roy de France, et vers l'an 1240 et les années suivantes, les religieux de l'abbaïe de Lyre en Normandie eurent beaucoup à souffrir de la part des religieuses bernardines de Pontoise, qui pretendoient certains droits, à ce que je croi, en quelque église si-

III A

Ex cod. lat. 14186, p. 35.

Iste liber est Sanctæ Mariæ de Lira, scriptus in claustro Gemmeticensi, anno Domini M CC L, a fratre Gilleberto de Sancto Vincentio, monacho Lyræ, anno videlicet exilii nostri. Hoc exilium causatum est a monialibus Regalis Montis, propter forestam Britogili Lirenses valde infestantibus, favente regina, etc. B

EX OBITUARIIS LIRENSIS MONASTERII.

Initio codicis Ebroicensis 17, quem nota A signavimus, occurrit obituarium Lirense, ad usum monachorum in prioratu de Warham[1] commorantium, sæculo XIII ineunte exaratum, exceptis duntaxat notis secunda manu adjectis, quas hic inter uncos repræsentabimus. Ad nostram etiam editionem adhibita sunt duo alia ejusdem monasterii obituaria, sæculo XIII descripta, cujus unum (nobis cod. B), quatuor ultimos anni menses tantummodo continens, in codice Parisiensi latino 11053 asservatur, alterum autem (nobis cod. C), Usuardino martyrologio Benedictinæque regulæ præfixum, nobis anno 1851 impertivit vir jam laudatus Augustus Le Prevost. Nota* distincta sunt nomina quæ codex C solus nobis suppeditavit; nota vero †, ea quæ e codice B eruimus.

1 Jan. [Magister Robertus d'Aviron[2].] C
4 Jan. Obiit Guacelinus miles.
5 Jan. [Johannes Pichez, prior Liræ.]
6 Jan. *Johannes de Bosco Ernaldi[3].
a 1177. 10 Jan. Obiit domnus Osbernus, abbas hujus loci[a].
13 Jan. Obiit donnus abbas Enardus. — Guillelmus de Paceio, miles[4]. D

tuée en la comte de Bretueil, au préjudice des dits religieux, ausquels elle appartenoit. Celui qui étoit le directeur et l'œconome des dites religieuses étoit un religieux de l'ordre de Cisteaux, homme intelligent dans les affaires temporelles, lequel étant fort zélé pour l'intérest des dites religieuses, fut cause que, par de faux rapports qu'il fit auprez de la reine Blanche, mère de saint Louis, et leur fondatrice, que les religieux de Lyre, aprez avoir été mis en prison par les officiers du roy en la juridiction de Bretueil, et après avoir été excommuniez par leur évêque diocésain, furent enfin exilez de leur abbaye. Entre lesquelz il y en eut quatre qui se retirèrent en l'abbaye de Jumièges. L'un de ce nombre transcrivit, durant son bannissement à Jumièges, quelque ouvrage de Saint-Victor, ou de quelque autre père de l'Église, qui fut achevé la veille de saint Laurent, et qui est à Lyre.

Comme l'on travailloit, l'an 1701, à démolir les fondemens de l'ancien dortoir de l'abbaïe de Jumièges, l'on y trouva le seau fait d'estain d'un abbé de Lyre, nommé Gilbert, lequel étoit enfermé en une lamme de plomb, et sur le fondement d'un pillier qui faisoit l'entrée de la cave qui s'étend le long du petit dortoir où loge le R. P. prieur. Ce seau ainsi trouvé pourroit bien avoir été celui d'un abbé Gilbert, lequel se trouve au catalogue des abbez de Lyre au temps de ce bannissement, et qui se seroit retiré pour lors à Jumièges avec ses religieux, et lequel aussi auroit été prié par l'abbé de Jumièges, ou en son absence par le prieur de ce monastère, de mettre la première pierre servant de fondement à la dite cave et où il auroit laissé son seau en mémoire de son séjour à Jumièges.

Prædictæ schedulæ annexum est sigilli a. 1701 reperti ectypon, quod sigillum cujusdam abbatis imaginem exhibet, cum hac inscriptione : † SIGILLVM·GISLEB'TI·ABBATIS·SCE·MARIE·LIRE·

[1] Wareham, Dorsetshire, Angleterre. *Vid. Monast. anglic.* VI, 1047.

[2] *Vide supra*, p. 460 g.

[3] *Secunda manu in cod. C*

[4] Willelmus de Britolio et Willelmus de Paceio, dominus hujus loci. *Cod. C.*

A 16 Jan. Obiit Guimundus miles. — [Obiit magister G. de Gessiz.]
17 Jan. Obiit Tustinus miles. — *Ysabella, comitissa Glovecestriæ[1].
18 Jan. [Obiit Willelmus de Vernolio, monachus hujus loci.]
19 Jan. [Obiit Ricardus de Pratellis, condam prior de Warham.]
21 Jan. Obiit Radulfus Boseval[2], miles. — [Obitus Ascelinæ de Noville.]
B 23 Jan. Obiit Mathæus de Ebroicis.
28 Jan. *Domnus Robertus de Gauvilla, monachus hujus loci[3]. — *Ysabella regina Franciæ[4].
30 Jan. Obiit Jocelinus miles. — *Lucas episcopus[5].
31 Jan. Obiit Bernardus miles.
C 2 Febr. Obiit Guillelmus miles.
3 Febr. [Mathæus miles.] — Domnus Thomas abbas[6].
5 Febr. Obiit Germundus miles.
7 Febr. Obierunt Rodulfus miles, Garinus miles, et Fulbertus miles.
9 Febr. Obierunt Grento miles, et Emma mulier.
D 10 Febr. *Ricardus abbas. — *Gillebertus de Tileriis, miles.
11 Febr. Obiit Rodulfus Comin.
12 Febr. Obiit Gauquelinus miles.
15 Febr. *Rainaldus Comm. Insulæ[7].
16 Febr. Obiit Lucas de Barra, monachus hujus loci. — Froelina mulier.
E 20 Febr. Obiit Guillelmus comes[8], institutor hujus loci.
21 Febr. Obiit Elveredus miles.
22 Febr. Obiit domnus abbas Malmesberiensis Gregorius[a], monachus hujus loci. — *Radulfus, episcopus Herefordiæ. [a] C. 1159.
25 Febr. *Robertus de Arbressello.
F 26 Febr. Obiit Nicholaus abbas.
4 Mart. *Laureta comitissa[b]. [b] Leicestriæ.
8 Mart. Obiit Guillelmus puer, filius Eustachii. — Osbertus miles.
10 Mart. Obiit Guillelmus de Crib. — *Hamelinus abbas.
11 Mart. Obiit domnus Gaufridus, abbas hujus loci[c]. — Bernardus miles. [c] Post a. 1193.
G 14 Mart. Osbernus[9] et *Johannes Lovet junior, milites.
19 Mart. *Stephanus, decanus Herefordiæ[d]. [d] Post a. 1234.
20 Mart. *Donnus abbas Hildebertus.
21 Mart. Obiit Rogerius monachus de Witot. — *Stephanus, burgensis Vernolii.
H 23 Mart. *Willelmus[10] Paenel, archidiaconus[e]. [e] Constantiensis.
24 Mart. [Villermus de Stokes.]
25 Mart. Obiit Adelicia regina[11].
26 Mart. Obiit Matildis de Brillesford.
27 Mart. Obiit Galterius de Laci, miles.
J 28 Mart. Obiit Avesgaudus abbas. — Jordanus de Insula. — *Magister Alexander.
29 Mart. [Margeria de Hanles] — *Radulfus, episcopus Ebroicensis[f]. [f] 1223
31 Mart. *Alienor regina[g]. [g] 1204.
1 Apr. Obiit Petronilla, comitissa Leicestriæ.
K 5 Apr. Obiit Robertus[12], comes Legrecestriæ. — Rogerius comes. — Itelina mulier. — *Ricardus, episcopus Ebroicensis[h]. [h] 1236.
7 Apr. *Ricardus, rex Anglorum[i]. [i] 1199.
8 Apr. *Rogerius de Herlenviler, miles.

[1] Glovest. *in codice C.*
[2] *Fort. legendum* Bofenal.
[3] *Secunda manu in cod. C.*
[4] *Ysabella de Aragonia, Philippi III uxor, a. 1271 mortua.*
[5] *Lucas, Ebroicensis episcopus ab a. 1203 ad a. 1220.*
[6] *Secunda manu in C.*
[7] *Sic in C, compendii nota voci* Comm. *superjecta.*
[8] Comes Leycestriæ. *C.*
[9] Osbertus. *A.*
[10] Johannes, *ex obit. Ebroic. supra*, p. 461 j.
[11] *Fort. Adeliza, Henrici I regis Angliæ uxor, a. 1151 mortua.*
[12] *Cod. C addit* primus.

[a] Sæc. XI — 9 Apr. Obiit domnus Barno, abbas hujus loci[a]. — [Ginebaldus de Sancto Vincentio.] — *Galeranus, comes Mellenti[1]. — *Petronilla de Auribocco. A

10 Apr. *Nicholaus de Glotis, miles.

13 Apr. *Agnes monacha, fundatrix prioratus Sancti Nicholai[2].

16 Apr. Obiit Rodulfus, episcopus Herefordensis. — Guillelmus, abbas Becci[3].

17 Apr. [Obiit Girardus Flandrensis.] B

[b] 1227 — 19 Apr. *Garinus, Silvanectensis episcopus[b].

20 Apr. Obiit domnus Robertus[4], abbas hujus loci. — Gilibertus miles. — Hugo miles. — [Nicholaus de Andeure.]

[c] 1109. — 21 Apr. Obiit domnus Anselmus archiepiscopus[c]. — Ricardus comes.

22 Apr. Obiit domnus abbas hujus loci Willelmus[5]. C

[d] Sæc. XII ineunte — 26 Apr. *[Donnus Radulfus[d], abbas hujus loci.]

27 Apr. Obiit Rogerius puer.

28 Apr. *Gervasius de Hantonia.

29 Apr. *Radulfus de Tevrai.

30 Apr. *Osmundus, civis Rothomagensis. D

1 Maii. Obiit Guillelmus de Marinis, monachus hujus loci.

[e] Sæc. XI — 3 Maii. Obiit dominus Erphasthus, abbas hujus loci[e].

4 Maii. Obiit Herveus heremita. — *Willelmus abbas. — *Willelmus de Friadello, clericus.

[f] 1221. — 5 Maii. *Robertus, archiepiscopus Rothomagensis[f]. E

7 Maii. Obiit Teardus pater. — Ivereus miles. — Anschitillus miles. — Ada mulier. — Emma Segar femina.

10 Maii. *Baldevinus comes.

11 Maii. Obiit Guillelmus miles. — Gulbertus miles. — *Magister Albericus de Vitreio, presbiter. F

12 Maii. [Memorandum quod Willelmus Dil dedit quoddam mesnagium cum curtillagio in villa de Stoborga[6] Deo et beatæ Mariæ de Warham, pro salute animæ suæ et uxoris suæ et parentum suorum et pro salute animæ domini Willelmi de Stokes et Aliciæ, uxoris suæ.]

13 Maii. *Hugo homo Dei. G

15 Maii. Obiit Hugo miles.

21 Maii. Obiit Gervasius abbas.

22 Maii. Obiit Albericus abbas.

23 Maii. Obiit Rogerius miles.

25 Maii. Obiit Hawis, comitissa Gloecestræ. H

26 Maii. [Johannes, abbas hujus loci[7].]

27 Maii. Obiit Liscelina mulier.

30 Maii. *Eustachius, prior Sancti Pancratii.

[g] 1256. — 1 Jun. *Johannes, Ebroicensis episcopus[g].

2 Jun. Obiit Guascelinus miles. J

4 Jun. Obiit Baldewinus comes. — Hawis mulier. — Helewis mulier. — *Dominus abbas Gaufridus. — *Radulfus, Ebroicensis episcopus. — *Ysabellis, mater regis Henrici IIII Angliæ[8].

[h] 1118. — 5 Jun. Obiit Robertus, comes Mellenti[h].

6 Jun. [Rogerius l'Enveisié, presbiter.] K

8 Jun. Obiit Rogerius de Barra, monachus hujus loci.

[i] 1183. — 11 Jun. [Obiit Rogerius de Novo Burgo.] — *Henricus, rex Anglorum junior[i].

12 Jun. [Obiit Avice de Warham.]

[1] Melletis *in cod. — Galeranus a. 1166 obiit.*

[2] *Voces* fundatrix p. S. N. *secundu manu adjectæ sunt. Hic alluditur ad prioratum Sancti Nicolai de Malo Passu.*

[3] *Cod. C* Robertus episcopus; Willelmus abbas. — *Robertus de Meleduno, Herefordensis episcopus, a. 1166 obiit; Guillelmus vero, Beccensis abbas, a. 1124.*

[4] *Cod. C adjicit vocem* primus. *Robertus abbas sæculo XI floruit.*

[5] *In cod. C die 22 Apr. notatus est* Willelmus episcopus, *et die 23* dominus abbas hujus loci Willelmus. *Guillelmus II, Lirensis abbas, anno 1166 obiisse traditur.*

[6] *Cod.* Stoborg *adjecta compendii nota.*

[7] *Johannes abbas, circa a. 1241 mortuus, notatur in cod. C die 30 Maii*

[8] *Id est* Henrici III, *cujus mater Ysabellis 4 Jun. 1246 mortua est. In serie regum Angliæ Henricus, filius Henrici II, ab auctore necrologii Lirensis annumeratus est.*

A 15 Jun. Obiit Guillelmus de Godessella, monachus hujus loci. — *Magister Rogerius de Avernaio.
19 Jun. Obiit Vitalis abbas.
22 Jun. Obiit Odo miles.
23 Jun. *Yvo de Ferreriis.
B 25 Jun. Obiit Sahildis mulier. — Liscelina mulier. — *Symon comes.
28 Jun. Obiit Gilibertus miles. — Ascelina mulier.
2 Jul. Obiit Audoenus episcopus[1]. — *Rogerius episcopus.
3 Jul. [Petrus miles.]
5 Jul. *Magister Willelmus de Paceio.
C 6 Jul. Obiit domnus abbas hujus loci Ernaldus[a]. — [a] Sæc. XI.
7 Jul. Obiit Thomas de Wintersis[2], miles. — *Henricus, rex Anglorum[b]. — [b] 1189.
14 Jul. *Philippus, rex Franciæ[c]. — [c] 1223.
15 Jul. Obiit Tono[3] abbas.
18 Jul. *Magister Gillebertus de Sancto Jacobo.
D 20 Jul. *Petronilla, filia comitis Leicestriæ. — *Hadvis. — *Alienor, comitissa Salesberiensis.
22 Jul. Obiit Gislebertus abbas. — [Obiit Ricardus, comes de Clare.]
24 Jul. Obiit Teodericus, miles.
27 Jul. Obiit Guillelmus abbas. — Guillelmus, nobilis comes Flandriæ[d], filius — [d] 1128.
E Roberti comitis Normannorum.
28 Jul. *Thomas, decanus Herefordiæ[e]. — [e] C. 1216.
29 Jul. Obiit Robertus miles.
1 Aug. Obiit Guillelmus, rex Angliæ[4]. — Herlewinus miles.
2 Aug. [Obiit Durandus, prior de Deserto[5].]
F 3 Aug. Maria, abbatissa Wintoniæ. — *Symon, comes Leycestriæ[6], et Henricus, filius ejus. — *Johannes, comes Nivernensis[7].
7 Aug. Obiit Godefridus miles.
9 Aug. Obiit Rogerius, Wigornensis episcopus[f]. — Ypolitus miles. — [f] 1179.
11 Aug. Obiit Roes, uxor Willelmi de Chaineyo[8].
G 14 Aug. Obiit Rogerius comes. — [Aaliz de Stokes.] — *Garinus, Ebroicensis episcopus[g], et mater ejus. — [g] 1201.
17 Aug. [Obiit Willelmus le Bastart, miles.] — *Willelmus, abbas Leicestriæ.
19 Aug. Obiit Gaufridus miles.
21 Aug. Obiit Symon miles. — Asa monacha. — [Robertus, abbas hujus loci[9].
H — Mazellina mulier ad succurrendum[10].] — *Willelmus, miles, dominus de Feritate.
24 Aug. *Magister Augerus, archidiaconus Ebroicensis. — *Ludovicus, rex Franciæ[h]. — [h] 1270.
26 Aug. Obiit Herlewinus[11], abbas Becci[i]. — [i] 1078.
J 28 Aug. Obiit Gislebertus, Ebroicensis episcopus[k]. — [k] 1112.
29 Aug. [Ysuldis mulier.]
31 Aug. Obiit Robertus, comes Leicestriæ. — Amicia comitissa[12]. — Tescendis mulier.
1 Sept. Obiit domnus Gislebertus, abbas hujus loci[l]. — *Balduwinus, filius — [l] Sæc. XII ineunte.
K comitis Insulæ.
4 Sept. *Rogerius de Praiellis.
5 Sept. Obiit Garinus[13] abbas.

Audinus, Ebroicensis episcopus, a. 1139 mortuus. Ejus nomen in Ebroic. obit. (p. 463 d) *4 Jul. adscriptum est.*

[2] Cod. Winters, *adjecta compendii nota.*

[3] *Vel fort.* Tovo.

[4] *Guillelmus rex, a. 1100 mortuus, cujus obitus in cod. C die 29 Jul. memoratur.*

[5] *In cod. C 3 Aug. notatus.*

[6] *In cod. C die 4 Aug. obitus comitis Symonis secunda manu notatus est.*

[7] Cod. Novmiensis, *compendii nota super* v *adjecta. Johannes, Nivernensis comes, sancti Ludovici filius, 3 Aug. 1270 obiit.*

[8] Cod. Chain, *adjecta compendii nota.*

[9] *In cod. C Robertus abbas, qui monasterio præfuisse dicitur ab anno 1216 ad annum 1221, 20 Aug. memoratur*

[10] Cod. suc. *adjecta compendii nota*

[11] *Cod. C* Herluinus.

[12] *Cod. C* et Amicia, comitissa ejus.

[13] *Cod. C* Guarinus.

7 Sept. † Obiit Petrus de Ponte. A

8 Sept. Obiit Hamericus prior. — *Willelmus comes. — *Mathæus, civis Rothomagensis.

[a] 1087. 9 Sept. Obiit Guillelmus rex[a]. — [Petrus de Rusellis.] — *Ægidius episcopus[b].
[b] 1179.

10 Sept. † Obiit domina Petronilla de Herlainviler. B

12 Sept. [Johannes de Bradelée, armiger.]

13 Sept. Rodulfus miles.

17 Sept. Willelmus Binet, miles.

[c] Sæc. XII. 19 Sept. Obiit Guillelmus, abbas hujus loci[c]. — *Gundelmus. — † Johanna de Gornaio. C

[d] Circ. a. 1204. 21 Sept. *Robertus, comes Melle[n]ti[d].

22 Sept. † Rogerus le Brun.

23 Sept. Obiit Odo de Paceo, monachus hujus loci.

26 Sept. *Willelmus de Capellis, miles.

27 Sept. [Obiit Eustachius miles.] D

[e] 1262. 28 Sept. [Gillebertus, abbas hujus loci[e].]

29 Sept. † Richeldis, relicta David Anglici. — † Martinus, primus presbyter de Baucis.

30 Sept. Obiit Lambertus miles.

1 Oct. Rodulfus miles. E

2 Oct. Obiit Rainbaldus miles.

4 Oct. Gauquelinus de Ferrariis, miles. — *Galeranus juvenis.

5 Oct. Obiit Adeliz, uxor Willelmi[1], hujus loci fundatoris.

6 Oct. Obiit Ernulfus Avenel.

7 Oct. † Obiit magister Robertus de Charlée, XVI solidos et bibliothecam. F

[f] 1253. 8 Oct. Obiit Hemelinus miles. — *Robertus, Lyncolnensis episcopus[f]. — Willelmus de Sakevilla[2].

9 Oct. Alexander de Valle.

10 Oct. Robertus et Petrus de Curtiniaco[3], milites.

13 Oct. Obiit Radulfus miles. G

[g] 1066. 14 Oct. Obierunt[g] Normanni Anglico bello sub Willelmo principe[4].

16 Oct. † Colinus le Tort. — † Nicholaus de Sapo et Gerovisia, uxor ejusdem.

17 Oct. [Radulfus de Athées, monachus hujus loci.]

[h] 1216. 18 Oct. *Johannes, rex Anglorum[h].

20 Oct. Obiit Robertus III comes Legrecestriæ. — Hildierius[5] de Pasceio, laicus. — † Agnes l'Eschacière. H

22 Oct. Obiit Hugo Asinus, monachus hujus loci.

24 Oct. Obiit Rodulfus de Sancto Victore, monachus hujus loci.

25 Oct. [Gilebertus de Clare, comes[6].]

26 Oct. Obiit Hugo pater. — Willelmus miles. J

27 Oct. Obiit Willelmus miles. — † Robertus de Bokelon.

28 Oct. † Guillelmus, presbiter de Barra.

29 Oct. Mahildis regina.

30 Oct. Theodericus de Scanno.

31 Oct. Obiit Robertus Azimus, miles. K

[i] 1083. 2 Nov. Obiit Matildis regina[i]. — [Radulfus, prior hujus loci de Warham.]

4 Nov. † Obiit Guillelmus de Sancto Johanne presbyter.

6 Nov. Obiit domnus abbas hujus loci Silvester[7].

7 Nov. † Obiit Johannes de Siccis Molendinis.

[k] 1226. 8 Nov. Obiit Walterius de Valle. — *Ludovicus, rex Franciæ[k]. — *Gillebertus de Chaorciis. L

[1] *Cod. C addit* comitis.
[2] *Cod. B* Sakenvile.
[3] *Cod. B solus Petri nomen exhibet.*
[4] *In cod. C hæc nota ad diem 18 Oct. rejecta est.*
[5] *Cod. B* Heuderius.
[6] *Cod. C* Gillebertus, comes Gloucestriæ.
[7] *Cod. C* Silvester, abbas Castellionis. — *Silvester, ex Lirensi monacho, Castellionensis abbas a. 1160 obiit.*

A 11 Nov. *Guillelmus de Saqueinvilla, miles.
13 Nov. Obiit Audoenus miles.
14 Nov. *Ægidius episcopus. — †Herbertus Godard.
17 Nov. [Obiit Gaufridus, prior hujus loci.]
18 Nov. *Joscelinus, Ricardus, episcopi[1].
B 19 Nov. Obiit Richerius, miles.
20 Nov. †Obiit Mathæus de Pomerol, miles.
23 Nov. Obiit Willelmus, comes Glocestriæ. — Willelmus de Britholio. — *Radulfus, Ebroicensis episcopus[a]. [a] 1269.
26 Nov. Obiit Robertus Paganus, monachus.
C 27 Nov. Obiit Galterius miles. — Anduldis mulier.
29 Nov. †Emelina de Bretescha.
30 Nov. Obiit Guimundus miles.
1 Dec. Obiit Heccelinus miles. — Leigardis mulier[2].
2 Dec. Obiit Henricus, rex Anglorum[b]. [b] 1135.
D 3 Dec. Obiit Ernaldus miles. — *Theobaldus, rex Navarræ[c]. [c] 1270.
5 Dec. †Obiit Reginaldus de Houcemaigne.
6 Dec. Obiit Willelmus miles.
11 Dec. Obiit Herding et uxor ejus Elucue. — *Rogerus, abbas Yberii, monachus hujus loci.
E 16 Dec. Obiit Herbertus miles. — †Emelina Bourdon. — †Hodiena Chevalier.
17 Dec. Obiit Gotmannus, miles. — Robertus Trenchart, miles. — †Guillelmus de Bossaio, miles.
23 Dec. Obiit Bauduinus episcopus. — Guillelmus miles.
24 Dec. Obiit Gaufridus miles. — Robertus miles.
F 26 Dec. Obiit domnus abbas hujus loci Hildierius[d]. [d] Post. a. 1145.
30 Dec. *Johannes de Barra, miles[3].

EX NECROLOGIO

MONASTERII CRUCIS SANCTI LEUFREDI.

MONITUM.

Monasterii Crucis Sancti Leufredi, in diœcesi Ebroicensi sæculo VII conditi sæculoque XI restaurati, historia recentissime enarrata est in libello cui titulus *Notice sur l'abbaye de la Croix-Saint-Leufroy, par l'abbé Lebeurier*[4]. Prædicti opusculi auctor non semel usus est necrologio, quod sæculo XV ineunte fuit exaratum, quodque Bibliotheca Imperialis, in codice latino 5549 (olim Colbertino 4844), foliis 1-49, possidet. Præcipua nomina quæ in hoc necrologio occurrunt et quæ, paucis exceptis, vel ad XIII vel ad XIV sæculum spectant, hic repræsentanda duximus.

[1] *Prior Saresberiensis, posterior Constantiensis.*
[2] *Cod. B* Lejardis de Villeta.
[3] *Die 29 Dec. in cod. B annotatus est.*
[4] Évreux, 1866, in-8° de 85 pages.

5 Jan. Guillelmus abbas. A
6 Jan. Donnus Ricardus abbas.
12 Jan. Mauricius archiepiscopus[1].
17 Jan. Symon Pescheveron, miles.
19 Jan. Ricardus de l'Ile. — Robertus de Gieffosse, et Beatrix, uxor ejus.
20 Jan. Gilbertus abbas. B
21 Jan. Rogerius abbas.
23 Jan. Isabel de Crevecuer domina.
24 Jan. Gera[r]dus episcopus.
25 Jan. Gaufridus archiepiscopus.
28 Jan. Johannes de Possiaco, miles, dominus de Normanvilla. C
30 Jan. Lucas episcopus[2].
31 Jan. Matildis de Paciaco.
9 Febr. Domnus Gauffridus, abbas de Cruce.
10 Febr. Domnus Johannes de Sauceyo, abbas de Cruce.
11 Febr. Ricardus de Tanqua[r]villa, armiger. — Dominus Rogerus de Quocherel, miles. — Nicholaus de Camino. — Juliana de Crepicordio. D
12 Febr. Radulfus de Rubeo Monasterio, monachus Gemeticensis. — Gaufridus de Nonnanto.
19 Febr. Adam abbas.
23 Febr. Guillelmus de Wiscarvilla; Richildis, uxor ejus. E
26 Febr. Nicholaus abbas. — Herbertus abbas.
27 Febr. Donnus Petrus Religatoris, abbas de Cruce.
1 Mart. Magister Johannes de Maulia.
2 Mart. Stephanus de Parisius, monachus de Cruce. — Johannes, rector ecclesiæ Sancti Boniti Parisiensis. F
9 Mart. Guillelmus de Meulento, miles.
10 Mart. Eremburgis de Crepicordio.
11 Mart. Robertus de Paris, monachus Crucis.
12 Mart. Symon, comes Ebroicensis[3]. — Amaulricus[4] de Dardées, armiger.
14 Mart. Victor abbas. G
16 Mart. Gauffridus de Yvilla. — Magister Stephanus de Novo Burgo. — Radulphus de Gournay.
17 Mart. Robertus miles de Escoz; Mabilia, uxor ejus. — Petrus de Escoz, monachus Crucis. — Guillelmus de Ebroicensi, monachus Crucis. — Johannes Lucas, monachus Crucis et prior de Insullis. — Johannes Serée, monachus Crucis et prior de Venabulis. H
18 Mart. Johannes Pescheveron.
20 Mart. Dominus Guillelmus le Bicauf[5], canonicus ecclesiæ Ebroicensis et rector ecclesiæ de Anfrevilla, pro duabus pelvibus, duobus candelabris et duobus thuribulis, totis argenteis. J
22 Mart. Rogerius abbas.
24 Mart. Hugo abbas. — Robertus de Cantu Lupi.
25 Mart. Johannes Seure, monachus de Cruce et prior Sancti Remigii de Besuto Longo. — Adeliza, regina Anglorum[6].
26 Mart. Rica[r]dus abbas. — Magister Petrus de Silva. K
27 Mart. Guillelmus abbas.
29 Mart. Johannes de Anfrevilla, monachus Crucis. — Adam de Parisius.
31 Mart. Guillelmus de Rothomago, monachus Crucis. — Magister Henricus de Torneio.
1 Apr. Johannes de Autolio, miles. — Isabellis, dominicella de Bouquignio. — Magister Thomas de Sancto Georgio. L

[1] *Rotomagensis archiepiscopus a. 1235 mortuus.*
[2] *Ebroicensis episcopus, qui a. 1220 obiit.*
[3] *Simon de Monte Forti, a. 1181 vel circ. mortuus.*
[4] *Cod.* Amaulritus.
[5] *Idem Guillelmus iterum 8 Jul. notatus est.*
[6] *Fort. Henrici I uxor.*

A 5 Apr. Ricardus, episcopus Ebroicensis[1]. — Dominus Guillelmus de Flavecourt, archiepiscopus Rothomagensis[2].

6 Apr. Magister Gerardus de Alba Mala, decanus Ebroicensis[3].

8 Apr. Girardus de Crepicordio. — Guillelma de Crepicordio. — Domina Marguereta de Rouvray, uxor domini Johannis de Rouvray, militis. — Guillermus
B de Dardés, miles, et domina Johanna, uxor ejus.

9 Apr. Berno abbas. — Ricardus, abbas Sancti Taurini[4]. — Hatius de Autolio. — Radulphus de Pedona.

11 Apr. Johannes de Torteval. — Thomas de Sancto Germano.

13 Apr. Dominus Guillelmus de Meulento, miles.

C 14 Apr. Donnus Radulfus, abbas de Cruce. — Donnus Johannes de Mortuo Mari, abbas de Cruce.

16 Apr. Ingulfus abbas. — Magister Guillelmus de Insula, cancellarius ecclesiæ Rothomagensis.

20 Apr. Ricardus de Tournayo.

D 21 Apr. Anselmus archiepiscopus[5]. — Guillelmus episcopus.

24 Apr. Guillelmus de Autolio, armiger.

25 Apr. Guillelmus le Seneschal, prior de Sailliaco et monachus Crucis.

27 Apr. Domnus Ricardus de Anfrevilla, abbas de Cruce. — Mathæus de Heudebouville presbiter.

E 28 Apr. Johannes de Cadomo, monachus Crucis.

29 Apr. Guillelmus abbas. — Hugo abbas. — Petrus de Nonanto.

1 Maii. Thomas de Seviz, monachus Crucis. — Dominus Guido de Harecourt, episcopus Luxoviensis[6].

3 Maii. Magister Petrus de Vi, canonicus Ebroicensis.

F 8 Maii. Ricardus abbas. — Guillelmus de Dardeis, armiger.

14 Maii. Galterius, abbas Crucis.

18 Maii. Nicholaus de Autolio, Ebroicensis episcopus[7]. — Matillis[a] de Castenei.

21 Maii. Donnus Albericus, abbas de Cruce.

24 Maii. Isabel, uxor Rogeri de Mellent. — Petronilla, uxor Quintini de Too-
G neio. — Guillelmus miles de Crota.

25 Maii. Rotbertus archiepiscopus[8]. — Guillelmus de Sancto Romano. — Nicholaus Coquerel. — Guillelmus de Boysy, et Martina ejus uxor.

26 Maii. Almauricus de Mellento, miles. — Karolus, rex Franciæ[9], pro quinque leonibus auri, quos dedit prioratui nostro de Paceolo.

H 27 Maii. Osbernus abbas. — Fulco, prior de Besuto.

30 Maii. Remondus de Dardeis, armiger.

31 Maii. Henricus de Trousseavilla, miles, et Agnes de Marcillio, uxor ejus.

1 Jun. Johannes, episcopus Ebroicensis[10]. — Almauricus de Mellento, miles. — Matillis de Becdane. — Matildis de Loco Veris.

I 2 Jun. Arnulfus abbas.

3 Jun. Magister Gilbertus de Anfrevilla, archidiaconus.

4 Jun. Johannes Brocart de Autolio, miles.

5 Jun. Nicholaus dictus Belin, monachus Crucis et prior de Insulis.

6 Jun. Dominus Radulphus d'Espone, thesaurarius Beatæ Mariæ Ebroicensis.

K 7 Jun. Dominus Guillelmus de Mellento, pro brachio argenteo et pro LX et VI solidis redditus.

8 Jun. Radulfus episcopus. — Johanne de Cedro, armigero.

11 Jun. Henricus, rex Anglorum[11]. — Dominus Almauricus de Dardeis, miles.

13 Jun. Radulfus abbas. — Nicholaus, presbyter de Yrevilla.

[a] Sic.

[1] *Obiit a. 1236.*
[2] *A. 1306 mortuus.*
[3] *Annis 1262 et 1268 memoratus.*
[4] *Ricardus de Corneliis, ut videtur, a. 1312 mortuus.* Vide supra, p. 467 g.
[5] *Sanctus Anselmus, Cantuariensis archiepiscopus, a. 1109 mortuus.*
[6] *Obiit 24 Apr. 1336.*
[7] *A. 1298 mortuus.*
[8] *Fort. Robertus Pullus, Rotomagensis archiepiscopus, a. 1221 mortuus.*
[9] *Aut Carolus V, aut Carolus VI.*
[10] *Obiit 1 Jun. 1256.*
[11] *Henricus, Henrici II filius, 11 Jun. 1183 mortuus.*

16 Jun. Johannes de Silvanecto, monachus de Cruce.

17 Jun. Gauffridus abbas. — Dominus Edmundus de Cherney, miles, et pro Nicholao, fratre suo.

18 Jun. Aeledis, domina de Cruce.

21 Jun. Domina Margareta, domina de Baygniaux, uxor domini Rogeri de Harenviller, militis.

22 Jun. Johannes de Fonteneto, et Margareta, ejus uxor.

23 Jun. Boso abbas. — Adam de Wivilla. — Avicia de Wivilla.

24 Jun. Johannes de Bautiermara, et Agnes, ejus uxor.

26 Jun. Reinfredus abbas.

27 Jun. Domina Agnes de Marbuef.

4 Jul. Magister Nicholaus de Aquigneyo.

6 Jul. Henricus, rex Anglorum[1].

7 Jul. Guillelmus de Dardeis, armiger.

8 Jul. Domina Ysabel, condam uxor domini Guillelmi de Beauchêne, militis.

9 Jul. Domina Agnes de Autolio.

11 Jul. Domnus Petrus [de] Hestreio, abbas de Cruce.

13 Jul. Robertus abbas.

[a] Augustus. 16 Jul. Philippus[a], rex Franciæ; fiat servicium pro bibliotheca quam dedit.

17 Jul. Henricus abbas.

20 Jul. Dyonisius abbas.

22 Jul. Dominus Rogerius de Mellent, miles. — Almaricus de Mellento, miles. — Eva, domina de Avrilleyo.

23 Jul. Johanna, uxor domini Guillelmi de Harecourt.

24 Jul. Magister Johannes de Mellento.

26 Jul. Thomas abbas. — Hugo de Gisorz, miles.

28 Jul. Margarita, uxor Guillelmi de Escardainvilla, armigeri.

[b] Grossus. 1 Aug. Ludovicus[b], rex Francorum.

2 Aug. Guillelmus de Mellento, miles.

6 Aug. Guillelmus de Mortuo Mari, et Odelina, uxor ejus, et Petrus de Mortuo Mari, filius eorum.

8 Aug. Sulpicius abbas.

9 Aug. Vincencius abbas. — Eustachia, mater domini Gauffridi, Ebroicensis episcopi[2].

10 Aug. Agnes de Loco Veris. — Magister Guillelmus Ruaut, condam rector ecclesiæ de Yvilla.

18 Aug. Martina, uxor Petri de Rothomago.

21 Aug. Philippus abbas. — Dominus Philippus, episcopus Ebroicensis[3].

23 Aug. Johannes de Rothomago.

24 Aug. Magister Clemens de Rothomago; Johannes, filius ejus.

25 Aug. Johannes abbas. — Frater Nicholaus Gibout.

28 Aug. Gillebertus abbas.

1 Sept. Guillelmus, presbiter de Rulleyo.

4 Sept. Johannes de Crequiboto, miles; fiat servitium pro clausura claustri nostri deintus per abbatem dictum Semainon.

5 Sept. Dominus Radulfus de Tornaio, et Constancia, ejus uxor. — Dominus Guillelmus de Tornaio. — Ysabel, uxor Guillelmi de Sauceyo, mater domni Johannis de Sauceyo, abbatis de Cruce.

6 Sept. Radulfus abbas.

8 Sept. Galterius de Monmerel. — Johannes de Marbodio.

9 Sept. Ægidius episcopus[4]. — Guillelmus[5], rex Anglorum. — Benedictus abbas.

12 Sept. Domnus Guillelmus Semaisnon, abbas de Cruce.

[1] *Henricus II, 6 Jul. 1189 mortuus.*

[2] *Aut Gaufridi de Barro, qui a. 1299 obiisse traditur, aut Gaufridi de Plesseitio, qui creditur a. 1327 mortuus.*

[3] *A. 1281 obiit.*

[4] *Ægidius, Ebroicensis episcopus, a. 1179 mortuus, eadem die in Ebroicensi et Lirensi necrologiis notatus.*

[5] *Cod. male* Gislebertus. *Guillelmus Nothus, Anglorum rex, 9 Sept. 1087 obiit.*

A 13 Sept. Guido miles de Mellent.

16 Sept. Domnus Henricus, abbas de Cruce.

17 Sept. Vitalis abbas. — Hugo abbas. — Heuderus de Paciaco.

18 Sept. Domina Matildis, uxor domini Rogeri de Hallenviler, alias Claudin.

19 Sept. Dominus Petrus de Esnancourt.

B 23 Sept. Magister Johannes de Liencuria.

24 Sept. Magister Radulfus de Homme.

25 Sept. Gaufridus, episcopus Ebroicensis[1].

27 Sept. Domnus Silvester, abbas de Cruce. — Isabellis, quondam dominæ de Haquavilla. — Petronilla, uxor Guillelmi de Quatuor Maris.

C 29 Sept. Mainardus abbas. — Matildis de Gaillon.

30 Sept. Domina Alicia de Mauhout.

3 Oct. Gauffridus de Yquarvilla.

8 Oct. Radulfus abbas.

10 Oct. Aeledis, domina de Harecourt.

D 15 Oct. Robertus abbas. — Albinus de Crovilla clericus.

16 Oct. Domnus Guillelmus d'Aupegart, abbas de Cruce.

18 Oct. Maria de Sancto Petro Engouy.

22 Oct. Guillelmus de Escardainvilla, armiger.

24 Oct. Magister Guillelmus de Rothomago. — Dominus Girardus Semaynon.

E 27 Oct. Domnus abbas Odilo de Cruce. — Ursus abbas.

28 Oct. Maria, condam regina Franciæ[2], et Ludovicus, ejus filius, comes Ebroicensis; fiat servicium pro mortificatione aquæ de Paceolo nostro prioratui.

29 Oct. Gauquelinus abbas. — Johannes de Capite Villæ.

30 Oct. Dominus Petrus de Busco, miles. — Magister Johannes de Vacaria,
F canonicus Ebroicensis et rector ecclesiæ de Tornayo.

31 Oct. Robertus de Rothoriis. — Guillebertus de Rothoriis.

1 Nov. Hisenbertus abbas. — Dominus Alexander Maillart, miles.

2 Nov. Johannes, dominus de Harecort.

3 Nov. Magister Johannes de Mellento, condam canonicus Ebroicensis. — Ma-
G gister Nicholaus de Busco Rotundo.

5 Nov. Thomas de Nonanto. — Radulfus de Granchiis.

7 Nov. Robertus abbas.

8 Nov. Magister Guillelmus Englici, condam phisicus dominæ[3] Albæ, reginæ Franciæ[4], pro tredecim[5] francis auri.

H 9 Nov. Goisfredus abbas.

10 Nov. Rogerius abbas.

11 Nov. Fulco et Dona de Breutepont.

12 Nov. Gislebertus miles de Autolio; Hatia[6], ejus uxor.

14 Nov. Almaricus de Beauchêne, armiger. — Reginaldus de Eschardain-
J villa, armiger.

15 Nov. Frater Nicholaus, burgensis de Cruce.

17 Nov. Theothardus abbas.

19 Nov. Stephanus de Pintarvilla, rector ecclesiæ de Loco Veris. — Guillelmus de Livarrout. — Rogero de Viteburgo, pro bona custodia decimarum de Alba Via.

K 20 Nov. Hilgotus abbas. — D. Rogerus alias Claudin de Hallenviller, miles.

24 Nov. Johannes de Faipou, miles. — Matildis de Angulo.

25 Nov. Petrus de Douens et Stephana, ejus uxor. — Ricardus de Valdieu. — Albinus de Douens.

29 Nov. Donnus Guillelmus de Aguerncio, abbas de Cruce.

L 3 Dec. Henricus, rex Anglorum[7]. — Domina Johanna, condam uxor domini Guillelmi de Mellento, militis, domini de Cruce, in parte.

[1] *Incertum est ad quem Ebroicensium episcoporum hæc notula referenda sit.*

[2] *Uxor Philippi Audacis, 12 Ian. 1322 mortua.*

[3] *Cod.* domina.

[4] *Fort. Blancha de Ebroicis, Philippi VI uxor.*

[5] *Cod.* tresdescim francos.

[6] *Cod.* Hatius.

[7] *Henricus I, Anglorum rex, 1 Dec. 1135 mortuus.*

4 Dec. Ernulfus abbas. A
7 Dec. Magister Almaricus de Dardeis presbiter.
12 Dec. Gaufridus de Rubeo Monasterio, monachus de Cruce.
13 Dec. Johannes de Medonta, monachus de Cruce.
16 Dec. Nicholaus de Moret, miles, et Agnes, uxor ejus.
17 Dec. Radulfus de Sancto Victore. B
19 Dec. Gilo abbas.
23 Dec. Balduinus episcopus [1]. — Yvo episcopus.
26 Dec. Dominus Stephanus le François, rector ecclesiæ de Fontibus.
27 Dec. Ricardus abbas.
28 Dec. Guillelmus abbas. — Guimundus. C
29 Dec. Magister Mathæus de Crepicordio.
31 Dec. Donnus Guillelmus Rachine, abbas de Cruce.

EX UTICENSIS MONASTERII ANNALIBUS ET NECROLOGIO.

MONITUM.

De Annalibus Uticensibus actum est in novissima Orderici Vitalis ecclesiasticæ historiæ editione [2], cujus ad calcem [3] iidem Annales e duobus codicibus Parisiensibus (lat. 10062 et 11885) prima vice vulgati sunt. Horum annalium recudimus partem quæ ad annos 1226-1328 spectat, insertis nonnullis notis quas ex codice Alencionensi 20, olim Uticensi, descripsimus. Cum autem nonnulli prædictorum Annalium loci compleri et explanari possint Uticensi necrologio, quod circa ann. 1240 exaratum, multisque recentioribus additamentis auctum, servat Bibliotheca Imperialis in jam laudato codice latino 10062, præcipuos hujus necrologii articulos edendos censuimus, uncis includentes ea quæ secunda manu in codice conscripta videntur, omissis notis quæ sæculo XIV exeunte vel XV adjectæ sunt.

I

Ex Annalibus Uticensibus.

1226. Obiit Ludovicus, rex Franciæ; cui successit Ludovicus puer, filius ejus [qui nunc sanctus est [4]]. D

1228. Obiit Gervasius, episcopus Sagii [5]; cui successit Hugo, prior canonicorum.

1229. Proh dolor! Universitas clericorum deseruit Parisius. Obiit Thebaldus, archiepiscopus Rothomagensis; cui successit Mauritius, episcopus Cenomannis. E

[1] *Idem episcopus eadem die in Lirensis monasterii obituario (supra*, p. 475 e) *memoratus est.*
[2] Prælat. p. LXVIII.
[3] Tomo V, p. 139-173.
[4] *Voces uncis inclusæ secunda manu annotatæ sunt.*
[5] *Sepultus est in ecclesia abbatiæ de Silleio, ubi inscriptum est epitaphium quod ipse sibi composuerat, quodque nobis servaverunt auctores Galliæ christianæ* (XI, 693).

Anglia me genuit, nutrivit Gallia, Sanctus
Justus, Thenolium Præmonstratumque dedere
Abbatis nomen, sed mitram Sagia, tumbam
Hic locus. Oretur ut detur spiritus astris.

A 1231. Hoc anno initiatum est fundamentum ecclesiæ Sancti Ebrulfi per fratrem Baldwinum.

1233. Obiit Philippus, comes Boloniæ. Obiit Robertus, comes Drocensis. Obiit Rogerus, abbas Uticensis, cui successit Nicholaus[1].

1235. Obiit Mauricius, Rothomagensis archiepiscopus; cui successit Petrus
B Romanus.

1236. Obiit Ricardus, episcopus Ebroicensis, abbas Becci; cui successit Radulfus, archidiaconus, Cyerrii[2].

1237. Hoc anno consecratus est Petrus Romanus, archiepiscopus Rothomagensis.

C 1239. Multi nobiles arripuerunt iter Jherusalem de Francia.

1240. Obiit Hugo, Sagiensis episcopus; cui successit Gaufridus, canonicus Rothomagensis.

1243. Obiit Gregorius VIII[I] papa; cui successit Innocentius. Obiit Radulfus, episcopus Ebroicensis; cui successit Johannes, decanus[3] Turonensis.

D 1245. Hoc anno Petrus, archiepiscopus Rothomagensis, factus est cardinalis; cui successit Odo, abbas Sancti Dionysii.

1247. Nicholaus, abbas Uticensis, abiit ad ordinem Cartusiæ; cui successit Ricardus de Corjon.

1248. Obiit Odo, archiepiscopus Rothomagensis; cui successit Odo dictus
E Rigaut, de ordine Fratrum Minorum. —Hoc anno, II idus Junii, Ludovicus, rex Francorum, cum exercitu suo, arripuit iter apud Terram Sanctam.

1249. Hoc anno civitas Damieta capta est a christianis, videlicet a Ludovico rege. Et eodem anno captus fuit rex, et frater ejus[4] occisus, cum multitudine christianorum, et reddidit Damietam.

F 1250. Obiit Willelmus de Ponte Archæ, episcopus Lexoviensis; cui successit Fulco Dastin, decanus ejusdem ecclesiæ.

1255. Obiit Johannes de Sancto Ebrulfo, decanus Lexoviensis, qui multa bona nobis fecit[5].

1257. Obiit Gaufridus, Sagiensis episcopus[6]; cui successit Thomas d'Aunou.

G 1258. Natus fuit heres de Sancto Serenico in Nativitate sancti Johannis Baptistæ.

1261. Obiit Alexander papa; cui successit Urbanus.

1262. Obiit Guillelmus miles et dominus de Sancto Serenico.

1264. Obiit Urbanus papa; cui successit Clemens.

H 1265. Hoc anno commisit prælium Symon, comes de Monte Forti, contra Henricum, regem Angliæ, et Ricardum, regem Alemanniæ, et contra eorumdem filios, quos primo in bello cepit; sed ad ultimum, eorum gladiis, (proh dolor!) cum Henrico, ipsius filio, miserabiliter occubuit.

1266. Karolus, comes Andegavis, a papa Clemente rex Siciliæ coronatus,
J contra Mainffridum pugnavit apud Beneventum, ac Dei gratia Pullia, Calabria, Sicilia subjugatæ sunt ei.

1267. Obiit Fulco, Lexoviensis episcopus; cui successit magister Guido de Merula.

1269. Obiit Ricardus de Valle de Courjon, abbas Sancti Ebrulfi; cui suc-
K cessit Nicholaus de Villaribus, prior de Molendinis.

1270. Ludovicus, rex Francorum, iter arripuit ad Terram Sanctam cum multis nobilibus, et inde rediens eodem anno obiit.

[1] *Monachi Uticenses, litteris datis* anno 1233, Sabbato proximo post festum beati Nicholai (10 Dec. 1233), *regi præsentaverunt dominum Nicholaum de Novo Mercato, quem sibi unanimiter elegerant in abbatem.* (Cartulaire normand. p. 64, n. 404.) *Pro* Nicholaum de N. M. *nonnulli legerunt* Michaelem de N. M. *Hoc errore capti sunt auctores Galliæ christianæ* (XI, 824) *recentiusque doctus vir Al. Teulet* (Layettes du Trésor des chartes, II, 257, n. 2259).

[2] *Id est* Radulfus de Cierreyo archidiaconus.

[3] *Suppl.* Sancti Martini.

[4] *Robertus, comes Atrebatensis.*

[5] *Vide infra*, p. 485 j.

[6] *In chronico Gofferni, quod nunc desideratur, hæc de Gaufrido annotata fuerunt:* Anno 1253 (*corrig.* 1257) obiit Gaufridus, Sagiensis episcopus, IV calendas Februarii, cujus corpus jacet ante magnum altare hujus ecclesiæ sub tumulo æneo. *Gall. christ.* XI, 694.

1272. Obiit Henricus, rex Angliæ; cui successit Edwardus, ejus filius. A

1274. Hoc anno dimisit spontaneus frater Nicholaus de Villaribus curam abbatis[1]; cui successit Willelmus de Monte Pincon[2].

1275. Obiit Gregorius X papa; cui successit Innocentius V, qui eodem anno obiit. — Obiit Odo Rigaudus, archiepiscopus Rothomagensis; cui successit magister Guillelmus de Flava Curia tertio anno post. B

1276. In crastino Nativitatis beatæ Mariæ nata fuit filia heredis de Sancto Serenico.

1278. Obiit Thomas de Aunou, Sagiensis episcopus[3]; cui successit magister Johannes de Berneriis, officialis Lexoviensis.

1280. Obiit Nicholaus papa; successit[4] Martinus papa. C

1281. Obiit Philippus de Chaours[5], episcopus Ebroycensis; cui successit Nicholaus de Autolio.

1282. Obiit Willelmus de Monte Pincon, abbas Sancti Ebrulfi; cui successit Gauffridus de Girouart, prior de Altifago[6].

1283. Magister J. Cholet, legatus domini papæ, apud Parisius maximum D
concilium post Assumptionem beatæ Mariæ congregavit. — Ingens tonitruum in die Paschæ[7], circa magnam missam, maxime in episcopatu Sagiensi, homines multos læsit.

[a] 24 Nov. 1284. Obiit Karolus, rex Siciliæ. — In vigilia Sanctæ Katerinæ[a] fuit ventus vehemens, qui plures turres, nemora et arbores prostravit. Tunc cecidit turris E
Sancti Ebrulfi noviter facta.

1285. Obiit Philippus, rex Francorum, apud Narbonam, redeundo de Arragonia; cui successit Philippus, ejus filius. Eodem anno obiit Petrus, infidelis rex Arragoniæ; cui successit Aufulsus. Obiit Guido, Lexoviensis episcopus; cui successit magister Guillelmus de Arneriis[8], cantor ejusdem loci. F

[b] 8 Oct. 1289. In vigilia Beati Dionysii[b] natus fuit Ludovicus, primogenitus Philippi, regis Francorum.

[c] 14 Febr. 1291 (N. S.). 1290. Sexto decimo kalendas Marcii[c], luna duodecima passa fuit eclipsim, terræmotusque accidit in eadem nocte in quibusdam locis.

1291. Æstas multum torrida, et hiems nive et gelu nimis gelida..... — Hoc G
anno fuit a paganis Acra destructa, omnibus interfectis[9].....

1294. Obiit magister Johannes de Berneriis, episcopus Sagiensis; cui successit magister Philippus Boulenjer, prior Sancti Gervasii ejusdem loci. — Obiit Johannes, dominus de Sancto Serenico. — Eodem anno, in pago Oximensi, mense Maii, fuit inundatio aquæ, quæ subito multa mala fecit, vivarios dirupit, terras ara- H
biles et prata subvertit, arbores eradicavit, molendina, pontes et domos prostravit, segetes tempestavit, et per eam multæ gentes et multa animalia perierunt.

1296. Hoc anno tanta fuit inundatio aquarum quod magnus pons et parvus pons Parisius ceciderunt, et pro parte omnes pontes desuper Sequanam corrue-

[1] *Nicolai de Villaribus resignatio regi nuntiata fuit litteris datis* die Sabbati in vigilia apostolorum Simonis et Judæ (27 Oct.) 1274. (Cartul. normand, p. 196, n. 841.)

[2] *Guido, Lexoviensis episcopus, 2 Dec. 1274 regem requisivit quatenus Guillelmum de Monte Pinchonis regalibus monasterii Sancti Ebrulfi dignaretur investire.* (Cartul. normand, p. 197, n. 845.)

[3] *De Thoma hæc legebantur in Chronico Gofferni :* Anno 1278 obiit Thomas de Aunoto, episcopus Sagiensis, 17 Junii, qui multa dedit et multum dilexit nos. *Et in necrologio ejusdem monasterii :* Anno 1278, 17 calendas Julii, obiit bonæ memoriæ dominus Thomas de Alnoto, quondam episcopus Sagiensis, qui habet sepulturam in majori ecclesia hujus cœnobii, videlicet ante majus altare ad introitum chori. (*Gallia christ.* XI, 695.) *Prior et capitulum ecclesiæ Sagiensis 24 Junii 1278 a rege requisierant* licentiam eligendi pastorem in ecclesia Sagiensi, pastoris solatio destituta per mortem Th. bonæ memoriæ quondam episcopi ejusdem ecclesiæ Sagiensis. (Cartul. normand, p. 226, n. 925.)

[4] *Pro* successit, *codex habet* obiit.

[5] Cahors, *non autem* Chaourses, *ut in Gallia christiana.*

[6] *Willelmi mors Gaufridique electio ad annum* 1281 *referendæ sunt. Litteris enim datis* anno 1281, die Jovis post festum Omnium Sanctorum (6 Nov. 1281), *dicitur* vacans *monasterium Sancti Ebrulfi* per mortem bonæ memoriæ Guillelmi de Monte Pincon, quondam abbatis ejusdem. *Exstat et altera charta, data* die Veneris in vigilia Sancti Nicholai hyemalis anno 1281 (5 Dec. 1281), *qua Guido, Lexoviensis episcopus, regi commendat fratrem Gaufridum de Gyroart, novum Sancti Ebrulfi abbatem.* (Cartul. normand, p. 250, n. 978 et 979.)

[7] *Hæc nota fort. ad a. 1284 rejicienda est, cum in Chronico Rotom.* (*supra*, p. 345 a) *legatur* anno 1284, quinto idus Aprilis, videlicet die Paschæ (*id est* 9 Apr.) *fulgur in diversis ecclesiis Rotom. diœcesis cecidisse.*

[8] *Guillelmum ex vico Asneriarum haud procul a Corneliis oriundum fuisse memorant auctores Galliæ christianæ* (XI, 784).

[9] *Sequitur alia annotatio, in qua vix legi possunt voces :* archiepiscopus.... magister R. de Haricuria episcopus Constanciensis..... concilii.....

A runt, excepto ponte Pontis Archæ, et circa Nativitatem Domini hoc venit. Unde versus :

Parisius vere pontes, gens, tecta ruerunt
Undis, milleno, c bis, novies deca, seno.

1298. In hoc anno fuit levatus sanctus Ludovicus, rex Franciæ. Et rebellave-
B runt rex Angliæ et comes Flandriæ contra regem Franciæ, nepotem sancti Ludovici prædicti. Hoc anno obiit Guillelmus de Anieriis bonæ memoriæ, quondam episcopus Lexoviensis; cui successit Johannes[a], de ordine Fratrum Minorum, [a] de Samois.
episcopus tunc de Redonis[1], in Britannia.

1303. Obiit Johannes de Semès, de ordine Fratrum Minorum, episcopus
C Lexoviensis; cui successit Guiardus de Haricuria. Hoc anno dimisit[2] spontaneus frater Gaufridus de Gyrouart; cui successit frater Thomas de Ductu.

1306. Hoc anno fuerunt fugati Judæi de regno Franciæ.

1307. Hoc anno fuit facta pax et firmata inter regem Angliæ et regem Franciæ, et accepit rex Angliæ filiam regis Franciæ in conjugium, et fuerunt factæ nuptiæ
D apud Boloniam supra mare.

1309. Hoc anno obiit Thomas de Ductu, abbas hujus cœnobii; cui successit Nicholaus de Ponte Cardonis.

1313. Hoc anno factum fuit divortium inter Ludovicum et Karolum, filios Philippi, regis Francorum, et uxores suas, ob causam fornicationis. Qui postmo-
E dum successerunt in regnum. (*Ex cod.* 20 *Alencionensi.*)

1314. Hoc anno fuit mortuus Philippus, rex Francorum; cui successit Ludovicus, filius ejus primogenitus, qui accepit in conjugium filiam regis Hungriæ. Eodem anno[b], Enguerrannus de Marrigneyo suspensus fuit, et multa alia mala [b] 1315.
facta fuerunt in regno.

F 1315. Hoc anno dimisit spontaneus frater Nicholaus de Ponte Cardonis curam abbatiæ Sancti Ebrulfi; cui successit frater Radulfus Grente, prior, tunc in Anglia, per inspirationem divinam ab communi omnium electus[3]. Obiit magister Philippus Boulenger, episcopus Sagiensis; cui successit magister Ricardus de Centileio[4], ejusdem loci prior conventus.

G 1316. Hoc anno obiit Ludovicus, Francorum et Navarræ rex; cui successit Philippus, frater ejus. — Hoc anno fuit terræ motus in partibus istis. (*Ex cod. Alenc.* 20.)

1319. Hoc anno obiit magister Ricardus de Centilleio, episcopus Sagiensis; cui successit Guillelmus Malgeri, ejusdem loci cantor[5]. Hoc anno[6], fuit turbatio
H [elementorum] maxima, et multa damna inde evenerunt, et arbores multæ vi ventorum corruerunt, inter quas nemus penè totum abbatis de Diva corruit et magna pars forestæ [de] Calvimunte.

1320. Hoc anno obiit Radulfus Grente, abbas Sancti Ebrulfi[7]; cui successit Ricardus Tiescelin.

J 1321. Leprosi fuerunt combusti in regno Franciæ. — Leprosi fuerunt combusti fere per totum regnum Franciæ, propter potiones quas composuerunt pro interfectione universi populi, et plures eorum fuerunt aterminati[8]. (*Ex cod.* 20 *Alenc.*) — Obiit Philippus, rex Francorum; cui successit Karolus, ejus frater, tunc comes de Marchia.

K 1322. Hoc anno Karolus, rex Francorum, filius Philippi regis, post obitum Philippi regis junioris, fratris ejus, desponsavit sibi uxorem filiam regis Bihaniæ. (*Ex cod.* 20 *Alenc.*)

1323. Hoc anno obiit filia regis Bihaniæ, regina Franciæ. Hoc anno fuit bel-

[1] *Cod.* Renis. *Conf. Gall. Christ.* XIV, 755.

[2] *Supple* abbatiam Sancti Ebrulfi.

[3] *Non anno* 1315, *sed anno* 1316, *cessit Nicolaus electusque fuit Radulfus Grente, nisi erraverint auctores Galliæ christianæ* (XI, 825).

[4] *Sic repræsentandam duximus vocem cujus apices in codice hic et infra vix discerni possunt. Eidem episcopo cognomen* de Lentilly *vel* Sentilly *datum in Gall. christ.* XI, 696.

[5] *In cod. incerta est vox* cantor.

[6] *Dubium est cui anno referenda sit ista annotatio.*

[7] *Auctores Galliæ christianæ* (XI, 825) *memorant Radulfum Grente obiisse* 8 *idus Novembris* 1318.

[8] *Id est* atermoyés. *Vocem* aterminati *in cod. vix legere potuimus.*

lum et jactura magna inter Normannos Francosque et .... [1]; id est transma- A
rinos et citramarinos, et multus sanguis effusus utrinque. (*Ex cod.* 20 *Alenc.*)

1324. Bellum fuit inter reges Franciæ et Angliæ pro terra de Vasconia, et captum fuit a rege Franciæ castrum de la Riole. — Eodem anno obiit [Maria], regina Franciæ, et ejus parvulus filius, quæ erat regis Bihanniæ filia. Post quam
accepit rex Karolus filiam Ludovici, comitis Ebroicensis, quæ ejusdem regis erat B
cognata germana. — Hoc anno damna fecere tonitrua magna. Hoc anno fuit in tempore verno tempestas ventorum, et multæ domus et arbores sævitia ventorum ruerunt. (*Ex cod.* 20 *Alenc.*)

1327. Obiit Karolus, rex Francorum, cui successit filius ejus quidam puer in
cunis, et fuit fere per dimidium annum. Quo mortuo, successit Philippus, cog- C
natus ipsius Karoli germanus, qui fuit regna regens tempore pueri. Hoc anno obiit Gauffridus, episcopus Ebroicensis, cui successit frater J. de Prato, de ordine Fratrum Prædicatorum.

II

Ex Necrologio Uticensi. D

7 Jan. [Magister Theobaldus de Falesia, quondam archidiaconus de Auge[2], qui dedit ad usus pittantiarum viginti libras.]

8 Jan. Robertus episcopus.

11 Jan. Osbernus, abbas Liræ[3]. — [Magister Guillelmus de Pourpencie, condam
decanus Ebroycensis[4].] E

12 Jan. Willelmus Britolii[5]. — [Margarita, comitissa Wintonyæ.]

13 Jan. Domnus abbas Rogerius[6].

14 Jan. [Dominus Johannes de Feritate Fresnel : dedit C solidos redditus super præposituram de Feritate[7]. — Petrus, decanus de Sappo[8].]

15 Jan. Robertus abbas. F

18 Jan. Domnus abbas Radulfus[9].

20 Jan. [Ricardus de Lira.] — Eduualdus, Walterius, abbates.

21 Jan. [Magister Nicholaus de Pereyo : dedit summam quæ vocatur Copiosa.]

23 Jan. Domnus abbas Robertus. — [Domnus abbas Robertus Troarnensis[10].
— Agnes, domina de Sancto Serenico[11].] G

25 Jan. Stephanus, præpositus Mauritaniæ[12].

26 Jan. Lucas, abbas Resbacensis[13].

31 Jan. Waldenus abbas.

1 Febr. Hugo de Portis, miles.

5 Febr. Guillelmus, filius Geroii, fundator hujus cœnobii[14]. H

6 Febr. [Guillelmus Chesnel et Agnes, ejus uxor.....]

7 Febr. [Magister Guillelmus dictus l'Abbe, canonicus Lexoviensis.....]

8 Febr. Willelmus archiepiscopus[15].

9 Febr. [Anniversarium fratris Nicholai de Ductu, nati de Ponte Cardonis, una
cum anniversario patris et matris ejusdem. Et propter hoc dedit nobis Christiana, J
mater dicti Nicholai, de bonis suis, ad opus fabricæ monasterii nostri, C libras turonensium et VIII libras turonensium annui redditus ad unam pittanciam, *etc.*]

11 Febr. Durandus, abbas Troardi[16].

[a] 1306. 12 Febr. [Obiit[a] dominus Gaufridus Carnifex, episcopus Abrincensis, qui nobis

[1] *Locus in codice vacuus.*

[2] *In Lexoviensi ecclesia.*

[3] *Osbernus anno 1177 mortuus.*

[4] *Hoc nomen, in codice semilacerum, videtur fugisse auctores Galliæ christianæ.*

[5] *Sic in codice, singulis hujus nominis elementis expressis.*

[6] *Rogerius, Sancti Ebrulfi abbas, a. 1126 vel 1127 mortuus.*

[7] La Ferté-Fresnel, Orne, arr. Argentan.

[8] Le Sap, Orne, arr. Argentan, c[on] Vimoutiers.

[9] *Radulfus, Sancti Ebrulfi abbas, qui a. 1189 e vivis excessit.*

[10] *Robertus Troarnensi monasterio præfuit ab a. 1221 ad a. 1234 vel circ.*

[11] Saint-Ceneri-le-Gérei, Orne, arr. et c[on] Alençon.

[12] Mortagne, Orne.

[13] *Ejus ætas incerta.*

[14] *Vide indicem novæ Orderici Vitalis edit.* V, 345.

[15] *Guillelmus, Rotomagensis archiepiscopus, anno 1110 mortuus.*

[16] *Durandus I, anno 1088 mortuus.*

A contulit ad usus pittanciarum quater viginti libras, pro faciendo suum anniversarium, ex quibus, cum VI. XX. libris quas nobis dominus Robertus de Haricuria, episcopus Constantiensis, contulerat, empta fuerunt nemora, dono II. C. librarum, ad dictum usum pittanciarum, et postea excambiata fuerunt, tempore abbatis Thomæ, ad viginti libras redditus apud Maheru.]

B 15 Febr. Robertus, præpositus Mauritaniæ.

16 Febr. [Guillelmus, abbas Gemeticensis[1]. — Magister Nicholaus de Aquila...]

18 Febr. [Petronilla, abbatissa Sancti Corentini[2].]

19 Febr. [Gervasius miles de Haya.]

C 20 Febr. Willelmus Britolii, comes[3].

21 Febr. Obiit Hugo de Grentemesnil, comes Leecestriæ, fundator hujus cœnobii, monachus nostræ congregationis. — Petrus, abbas Resbacensis[4].

22 Febr. [Obiit Nicholaus de Ductu, condam abbas hujus cœnobii[5].....]

23 Febr. Gregorius abbas.

D 25 Febr. [Petrus de Bosco, prior de Longa Villa Giffardi.....]

28 Febr. [Magister Ricardus de Ponte Audomari.....]

2 Mart. [Magister Martinus de Sancto Medardo.] — Drogo abbas.

3 Mart. [Nicholaus, condam rector ecclesiæ Sancti Nicholai de Molendinis.]

4 Mart. Emma abbatissa. — [Anniversarium patris et matris magistri Nicholai
E de Domo Maugis.]

6 Mart. Domnus abbas Manerius[6]. — [Magister Raginaldus de Roseria, clericus.]

7 Mart. [Domnus Robertus de Haricuria, quondam episcopus Constantiensis[7], qui nobis dedit sex viginti libras turonensium ad redditus comparandos pro anni-
F versario suo. — Avitia, quondam abbatissa Sancti Corentini[8].]

9 Mart. [Thomas de Walle de Corjon, presbiter. — Laurencius, abbas Resbacensis[9].]

10 Mart. [Dominus Guillelmus dictus Pauper, quondam rector ecclesiæ de Nealfa[10].....]

G 12 Mart. Domnus abbas Ricardus[11] : iste jacet in capitulo.

13 Mart. [Magister Philippus Boulenjer, episcopus Sagiensis[12], qui dedit nobis LX libras.]

14 Mart. [Anniversarium magistri Baldoini de Sancto Ansberto.....]

15 Mart. [Magister Guillelmus de Bucheio: dedit librum qui vocatur Katholi-
H con, et Hystoriæ scolasticæ[13].]

17 Mart. [Adam de Barris, et Agnes, uxor ejus, et Johannes, eorum filius.....] — Durandus abbas Troardensis[14].

18 Mart. [Injorrannus, abbas Resbacensis[15]. — Magister Stephanus de Gonevilla.]

J 20 Mart. [Johannes de Soulengeio. — Johannes, condam abbas Gemeticensis[16].]

21 Mart. [Magister Johannes de Sancto Ebrulfo[17], qui totum corpus bibliæ glosatum nobis contulit, et de bonis suis domui nostræ largissime erogavit.]

24 Mart. Willelmus abbas. — [Robertus miles le Manant.]

26 Mart. Willelmus abbas.

K 27 Mart. Willelmus abbas.

[1] *Mortuus a. 1312.*

[2] *Anno 1315 sedebat.*

[3] *Herefordensis.*

[4] *Petrus anno 1177 Resbacensibus præerat.*

[5] *Cessit anno 1316.*

[6] *Abbatiæ Sancti Ebrulfi anno 1066 præfectus est.*

[7] *Obiit 7 Martii 1315, n. s.*

[8] *Incertum quo tempore præfuerit hæc abbatissa.*

[9] *Aut Laurentius I, a. 1239 electus, aut Laurentius II, qui a. 1281 sedebat.*

[10] *Fort.* Néauphe-sous-Essay, Orne, arr. Alençon, c[on] Séez.

[11] *Ricardus, Sancti Ebrulfi abbas, a 1190 mortuus.*

[12] *Obiit 1 Apr. 1315.*

[13] *Ita in cod.*

[14] *Durandus II qui a. 1180, 1185 et 1190 occurrit.*

[15] *Mendose dictus* Joscerannus *in Gallia christiana* (VIII, 1685), *ubi inserti sunt nonnulli Uticensis necrologii loci, ex apographo quod Claudius Estiennot inter codices mss. monasterii Tironiensis legerat. Hujus Injorranni tempus incertum.*

[16] *Is abbas anno 1292 obiisse dicitur.*

[17] *Decanus Lexoviensis, de quo supra* (p. 481 f), *in Annalibus Uticensibus.*

29 Mart. Vincentius, abbas Gemeticensis[1]. — [Robertus, abbas Liræ[2]. — Obiit A Philippa, condam domina de Gaceyo[3].]

30 Mart. [Dominus Dyonisius Beneiton, quondam episcopus Cenomanensis[4], qui nobis contulit centum libras turonensium.]

1 Apr. Obiit Petronilla, comitissa Leycestriæ, quæ monachos Sancti Ebrulfi diligebat ut filios. — [Obiit Johanna, Francorum et Navarræ regina[5].] B

3 Apr. [Magister Johannes Marescallus, quondam rector ecclesiæ de Yvilla.....]

4 Apr. Ricardus, episcopus Ebroicensis[6].

5 Apr. Robertus comes. — Geroius. — [Anniversarium domini Johannis Giebert......]

6 Apr. Ricardus, rex Angliæ[7]. — Gaufridus, comes Pertici[8]. — [Obiit magis- C ter Baudonus de Aubemarlle, quondam archidiaconus de Algia.]

7 Apr. Goisfredus abbas. — [Lucas de Crutis. — Et Symon de Manlia, quondam prior claustralis.]

8 Apr. [Gillebertus de Sancto Vicentio.]

9 Apr. [Thomas, abbas Sagiensis[9].] D

11 Apr. [Obiit Nicholaus de Caprivilla.]

13 Apr. [Guillelmus Pantoul et Guillelmus de Sancto Serenico, milites.]

15 Apr. Willelmus abbas. — [Obiit Ricardus presbiter de Aquila Villa[10].]

16 Apr. [Dominus Johannes de Berneriis, episcopus Sagiensis[11], qui dedit nobis c libras ad redditus emendos, de quibus habuit elemosinarius tertiam partem et E prior duas partes, pro suo anniversario.]

18 Apr. Willelmus, comes Ebroicensis[12].

19 Apr. Petrus miles de Revile.

20 Apr. Robertus, condam prior Manliæ.

21 Apr. Anselmus archiepiscopus[13]. F

22 Apr. [Philippa, condam domina de Gaceyo. — Pater et mater abbatis Guillelmi[14], et Radulphus, frater ejus, qui fuit de ordine Fratrum Prædicatorum, et Beatrix, soror ejus.]

23 Apr. [Obiit frater Symon de Alenchonio[15], monachus hujus cœnobii, qui dedit nobis sexaginta libras turonensium ad usus pittantiarum pro anniversario ejus, G et fratris Thomæ [de] Ductu[16] faciendo, quas quidem LX libras habuerat de dono executorum magistri G. de Moncellis, pro pœna scripturæ. — Dominus Guido de Haricuria, quondam episcopus Lexoviensis...]

24 Apr. [Johannes de Roseria, miles.] — Gislebertus abbas.

25 Apr. [Galcherus, abbas Resbacensis[17].] H

26 Apr. [Guillelmus, quondam prior Liræ.]

27 Apr. [Johannes, abbas Sagii[18].]

28 Apr. [Odo, abbas Resbacensis[19].]

29 Apr. [Obiit Thomas de Ductu Arcturi, abbas hujus cœnobii[20].]

1 Maii. Willermus de Thesval. — Matildis, regina junior[21]. J

4 Maii. Nicholaus clericus de Corte Har[22].

[1] *Incertum est quo tempore vixerit abbas Vincentius.*

[2] *Fort. Robertus II, qui ab a. 1262 ad a. 1281 præfuit, quemque auctores Galliæ christianæ dicunt notatum fuisse in necrologio [Lirensi] 28 Januarii.*

[3] Gacé, Orne, arr. Argentan.

[4] *Cod.* Cenomonensis. — *In Gallia christiana* (XIV, 405) *legimus dictum Dionysium 3 Martii 1299* (*n. s.*) *obiisse, e necrologio Cenomanensis ecclesiæ; dicti autem necrologii verba, Uticensi necrologio satis bene consonantia, hæc sunt :* Migravit ad Christum tertia die mensis Martii finientis, quæ Dominica fuit, anno Domini M° CC° nonagesimo octavo (*apud D. Piolin*, Hist. de l'Égl. du Mans, IV, 601), *quod intelligendum est, nisi fallimur, de 29 Martii 1299* (*n. s.*), *quæ fuit Quadragesimæ Dominica quarta.*

[5] *Johanna, Philippi Pulchri uxor.*

[6] *Obiit anno 1236.*

[7] *A. 1199 mortuus.*

[8] *Gaufridus III, qui a. 1202 obiit.*

[9] *Anno 1248 laudatus.*

[10] Aigleville, Eure, arr. Évreux, c^on Pacy.

[11] *Obiit 15 Apr. 1294, n. s.*

[12] *A. 1118 mortuus.*

[13] *Anselmus, Cantuariensis archiepiscopus, 21 Maii 1109 mortuus.*

[14] *Guillelmus de Montpincon, a. 1281 mortuus.*

[15] *Is Symon fuit capellanus Gaufridi de Girouart, abbatis Uticensis.*

[16] *Fort.* Th. de Ductu Arturi, *vide infra, 29 Apr.* — *Hodie* Douet-Artus, Orne, c^on la Ferté-Fresnel, c^ne Heugon.

[17] *Aut Galcherus I, qui anno 1239 obiit, aut Galcherus II, cujus nomen in schedis a. 1246 comparet.*

[18] *Fort. Johannes l'Oisel, cujus nomen, omissa temporis nota, retulerunt auctores Galliæ christianæ.*

[19] *Incertum quo tempore præfuerit Odo.*

[20] *Anno 1309 obiit.*

[21] *Uxor Henrici I, Angliæ regis, a. 1118 mortua.*

[22] *Fort.* Haricuria.

A 7 Maii. [Dunnus[a] abbas Guillelmus Gemmeticensis[1]. — Radulfus de Ciseio.] [a] sic.
8 Maii. [Anniversarium magistri Nicholay de Domo Maugis.]
9 Maii. [Domnus abbas Ricardus[2]: non jacet in capitulo, sed in Anglia apud Torneiam.]
10 Maii. Haudvisa, mater Hugonis de Grentemesnil[3].
B 12 Maii. [Guillermus de Tuit, miles, et Agnes, uxor ejus.]
16 Maii. Gislebertus de Aquila.
19 Maii. Johannes episcopus[4]. — Ugo archidiaconus. — [Dominus Gaufridus Frellart, persona Sancti Stephani super Sartam....:]
21 Maii. [Magister Nicolaus de Noa, condam medicus deintus. — Obiit felicis
C memoriæ domnus abbas Ricardus Tyecelin[5], qui redditus emit ad comparandas tunicas de sargia pro conventu annis quibus conventus habet pellicias, et multum nostram ecclesiam decoravit et redditibus ampliavit.]
26 Maii. [Magister Michael de Ductu Arturi.] — Robertus abbas et archiepiscopus[6].
D 27 Maii. Willermus de Sancta Eugenia. — Donnus abbas Osbernus[7]. — Lanfrandus archiepiscopus[8]. — Gondrea.
28 Maii. Donnus abbas Herbertus[9].
30 Maii. [Johannes, abbas Lyræ[10]. — Dyonisia de Solengio.]
31 Maii. Willelmus, comes de Romara[11], [fundator prioratus de Novo Mercato].
E 1 Jun. Robertus, quondam sacerdos de Capella in Vulcasino.
3 Jun. [Hysabellis, regina Angliæ[12].]
4 Jun. [Gaufridus, abbas Lyræ[13].— Anniversarium fratris Nicholai Porchet.....]
5 Jun. Goisfredus, abbas Crolandiæ[14]. — Robertus, comes Mellensium[15]. — [Domnus abbas Philipus de Conchis[16].]
F 7 Jun. [Anniversaria commemoratio magistri Guillermi de Moncellis.]
10 Jun. Robertus, abbas Gemeticensis[17].
12 Jun. [Johannes de Parnis, prior de Anglia.] — Stephanus patriarcha[18].
15 Jun. Heremburga abbatissa.
17 Jun. Robertus de Grentemesnil.
G 20 Jun. [Robertus, decanus Pisciacensis.]
21 Jun. Domnus abbas Garinus[19]. — Petrus, abbas Gemeticensis[20].
25 Jun. [Pater et mater, fratres et sorores Symonis, comitis Leycestriæ, qui in divino servitio obierunt.].
28 Jun. [Rainerius, diaconus de Cise.]
H 30 Jun. Willelmus comes Talevat[21].
1 Jul. Robertus, comes Normanniæ[22]. — [Odo Rigaut, archiepiscopus Rothomagensis[23].]
2 Jul. [Richerius, presbiter de Norun[24]. — Magister Petrus de Aunei.]
5 Jul. [Matildis, abbatissa Sancti Corentini[25].]
I 6 Jul. Henricus, rex Angliæ secundus[26].
11 Jul. [Magister Walterus de Anneforda, quondam rector ecclesiæ de Belegrave[27].]

[1] *Fort. Guillelmus III, qui circa annum 1234 vitæ finem accepit.*
[2] *Ricardus, Sancti Ebrulfi abbas, anno 1140 obiit.*
[3] *Vid. Orderici Vitalis nov. edit.* II, 23, 30, 34, 40, 41 et 42.
[4] *Fort. Johannes, Sagiensis episcopus, anno 1143 mortuus.*
[5] *Ricardus Tyecelin anno 1334 obiit.*
[6] *Robertus, Gemeticensis abbas et Cantuariensis archiepiscopus, tempore Guillelmi, Normanniæ ducis.*
[7] *Osbernus, Sancti Ebrulfi abbas, a. 1066 mortuus.*
[8] *Lanfrancus, Cantuariensis archiepiscopus, 28 Maii 1089 fato functus.*
[9] *Herbertus, Sancti Ebrulfi abbas, a. 1217 obiit.*
[10] *Ab a. 1226 ad a. 1241 vel circ.*
[11] *De eo vid. indicem novissimæ Orderici Vitalis editioni adjectum,* V, 348.
[12] *Uxor regis Johannis, a. 1245 mortua.*
[13] *Gaufridus I, qui anno 1244 in vivis erat.*
[14] *A. 1124 mortuus. Vide Monastici Anglicani noviss. edit.* II, 101, *et Orderici Vitalis Ecclesiasticæ historiæ noviss. edit.* IV, 428.
[15] *Obiit anno 1118.*
[16] *Laudatus in chartis a 1240 et 1242.*
[17] *Anno 1190 mortuus.*
[18] *Hierosolymitanus.*
[19] *Garinus, Sancti Ebrulfi abbas, a. 1137 mortuus.*
[20] *Petrus circa annum 1170 obiit.*
[21] *Guillelmus, cognomine Talvatius, Pontivi et Alencionis comes, a. 1171 mortuus.*
[22] *Robertus I, Normanniæ dux, a. 1035 mortuus.*
[23] *Obiit a. 1275.*
[24] Noron, Calvados, arr. et c^{on} Falaise.
[25] *Hujus abbatissæ ætas incerta est.*
[26] *Anno 1189 obiit.*
[27] Belgrave, Hertfordshire, Angleterre.

14 Jul. Robertus, abbas de Torneia[1]. — [Robertus quondam abbas Sagii[2].] A

16 Jul. [Guillelmus, abbas Sagii[3]. — Obiit frater Johannes de Semesio.....]

17 Jul. Hugo, episcopus Lexoviensis[4]. — [Robertus, quondam abbas Gemmeticensis[5].]

20 Jul. Emmelina de Bosco Maheart.

21 Jul. [Anniversarium Johannis Forestarii de Glocis, et Johannæ, ejus uxoris.] B

23 Jul. Johannes, abbas Resbacensis[6].

24 Jul. Rogerius comes[7].

25 Jul. [Magister Robertus de Thesval, et Johannes de Lineriis, et Margareta, ejus uxor, et Mabilia, eorum filia.]

26 Jul. [Johannes abbas.] C

27 Jul. [Hugo de Mesnillo, miles.] — Hugo, comes Cestriæ.

31 Jul. [Stephanus, abbas Sagiensis[8].]

1 Aug. Domnus abbas Theodericus[9].

2 Aug. [Ægidius de Doncellis, miles. — Galterius de Solengeio.]

4 Aug. [Magister Guillelmus Guesdon.] D

5 Aug. Adelardus abbas.

7 Aug. [Magister Guillebertus de Tybouvilla.]

8 Aug. [Johannes, abbas Sagiensis[10].]

10 Aug. Willelmus abbas.

15 Aug. Robertus de O, miles. E

16 Aug. Juliana de Ductu Arturi.

18 Aug. Rogerius, abbas Gemeticensis[11].

19 Aug. Willelmus abbas.

20 Aug. [Guillelmus, episcopus Lexoviensis[12].]

22 Aug. [Ansericus, abbas Resbacensis[13].]—Hugo abbas[14].— Guillermus miles de Feritate. F

24 Aug. [Guillelmus de Arneriis, episcopus Lexoviensis[15].] — Riche[r]ius de Aquila.

25 Aug. [Karolus de Valoys, comes de Alenchonio[16].—Gervasius, dominus de Sancto Serenico, miles.] G

26 Aug. Donnus abbas Rogerus [de Salmonvilla[17].]

27 Aug. Gislebertus, Ebroicensis episcopus[18].

28 Aug. [Nicholaus de Villaribus, quondam abbas[19].]

30 Aug. Andreas, abbas Troardensis[20].

31 Aug. Robertus, comes Legrecestriæ, peregrinus Jerosolimis. H

1 Sept. [Dominus Baldricus miles, et ejus uxor.]

2 Sept. [Gislebertus, abbas Liræ[21].]

6 Sept. [Alexander, de ordine Prædicatorum.]

8 Sept. [Guillelmus, rex Anglorum[22]. — Odo abbas. — Rogerus, decanus de Sappo.] J

10 Sept. Radulfus, episcopus Lexoviensis[23].

11 Sept. Matildis imperatrix[24].

12 Sept. Nicholaus de Val de Corjon. — Willelmus de Romara.

[1] *Robertus monasterio Torneiensi* (Thorney, Cambridgeshire) *ab a. 1113 ad a. 1151 præfuit.*

[2] *Robertus a. 1235 laudatus.*

[3] *Fort. Guillelmus II, qui circ. a. 1234 obiit.*

[4] *Hugo anno 1077 mortuus est.*

[5] *Robertus a. 1281 Gemmeticensi monasterio præerat.*

[6] *Fort. Johannes I, qui a. 1216 et 1222 sedebat.*

[7] *Fort. Rogerius de Monte Gomerici, Scrobesburiensis comes, a. 1094 mortuus.*

[8] *Incertum quo tempore præfuerit abbas Stephanus.*

[9] *Theodericus, Sancti Ebrulfi abbas, a. 1058 obiit.*

[10] *Johannes Saintier, cujus obitum monachi Sancti Martini Sagiensis, litteris 20 Sept. 1268 datis, regi denuntiaverunt.* (Cartul. normand, p. 162, n. 729.)

[11] *Anno 1178 obiit.*

[12] *Fort. Guillelmus de Ponte Archæ, qui a. 1250 cessit.*

[13] *Ansericus a. 1269 mortuus.*

[14] Troarnensis, *ut conjicimus, licet hoc nomen desideretur in Troarnensium abbatum catalogo quem ediderunt auctores Galliæ christianæ.*

[15] *Obiit a. 1298.*

[16] *Anno 1325 obiit*

[17] *Rogerus, Sancti Ebrulfi abbas, a. 1233 mortuus.*

[18] *A. 1112 mortuus.*

[19] *Is abbas Sancti Ebrulfi a. 1274 cessit.*

[20] *Anno 1147 obiit.*

[21] *Gislebertus vel Gilbertus de Glotis, qui sæculo XII ineunte vivebat, mendose in Gallia christiana dicitur* fato functus 1 Sept. ex necrologio Uticensi.

[22] *A. 1087 obiit.*

[23] *Diem postremum obiit a. 1191 vel 1192.*

[24] *A. 1167 mortua.*

A 14 Sept. [Johannes de Bernières.] — Agnes, filia Hugonis de Grentemesnil.

15 Sept. [Guillelmus, abbas Gemeticensis[1].]

16 Sept. [Donnus abbas Nicolaus hujus cœnobii, postea monachus de Valle Dei[2].]

20 Sept. Willelmus, abbas Liræ[3]. — Robertus de Bauquenzay presbiter.

B 21 Sept. [Magister Robertus, rector condam ecclesiæ de Niz.]

22 Sept. Osbernus, abbas Becci[4].

23 Sept. Lisiardus, episcopus Sagiensis[5]. — [Guillelmus de O.]

24 Sept. [Donnus abbas Gausfredus, condam abbas hujus cœnobii[6].]

25 Sept. [Mathæus, condam abbas Sancti Dionisii[7].]

C 26 Sept. [Johannes de Merula, monachus. — Petrus Bailart, de Manlia, clericus.]

28 Sept. [Gilebertus de Haya, abbas Lyræ[8]. — Johannes, cantor Mauritaniæ.]

29 Sept. Agnes, soror Hugonis de Grentemesnil.

30 Sept. [Anniversarium domini Philipi[9], regis Franciæ, et Ysabellis, uxoris
D ejus.]

2 Oct. [Johannes de Verbria.]

3 Oct. Willelmus Monsterioli. — Hugo, abbas Sagii[10].

4 Oct. Agnes de Ferrariis. — Jordanus, dominus Alti Fagi. — Adeliza de Super Diva.

E 6 Oct. Mater Willelmi Britolii Adeliza.

7 Oct. [Magister Guillelmus de Cruptis et Ysabellis, mater ejus.]

8 Oct. [Obitus domini Ricardi abbatis de Valle de Corjon[11].]

9 Oct. Robertus, prior de Noione. — [Mabilia, mater magistri Guillermi le Cornu.] — Ricardus, abbas de Cruce[12].

F 10 Oct. Radulphus de Blavia. — [Anniversarium domini Amaurrici de Feritate, militis.]

11 Oct. Nicholaus de Presbiterivilla, sacerdos. — [Ricardus, condam abbas Gemeticensis[13].]

12 Oct. Domnus abbas Raginaldus[14] : non jacet in capitulo, sed apud Parnas.

G 13 Oct. Radulfus de Conchis.

14 Oct. Magister Nicholaus de Ria. — [Mabilia del Plesseiz.]

15 Oct. [Heuduerdus de Paceio.]

19 Oct. Domnus abbas Radulfus. — [Ysabellis la Chartaine.]

20 Oct. Joscelinus, abbas Resbacensis[15]. — Rodulfus, archiepiscopus Can-
H tuariæ[16].

21 Oct. Robertus tercius comes Legrecestriæ. — Matildis de Sancto Serenico.

22 Oct. [Anniversarium Johannis de Girouart et Aaliciæ, ejus uxoris, ratione cujus abbas Gauffridus[17], eorum filius, concessit conventui portare per claustrum aumutias.]

J 24 Oct. [Robertus de Bauquencai, miles.]

25 Oct. [Rogerus capellanus quondam rector ecclesiæ de Swithelunde.] — Alexander, abbas Gemeticensis[18]. — Ivo miles.

26 Oct. [Ægidius de Garnenvilla, clericus.] — Ursus, abbas Gemeticensis[19]. — [Aubertus Liræ.]

[1] *Aut Guillelmus III aut Guillelmus IV; uterque tempore sancti Ludovici præfuit.*

[2] *Nicolaus Sancti Ebrulfi abbatiam a. 1247 reliquit.*

[3] *Guillelmus I, successor Gisleberti, de quo supra, die 2 Sept.*

[4] *A. 1187 extinctus.*

[5] *Obiit a. 1201.*

[6] *Anno 1218 obiit.*

[7] *Mathæus de Vindocino, qui die 25 Sept. anno 1286 mortuus est.*

[8] *Gilebertus abbatiam rexit tempore sancti Ludovici, annis 1248-1263, vel circ. Vide supra*, p. 470 not.

[9] *Philippus Audax.*

[10] *Hugo II, anno 1210 laudatus.*

[11] *Ricardus, Sancti Ebrulfi abbas, a. 1269 obiit.*

[12] *Cod.* abbas Cruce. — *Fort. Ricardus I, qui Crucis Sancti Leufredi abbatiam a. 1199 adeptus est.*

[13] *Ricardus abbas anno 1265.*

[14] *Raginaldus, abbas Sancti Ebrulfi, a. 1214 mortuus.*

[15] *Anno 1205 abdicavit.*

[16] *Anno 1122 mortuus.*

[17] *Gaufridus de Girouart, Sancti Ebrulfi abbas, a. 1303 cessit.*

[18] *Alexander vinculis carnis absolutus est mense Maio anni 1213.* (Gall. christ. XI, 964.) *Ejus anniversarium similiter diei 25 octobris in Gemmeticensi obituario (supra,* p. 422 a) *adscriptum est.*

[19] *Ursus a. 1127 mortuus.*

27 Oct. Donnus Sello, abbas et episcopus Sagiensis[1]. — [Guillelmus de Sancto A
Serenico, miles.]

29 Oct. Mazelina de Sagio.

30 Oct. Eustachia de Manlia. — Rogerius, abbas Gemeticensis[2].

1 Nov. Thomas, presbiter de Norum, et Sanson, sacerdos de Parvo Sancto
Ebrulfo. B

3 Nov. Matildis regina[3].

5 Nov. Mathæus, quondam sacerdos de Parnis. — [Donnus abbas Guillermus de Monte Pinchon[4].]

6 Nov. [Domnus abbas Radulfus Grente[5], qui dedit ciphos de argento, cum
quibus potatur in conventu.] C

7 Nov. [Anniversaria commemoratio magistri Nicholai de Caprivilla. — Anniversarium domini Guillelmi le Cornu, condam rectoris de Griauvilla.]

8 Nov. [Magister Laurencius de Alneio, qui dedit abbati et conventui trecentas libras et sexaginta et amplius.]

11 Nov. [Martinus de Tornai, Matildis, mater ejus, et Goleta, uxor ejus.] D

12 Nov. [Johannes de Campo Haol.]

14 Nov. [Magister Angerus et Rogerius, avunculus ejus. — Ricardus Heraut, presbiter. — Robertus Oculus Luppi, rector ecclesiæ de Merula Radulfi[6].]

18 Nov. [Johannes le Gay, Johanna, ejus uxor, et Symon, eorum filius.]

19 Nov. [Hugo, abbas Resbacensis[7].] — Joscelinus episcopus Saleberiensis[8]. E
— Ricardus, episcopus Constanciensis[9]. — [Herloinus miles.]

20 Nov. Walterius, archiepiscopus Rothomagensis[10]. — [Obiit magister Guillelmus de Moncellis.]

21 Nov. Geroldus abbas.

22 Nov. [Obiit Silvester de Belfay....., et Johannes presbiter de Guineauvile, F
et Belotus le Desguisé.]

24 Nov. Rogerius, dominus Manliæ.

26 Nov. Guntardus, abbas Gemeticensis[11]. — Goisfredus, archiepiscopus Rothomagensis[12].

30 Nov. [Dominus Ricardus de Hauricuria, condam magnus decanus Lexo- G
viensis[13], una cum Johanne, fratre suo.]

2 Dec. Henricus, rex Angliæ[14].

3 Dec. Arnulfus, abbas Troardensis[15].

8 Dec. Jordanus, episcopus Lexoviensis[16]. — [Magister Raginaldus, avunculus
magistri Guillermi le Cornu, et magister Gauffridus, ejus nepos.] H

10 Dec. [Anniversarium Ricardi de Ductu.]

11 Dec. Domnus abbas Robertus, fundator hujus cœnobii[17].

13 Dec. [Nicholaus, abbas Resbacensis[18].]

15 Dec. Radulphus clericus de Thesval. — Gaufridus Campion, miles.

19 Dec. Robertus miles. — [Dominus Johannes de Hauricuria, miles.] J

20 Dec. [Robert de Ductu Arturi presbiter.]

21 Dec. [Magister Guillelmus le Cornu, qui dedit nobis sex libras redditus ad usus pittantiarum, necnon etiam libros suos legis, et multa alia bona nobis fecit et dedit in testamento suo.]

[1] *Serlo, Sancti Ebrulfi abbas, qui a. 1091 episcopus Sagiensis renuntiatus est.*

[2] *Rogerius II anno 1191 mortuus.*

[3] *Uxor Guillelmi Conquæstoris, a. 1083 mortua.*

[4] *Guillelmus, Sancti Ebrulfi abbas, a. 1281 mortuus. Vide supra*, pag. 482, not. 6.

[5] *Radulfus, Sancti Ebrulfi abbas, ab a. 1316 ad a. 1318.*

[6] Le Merlerault, Orne, arr. Argentan.

[7] *Hanc notam ad Hugonem de Maignac, a. 1390 et sequentibus abbatem, spectare conjecerunt auctores Galliæ christianæ; eam autem adscribendam esse censemus alteri (si quis sit) ejusdem nominis abbati qui sæculo* XIV *ineunte Resbacense monasterium administraverit.*

[8] *Ab a. 1142 ad a. 1184. Vid. Monasticon Anglic.* VI, 1292.

[9] *Ricardus de Bohon, a. 1178 vel 1179 extinctus.*

[10] *Walterus de Constanciis, qui a. 1207 obiit.*

[11] *Guntardus a. 1095 mortuus.*

[12] *E vita migravit a. 1128.*

[13] *Non memoratus in serie decanorum Lexoviensium quam ediderunt auctores Galliæ christianæ* (XI, 809).

[14] *Henricus I, a. 1135 mortuus.*

[15] *A. 1112 obiit.*

[16] *A. 1218 fato functus.*

[17] *Robertus de Grentemesnil, abbas Sancti Ebrulfi, anno 1059, postea Sanctæ Euphemiæ.*

[18] *Hujus Nicolai ætas incerta.*

A 22 Dec. Willelmus miles. — [Johannes de Manlia, presbiter.]
23 Dec. Godefridus, abbas Gemeticensis[1].
25 Dec. [Jacobus, condam rector ecclesiæ de Lovegneio.] — Berengerius, abbas et episcopus[2].
26 Dec. [Hilderius, abbas Liræ[3].] — Ricardus miles. — [Dominus Raginal-
B dus le Charon; dedit ad opus pittantiarum C marcas stellingorum]
27 Dec. Willelmus, abbas Sanctæ Eufemiæ[4]. — Helvisa, comitissa Ebroicensis[5].
28 Dec. [Robertus de Pilardentona[6].]
29 Dec. [Anniversarium Margaretæ, neptis J.[7] Lexoviensis decani.]

EX CHRONICO SANCTI STEPHANI CADOMENSIS.

MONITUM.

Tabulæ Paschali, in monasterio Sancti Stephani Cadomensis confectæ, nunc in bibliotheca Vaticana inter codices reginæ Sueciæ (n. 703, olim 175, fol. 41-56) asservatæ, variis manibus adjectæ sunt nonnullæ notæ historicæ, quarum novissima ad annum 1336 spectat. Hujus parvi chronici, cujus majorem partem publici juris fecit Andreas Duchesne (*Hist. Norm. Script.* 1015-1021), fragmenta non spernenda in præcedentibus tomis (XI, 379; XII, 779; XVIII, 348) edita sunt. Quæ ad a. 1227-1326 pertinent ea in lucem proferimus, tum ex priori editione, tum ex autographo codice, quem Romæ anno 1861 descripsit Henricus de L'Épinois, olim scholæ chartarum alumnus.

De hoc chronico actum est in libro cui titulus *Histoire littéraire de la France*, XXI, 767.

M.CC.XXVII. Hoc anno obiit Honorius III papa. — Eodem anno venditus est sex-
C tarius ordei X solidis cenomannensium, et sextarius frumenti XIII solidis. — Hoc anno translatum est caput sanctæ Barbaræ, martyris, in suam propriam ecclesiam in Normanniam, in episcopatu Lexoviensi[8].

M.CC.XXXV. Fuit fames valida in Normania. Pro uno sextario ordei XVII solidi cenomanensium, mense Julio.

D M.CC.XXXVIII. Hoc anno obiit dominus Odo, abbas hujus monasterii, III kalendas Aprilis[a], qui rexit hanc ecclesiam XXIIII annis valde utiliter. [a] 30 Mart. 1238.

M.CC.XLI. Hoc anno, mense Septembris, in crastino festi sancti Mauricii[b], fuit [b] 23 Sept. 1241.
terræ motus apud nos, ita quod ædificia lapidea et magni lapides jacentes super terram videbantur moveri.

E M.CC.XLIIII. Hoc anno, VI kalendas Octobris[c], fuit ventus vehemens, ita ut ar- [c] 26 Sept. 1244.

[1] *Godefridus a. 1045 vivebat.*
[2] *Berengerius, abbas postea episcopus Venusiensis in Italia. Vid. indicem novæ Orderici Vitalis edit.* V, 276.
[3] *Occurrit a. 1142 et 1145.*
[4] *De Guillelmo, filio Unfredi, Sanctæ Euphemiæ abbate, vid. Orderici Vitalis historiam, innov. edit.* II, 111, et III, 287.
[5] *A. 1114 mortua.*
[6] Pillerton, Warwickshire, Angleterre.
[7] *Johannes de Sancto Ebrulfo. Vid. supra*, p. 485 j.
[8] *De reliquiis beatæ Barbaræ, in ecclesia Sanctæ Barbaræ* (Sainte-Barbe en Auge, Calvados, ar. Lisieux, c[on] Mézidon, c[ne] Ecajeul), *asservatis, vid.* Neustriam piam, p. 716.

bores ad terram prosterneret, domos discooperiret, durans ab aurora diei illius A
usque ad horam nonam. — Hoc anno venit Innocentius IV apud Ludunum
super Rodanum, [ubi] commoratus est propter guerram quam vertebat adversus
eum Fredericus tunc imperator, anno videlicet pontificatus sui secundo.

M.CC.XLVI. Hoc anno, videlicet M°CC°XL°VI°, fuit ventus vehemens mortalibus
maximum timorem incutiens, durans a prima hora noctis usque ad mediam noc- B
[a] 11 Jan. 1247. tem, III idus Januarii [a].

M.CC.XLVIII. Hoc anno Ludovicus, rex Franciæ, volens ire Jerusalem, exivit
Parisius post festum sancti Johannis Baptistæ, et ivit apud *Aiguemo[r]te*, ubi in-
travit mare et applicuit Cyprum.

M.CC.XLIX. Hoc anno capta est civitas Damietæ a Ludovico, rege Francorum, C
post octavas Pentecostes.

M.CC.L. Hoc anno, peccatis nostris exigentibus, heu, proh dolor! captus est[1]....

M.CC.LIX. Hoc anno mortuus est Adam, abbas hujus monasterii, qui rexit hanc
ecclesiam XVI annis[2]. — Hoc anno, obiit dominus Guido, episcopus Baiocensis,
[b] 27 Febr. 1260. IIII kalendas Martii [b]. D

M.CC.LX. Hoc anno recepit Nicholaus Becache[3] abbas XXX monachos, anno Do-
mini M CC LX°.

[c] 26 Febr. 1262. M.CC.LXI. Hoc anno, IIII kalendas Martii [c], fuerunt tonitrua audita apud nos et
ventus vehemens incepit eodem die, durans ab hora nona usque ad horam pri-
mam diei sequentis. E

M.CC.LXII. Hoc anno fuit mors valida in Normannia.

M.CC.LXIII. Hoc anno obiit Ricardus de Condé, prior hujus monasterii, XV ka-
[d] 17 Jun. 1263. lendas Julii [d]. Anima ejus requiescat in pace. Amen. — Hoc anno fuit ventus ve-
hemens, durans ab hocasu solis usque ad mediam noctem, et deviavit turres et
domos et naves in mari, et alia multa mala fecit. F

M.CC.LXIIII[4]. Hoc anno obiit Nicholaus, abbas hujus monasterii, qui rexit hanc
[e] 11 Jun. 1264. ecclesiam V annis, et obiit III idus Junii [e].

M.CC.LXV. Hoc anno perdidit visionem Johanna Roroosidem.

M.CC.LXVII. Hoc anno fuit Philipus, filius Ludovici regis Franciæ, cruce signa-
tus et apud Parisius armis militaribus noviter insignitus, in die sancto Pente- G
[f] 5 Jun. 1267. costes [f], et tanta læticia Parisius utriusque populi facta est quanta antea audita
non fuerat neque visa.

[g] 21 Jul. 1269. M.CC.LXVIIII. Anno Domini M° CC° LX° IX°, XII° kalendas Augusti [g] convenerunt
apud Cadomum Radulfus, Albanensis episcopus, apostolicæ sedis legatus, et Lu-
dovicus, rex Franciæ, cum tribus filiis suis, videlicet Philipo, Petro et Johanne, H
qui et triduum ibi commorantes quarto die recesserunt. — Eodem anno, XVIII[5]
[h] 16 Mart. 1270. kalendas Aprilis [h], arripuerunt iter crucis.

M.CC.LXXV. Perrexit rex Franchiæ in Ispainiam[6].

M.CC.LXXVIII. Hoc anno fuit mors valida in Normannia et in multis partibus.

M.CC.LXXXIIII. Hoc anno fuit ventus validus ita quod ædificia et monasteria co[r]- J
ruerint.

M.CC.XC. Hoc anno fuit terræ motus de nocte, ante diem parva mora, ita quod
omnes dormientes percipere potuerunt.

[i] Sic. Anno ab Incarnatione Domini M.CC nonagesimo tercio, orta est in mare [i] contro-
versia mangna inter navigantes regni Franciæ et remigantes[7] regni Angliæ, causa K
levissima præcedente, factis mangnis occisionibus et troncationibus hinc et inde.
Quadam die, occurrerunt sibi invicem, et, ostenso signo pacis a parte Anglorum,
fraudulenter cum mangno impetu super Normannos irruerunt. Normanni vero,
timore perterriti, timentes ne pars aversariorum prævaleret, naves cum omnibus
quæ ferebant sine læsione aliqua in Anglorum manibus relinquerunt. His auditis L

[1] *Cætera deleta.*
[2] *Apud Andream Du Chesne, obitus Adami abbatis anno 1260 adscriptus est.*
[3] *Hunc abbatem* Nicolaum Bechage *vocant auctores* Galliæ christianæ (XI, 425).
[4] *Edit.* MCCLXV.
[5] *Fort. corrig.* XVII.
[6] *Hanc notam ad annum 1285 referendam esse conjicimus.*
[7] *Cod.* remigentes.

A et diligenter examinatis ab excellentissimo principe Philipo, rege Francorum, humiliter suplicavit regi Anglorum ut bona omnia restitui faceret quæ subditi sui in dampnum[1] regni sui turpiter fraudaverunt. Idem vero rex Anglicus, iniquitate repletus, licet suficienter, prout moris est, esset monitus, bona reddere totaliter denegavit, et obedienciam domino suo regi Franciæ præstare ausu teme-
B rario recusavit. Acto igitur consilio cum comitibus et baronibus suis, rex Francicus totam terram quam habebat in regno suo propter ipsius inobedienciam severiter occupavit, et illam sibi et regno suo celeriter subjugavit, memor illius verbi dicentis : « Quem Dei timor a malo retardare non facit, saltem debet eum « cohercere severitas regiæ potestatis. »

C M.CC.XCIIII. Hoc anno resignavit Cœlestinus papa sedi apostolicæ.

M.CC.XCVIII. Hoc anno multi fame perierunt, nam unus sextarius frumenti vendebatur LX solidis turonensium, et unus sextarius ordei XL solidis turonensium.

M.CCC.XVII. Hoc anno inducti fuerunt monachi futuri Haimo de Guerone, cum sociis suis, pridie idus Aprilis[a]. — [a] 12 Apr. 1317.

D M.CCC.XXI. Hoc anno, circa Purificationem[b], fuit nix maxima super terram. — [b] 2 Febr. 1322.
Eodem anno facta fuit destructio leprosorum, et iterum fuit nix maxima ante mediam Kadragesimam[c], et postea fuit habundancia aquæ, et eodem anno incepit regnare Charolus rex. — [c] Ante 14 Mart. 1322.

M.CCC.XXVI. Hoc anno fuit tanta siccitas in partibus istis quod eciam fontes
E siccaverunt.

POLYPTYCHUM DIŒCESIS CONSTANTIENSIS.

MONITUM.

Ex inquisitione quam Joannes de Esseyo, Constantiensis episcopus, super patronatibus ecclesiarum anno 1251 fieri curavit, necnon e regestis collectorum decimæ quæ annis 1278 et 1279 ad opus Terræ Sanctæ percepta est[2], compilatum fuit vetus Constantiensis diœcesis polyptychum, in quo continentur : 1° nomina dominorum et prælatorum ad quos in singulis parochiis spectabat jus præsentandi rectoris necnon colligendarum decimarum; 2° valor omnium beneficiorum. Duo hujus polyptychi exemplaria nobis innotuere : unum in codice membranaceo, dicto *Libro Nigro capituli Constantiensis*, nunc deperdito[3], cujus præcipuas partes anno 1816 vel circa descripserunt cl. v. Carolus de Gerville et Ludovicus du Mesnildot[4]; alterum, in codice

[1] *Cod.* daugnum.

[2] Vid. supra, tomo XXI, p. 524 c.

[3] In Libro Nigro capituli Constantiensis inter cætera continebantur :

1° Historia fundationis ecclesiæ Constantiensis, sive Gesta Gaufridi episcopi; edita *Galliæ christianæ* tomo XI, instr. col. 217, et supra, tomo XIV, p. 76.

2° Liber de miraculis ecclesiæ Constantiensis, cujus apographum, manu Arturi Dumoustier descriptum, nobis exhibet codex latinus 10051; conf. *Bibliothèque de l'École des chartes*, 2e série, IV, 339.

3° Catalogus episcoporum Constantiensium.

4° (Fol. 37-72) Polyptychum Constantiense.

5° Index procurationum cardinalibus a sede apostolica legatis debitarum.

6° Tria instrumenta spectantia ad controversias quæ motæ fuerunt inter Odonem, Rotomagensem archiepiscopum, ejusque suffraganeos.

7° Regulæ sancti Benedicti et sancti Augustini.

8° Consuetudo Normanniæ.

9° (Fol. 114-142) Regestum feudorum Normanniæ tempore Philippi Augusti confectum.

Librum Nigrum non semel laudavit Renatus Toustain de Billy in Hist. ecclesiastica diœc. Constantiensis (Bibl. Imp. Nouv. acq. franç. n. 154-157). Vide et Caroli de Gerville testimonium (*Mémoires de la Société des antiquaires de Normandie*, 2e série, II, 161, not.).

[4] Utriusque apographum nobis humanissime communicavit Franciscus Dolbet, olim scholæ chartarum alumnus.

membranaceo, dicto *Libro Nigro episcopatus Constantiensis*, quem retinet Constantiensis episcopatus tabularium[1] quemque ejusdem tabularii custos P. A. Le Cardonnel, jubente rev. dom. Jo. Petro Bravard, Constantiensi episcopo, nobis transmittendum curavit. In utroque ecclesia de Quenevilla (nunc *Carneville*) traditur empta ab episcopo Roberto, qui ab anno 1291 ad annum 1315 sedem tenuit; in utroque etiam memorata est « portio ecclesiæ de Perceyo quam tenebat Guillelmus anno « Domini M° CCC° XVI°. » Vetus igitur Constantiense polyptychum, licet in plerisque locis ætatem sancti Ludovici vel saltem Philippi Audacis redoleat, non ante annum 1316 formam induit quam nobis exhibent codices. Imo in secundo codice eadem manu notatum est ecclesiam de Bellosa anno M CCC XLIX, ingruente pestilentia, fratri cuidam Henrico collatam fuisse.

Alterius Constantiensis polyptychi, inter annos 1332 et 1336 confecti, habemus duo exempla, sæculo XIV exeunte exarata, prius in tabularii Constantiensis Libro Albo, posterius in codice Parisiensi latino 5200, olim domini de Cangé[2]. Nonnullas veteris polyptychi clausulas ad fidem recentioris emendare potuimus.

Novissima locorum nomina in notis adjecta sunt, præcipue ex libellis qui ab anno 1770 ad annum 1777 prodierunt sub hoc titulo : *Almanachs historiques, ecclésiastiques et politiques du diocèse de Coutances.*

Registrum confectum super patronatibus ecclesiarum totius dyocesis Constan- A
tiensis, per inquisitionem factam coram venerabili patre Johanne, Constantiensi episcopo, anno Domini M°CC°L° primo, per personas et rectores ecclesiarum juratos, et super valore earumdem secundum collectores decimæ quinti anni et sexti, anno Domini M°.CC°.LXX° octavo et nono.

[ARCHIDIACONATUS CONSTANTIENSIS.] B

DECANATUS CONSTANTIENSIS.

Ecclesia de Sauceio[3] Patronus, prior de Sancta Barbara. Persona, Ricardus Sauton. Et sciendum quod nichil ibi percipit dictus prior, sed Johannes de Salceio percipit duas garbas in feodo suo regalitatis, persona residuum. Et valet C libras. C

Ecclesia de Orreval. Patronus, abbas Exaquii[4]. Et percipit ibi prior quatuor partes decimarum frugum, et medietatem lini et canabi[5], et duas partes fructuum pomorum. Et convertunt ibi in proprios usus dicti abbas et prior XL[a] quarteria ordei quæ solebant distribui pauperibus per tres dies in septimana, et solebat pulsari campana ad pauperes convocandos ad elemosinam. Et valet II.C. et X libras. D
Persona ejusdem loci XLIII libras.

[1] Is codex, qui diu fuit penes D. Piton-Desprez, constat 66 foliis. Ibi continentur :
1° Polyptychum.
2° (p. 93-100) Sex instrumenta ad Domum Dei Constantiensem pertinentia.
3° (p. 181) Compositio inter episcopum et capitulum Constantiense, edita *Galliæ christianæ* tomo XI, instr. col. 263.
4° (p. 114) Tres Bonifacii papæ VIII litteræ de juribus archidiaconorum Constantiensis, Constantini et Vallis Viriæ.

[2] Nonnulli hujus polyptychi loci a Benedictinis in Cangiano glossario adhibiti sunt.

[3] Saussey, Orval, Briqueville-la-Blouette, Heugueville, Tourville, Agon, Saint-Malo-de-la-Lande, Boisroger, Linverville, Gouville, Montcarville, Anneville, Montsurvent, Muneville-le-Bingard, La Ronde-Haye, Ancteville, Servigny, la Vandelée, Gratot, Homméel, Brainville, Monthuchon, Cambernon, Courcy, Nicorps.

[4] *Cod. Const.* Exac. *adjecta compendii nota. Sæpius in eodem codice, pro voce* Exaquii *occurrit vox* Exaqui.

[5] *Codex Const.* canobi *hic et infra.*

A Ecclesia de Briquevilla. Patroni, prior de Bloeteria pro parte regis, dominus
Johannes de Salceio pro parte comitis. Et valet XXVI libras pro persona; item XIIII
pro vicario.

Ecclesia de Heuguevilla. Patronus, capitulum Constantiense, et percipit omnes
majores decimas; vicarius, omnia alia. Et valet pro vicario XVI libras.

B Ecclesia de Torvilla. Patronus, abbas de Lucerna, et deservit ibi per canonicos
suos, et percipiunt omnia.

Ecclesia de Agon. Patroni, prior Sancti Laudi Rothomagensis et septem cano-
nici Constantiensis ecclesiæ, et præsentant alternis vicibus. Et percipiunt ibi dicti
canonici Rothomagenses et Constantienses omnes decimas frugum, lini et canabi
C in territorio quod dicitur de Agon. Et valet IIII.XX.X libras. Et canonici Abrin-
censes XXX libras[1]. Prior Sancti Laudi Rothomagensis, XXXIX libras.

Ecclesia Sancti Macuti de Landa. Patronus, prior Sancti Nicholai. Percipit rector
omnia; inde reddit priori unam libram ceræ, et petit[2] XXX solidos turonensium,
quod dictus rector reddere contradicit. Et valet XLV libras. Canonici Abrincenses,
D XX libras.

Ecclesia Sancti Nicholai de Bosco Rogeri. Patronus, prior Sancti Nicholai. Rec-
tor, Rogerus de Breceio, percipit tertiam garbam et medietatem altalagii; prior
percipit duas, et alteram medietatem altalagii. Et valet presbitero XVII libras. Prior
ejusdem loci, XL libras, et apud le Hommeel XL libras.

E Ecclesia de Livervilla. Patronus, heres Jordani Louvel, militis. Nicholaus de
Saé, persona, percipit omnia, et valet LXXIII libras.

Ecclesia de Gouvilla. Patronus, abbas de Savigneio pro medietate, et percipit
duas garbas. Rector, Nicholaus de Septem Fratribus, percipit tertiam garbam
illius portionis, et totum altalagium, excepta medietate lini et canabi et lanæ et
F piscium et aliorum animalium decimabilium; quam medietatem percipit magister
Andreas cum omnibus aliis decimis ejusdem medietatis, cum præsentatione do-
mini Gaufridi de Monte Forti, militis, patroni alterius medietatis, licet non tenea-
tur officiare ecclesiam, ut dicitur. Et valet XXXVII libras. Item pro vicario XXX libras
et V solidos.

G Ecclesia de Moncarvilla. Patronus, dominus Guerardus de Gratot. Rector, Ri-
cardus de Gratot, percipit omnia, et valet XL libras.

Ecclesia de Ansnovilla. Patronus, abbas de Sancto Salvatore, et percipit ibi me-
dietatem garbarum. Radulfus de Villula, rector, percipit aliam medietatem et to-
tum altalagium, et valet XXX libras. Abbas de Sancto Salvatore, XXII libras.

H Ecclesia Sancti Martini de Monte super Ventum. Patronus, abbas de Sancto
Carlais. Rector Jacobus de Perceyo percipit omnia, et valet VI.XX libras[3].

Ecclesia de Munevilla. Patronus, comes Boloniæ. Ranulphus Lupus, rector,
percipit omnia, excepta medietate altalagii et sexta garba totius decimæ, et dua-
bus petiis terræ elemosinæ, quæ percipit magister Robertus Scriptor. Et deservit
J ibi per vicarium, quod fieri non debet. Et valet CX libras. Item pro vicario XL
libras.

Ecclesia de Rotunda Haia. Patronus, comes Boloniæ. Rectores[4], magister Evrar-
dus et Radulfus de Kyboc, et percipiunt æqualiter omnia. Et valet Radulfo XLVI
libras et X solidos. Item Evrardo, XLVI libras et X solidos.

K Ecclesia de Anquetenvilla. Patronus, comes Boloniæ. Rector, Johannes[5], et per-
cipit omnia. Et valet LXX libras.

Ecclesia de Servigneio. Patronus, dominus Johannes de Golevilla. Johannes,
nepos ejus, rector dictæ ecclesiæ, percipit omnia, et valet XLVIII libras.

Ecclesia de Vandelée. Patrona, Laurentia, domina ejusdem villæ. Rector Jor-
L danus, filius ejus, percipit tertiam garbam cum altalagio, et XV quarteria avenæ
in duabus garbis quas percipit canonicus Constantiensis. Et valet XXII libras[6].

Ecclesia de Gratot. Patronus, abbas Montisburgi, pro territorio quod dicitur

[1] *Voces* Et c. A. XXX l. *desunt in cod. Const.*
[2] *Suband.* prior.
[3] *Apogr. Gerv.* VII.XX. — *Apogr. Mesn.* 27.
[4] *Vox* Rectores *in cod. Const. deest.*
[5] *Cod. Const. necnon apogrr. Gerv. et Mesn.* Job.
[6] *Apogr. Gerv.* XXXII. — *Apogr. Mesn.* 42

de Magnevilla. Rector illius portionis, Robertus Garnerii, percipit omnia quæ A
pertinent ad illam portionem; reddit inde dicto abbati XII quarteria frumenti, et
pro manerio unam libram gingibri. Pro alia portione patronus, dominus Guerar-
dus. Rector, Ricardus de Tresgoz, et percipit omnia alia. Et valet pro Ricardo XXX
libras; item pro Roberto XX libras.

Ecclesia de Hommeel. Patronus, prior Sancti Nicholai de Bosco Rogeri, perci- B
pit medietatem garbarum. Rector, Stephanus de Blenvilla, percipit totum resi-
duum, et valet XXV libras et X solidos.

Ecclesia de Brenvilla. Patronus, dominus Guerardus de Gratot. Rector, Johannes de Hommeel, percipit omnia. Valet XL libras.

Ecclesia de Monte Huecon[1]. Patronus, episcopus Constantiensis. Capitulum C
percipit duas garbas et VII quarteria et dimidium frumenti in elemosinis ibidem.
Rector, residuum. Et valet XXV libras.

Ecclesia de Chambernon. Patronus, episcopus Constantiensis. Rector, Henricus
de Cruce, percipit tertiam garbam cum altalagio. Abbatissa de Cordeilon percipit
ibi duas garbas. Et valet LX libras. D

Ecclesia de Corceyo. Patronus, Johannes de Corceio, modo episcopus Constantiensis[2]. Rector percipit omnia. Et valet LII libras.

Ecclesia de Nicorp. Patronus, episcopus Constantiensis, ex dono domini Gue-
rardi, pro parte quæ dicitur de Rumilleio. Rector, Hugo de Stratis, percipit omnia
illius partis. Et pro alia portione quæ dicitur Magnevilla, patronus, dominus epi- E
scopus. Et percipit capitulum Constantiense omnes garbas illius portionis, et reddit
inde vicario IX libras, qui vicarius percipit totum altalagium. Et valet pro Rogero
XXXVII libras; item pro vicario, XII libras.

DECANATUS DE CERENCIIS. F

Ecclesia de Cerenciis[3]. Patronus, Hugo Carbonnel, et percipit duas garbas in
suo laicali feodo. Rector, magister Petrus de Autevilla, percipit tertiam garbam
et omnia alia. Prior de Moretonio[4] percipit in feodo Boscheriorum duas garbas.
Et valet II.C.IX libras. Item canonici de Moretonio, X libras. G

Ecclesia de Ingronia. Patronus, episcopus. Præbenda percipit garbam; rector altalagium. Et valet pro rectore XXX libras[5].

Ecclesia de Mesnillo Osberti. Patronus, episcopus Constantiensis. Rector, Ro-
bertus de Ysegneio, percipit tertiam garbam cum altalagio. Scolasticus Constan-
tiensis, duas garbas. Presbiter ibi deserviens non habet vicariam sufficientem. Et H
valet XL libras.

Ecclesia de Trailie. Patronus, Guillelmus Murdac, et percipit duas garbas in
suo feodo laicali. Rector, Guillelmus de Treslie, percipit residuum, excepta de-
cima lanæ quam quilibet trium canonicorum Constantiensium percipit. Et valet
LXXV libras. J

Ecclesia de Vado Heberti. Canonici Sancti Laudi, moram facientes apud la Roele, deserviunt in propria persona, et percipiunt omnia.

Ecclesia de Chesnei. Patronus, abbas de Hambeya. Rector ecclesiæ percipit omnia. Et valet XX libras.

Ecclesia de Quetrevilla. Patronus, dominus Gaufridus de Monte Forti. Rector K
percipit sextam garbam per totam villam cum altalagio, ubi se extendit comitatus,
exceptis minutis decimis lini et canabi, lanæ[6] et animalium decimabilium, qua-
rum medietatem percipit abbas Savigneii et quinque partes garbarum per totum

[1] *Apogr. Gerv.* de Monte Hucho. — *Apogr. Mesn.* de Monte Hugonis.

[2] *Voces* modo episcopus Constantiensis *desunt in apographis Gerv. et Mesn. Ex schedis sæculi XVII, quas in Constantiensis episcopatus tabulario invenit d. Le Cardonnel, constat priore manu in Libro Nigro capituli scripta fuisse hæc verba :* Patronus Johannes de Corceyo, *secunda vero, in glosa, ut dicunt :* quondam, modo episcopus.

[3] Cérences, Lengronne, Mesnil-Aubert, Trély, Guéhébert, Quesney, Quettreville, Muneville-sur-Mer, Lingréville, Hérenguerville, Montchaton, Hauteville-sur-Mer, Hyenville, Montmartin, Grimouville, Régnéville, Annoville-Tourneville.

[4] *Cod. Const.* Morton, *adjecta compendii nota.*

[5] *Clausula ad Ingroniam spectans deest in apogrr. Gerv. et Mesn. In Libro Nigro capitali secunda manu exarata fuisse videtur.*

[6] *Vox* lanæ *in cod. Const. omissa.*

A comitatum[1]. Item abbas Sancti Laudi, patronus pro portione regis et percipit omnes garbas. Rector illius portionis, Petrus de Vico, et percipit altalagium dictæ portionis, nec habet sufficientem vicariam. Et valet LVII libras.

Ecclesia de Muevilla[2]. Patronus, abbas de Grestain, pro quadam portione, et percipit duas garbas per totum feodum quod tenetur de eo. Ricardus de Jort, B rector, percipit in dicto feodo abbatis tertiam garbam, in feodo de Bello Monte omnes garbas, et totum altalagium in feodo abbatis, et medietatem in feodo de Bello Monte. Item ibidem canonici Constantienses, videlicet dominus Herveus et archidiaconus Gilo percipiunt in feodo præbendarum suarum omnes majores decimas. Oliverus, rector illius portionis, percipit totum altalagium feodi præben- C darum et medietatem altalagii de Bello Monte. Item dicti canonici percipiunt tertiam partem omnium garbarum devenientium ad granchiam dicti Ricardi. Et valet pro persona XL libras. Item pro vicario XV libras.

Ecclesia de Lingrevilla. Patronus, prior de Moritonio pro portione comitatus, et percipit ibi XXXIII quarteria frumenti per manum magistri Johannis, rectoris D dictæ ecclesiæ pro portione illa cujus portionis percipit omnes majores decimas et minores, cum altalagio toto ejusdem. Abbas de Monte de novo, ut dicitur, patronus est alterius portionis, quæ est in regali. Rector, Nicholaus[3] de Sormont, et percipit omnes garbas dictæ portionis, cum toto altalagio, excepto feodo de Coterel, in quo Johannes de Veencort[4] percipit duas garbas, et dominus Nicho- E laus tertiam. Et valet pro Biardo[5] XLVI libras, item pro Jacobo XL libras.

Ecclesia de Erengarvilla. Patrona, Nicholaa de Erengarvilla, uxor Radulfi Grossi per Medium[a], et Guillelmus de Poterel. Rector, Petrus dictus Miles, percipit omnes garbas, exceptis duabus garbis quas percipit abbas abbatiæ Lucernæ in quarta portione ipsius villæ, et duabus garbis quas idem abbas percipit in XL acris terræ, F et totum altalagium. Et valet XXXVII libras.

[a] Grosparmi.

Ecclesia de Monte Catonis. Patronus, abbas de Exaquio, et percipit ibi duas garbas per totum. Rector, tertiam, reddens inde XXXVI quarteria bladi, IX frumenti, IX ordei, XVIII avenæ. Item dictus rector percipit totum altalagium, cum omnibus terris elemosinæ. — Capella ejusdem villæ. Patronus, comes. Et valet G XXV libras[6]. Abbas de Exaquio, LV libras. Capella ejusdem loci, XIIII libras.

Ecclesia de Hautevilla. Patronus, abbas de Savigneio, et percipit ibi duas garbas. Rector, magister Guillelmus d'Oissel, et percipit tertiam garbam cum toto altalagio. Et valet XXXVI libras.

Ecclesia de Hyenvilla. Patronus Johannes de Erengarvilla, clericus. Rector, Th. H de Erengarvilla, frater ejus, percipit omnia. Petrus, deserviens ibi, non habet vicariam sufficientem. Et valet LXIIII libras.

Ecclesia de Monte Martini. Patronus, abbas de Savigneio, et percipit duas garbas per totam parrochiam. Rector, Guillelmus Aurifaber, et percipit tertiam garbam, et altalagium, cum piscibus. Et valet IIII.XX libras. Abbas de Savigneio Cis- J terciensis, IIII.XX libras.

Ecclesia de Grimovilla. Patrona, Emma de Grimovilla. Rector, Petrus de Esparun, percipit omnia. Et valet LX libras.

Ecclesia de Renierviila. Patronus, rex. Rector, Petrus de Esparun, percipit omnia. Et valet LX libras.

K Ecclesia de Onnovilla. Patroni, magister Johannes de Onnovilla pro toto feodo suo, et dominus Johannes de Salceio pro feodo suo, dominus Robertus de Ysegneio, dominus archidiaconus. Rectores percipiunt omnes garbas. Henricus de Cerenciis, vicarius, percipit altalagium integre. Et valent Onnovilla et Tornevilla VI.XX.X libras.

[1] *Apogrr. Gerv. et Mesn. addunt* cum quinque partibus garbarum. *Eædem voces in cod. Const. occurrunt, sed expunctæ.*

[2] *Apogr. Gerv.* Mulleville. *Apogr. Mesn.* Munevilla.

[3] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* Ricardus, *hic et infra.*

[4] *Fort.* Neencort.

[5] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* pro vicario.

[6] *Conjicimus voces* Et valet XXV libras *spectare ad ecclesiam de Monte Catonis, quæ in Libro Albo* taxata est ad triginta quinque libras

DECANATUS DE SANCTO PATERNO. A

Ecclesia de Brehal[1]. Contentio est de jure patronatus. Dicunt quidam quod
pertinet ad abbatem de Hambeya, alii negant. Persona, archidiaconus Paganelli,
percipit omnes garbas; vicarius, altalagium. Et valet XXXVI libras. Abbas de Ham-
beia, C libras.
Ecclesia de Coudevilla. Patronus, abbas Montis Sancti[2] Michaelis, et percipit B
decimas frugum, exceptis XXX solidatis quas percipit capellanus de Mesnillo Seran,
et XXXVI solidatis quas percipit ibi Rogerus Tortechavate, et Domus Dei Constan-
ciensis in quodam feodo unum quarterium frumenti. Rector percipit in dicta de-
cima frugum XIIII libras, cum altalagio. Et valet XXXVI libras.
Ecclesia Sancti Albini de Pratellis. Patronus, abbas Montis Sancti Michaelis, et C
percipit duas garbas in duabus partibus totius villæ; rector tertiam, cum toto
altalagio, et in tertia parte villæ percipit idem abbas quinque partes decimæ
frugum; rector, sextam, cum dicto altalagio totius villæ. Et valet XXXV libras.
Ecclesia Sancti Paterni. Patronus, abbas Montis; percipit omnes garbas et duas
partes decimæ piscium; rector, residuum. Et valet L libras. Abbas Montis, L libras. D
Ecclesia de Boreio. Patronus, Robertus de Cantu Lupi. Rector percipit totum.
Et valet XLII libras.
In ecclesia de Grandi Villa sunt duo patroni, videlicet dominus de Musca et filia
Thomæ de Granvilla. Duo rectores percipiunt totum pro indiviso. Et valet pro
Rogero CX libras. Item pro alia CXI libras. E
Ecclesia Sancti Ursini. Patronus dominus de[3] Musca. Abbas Montis Sancti Mi-
chaelis percipit omnes garbas, exceptis L quarteriis frumenti, quæ percipit rector
cum altalagio. Et valet LV libras.
Ecclesia de Bellereia. Patronus, Th. de Sancto Pancracio. Rector percipit omnia,
exceptis. . . .[4] quarteriis frumenti, quæ percipit abbas Montis Sancti Michaelis. F
Et valet XXXV libras.
Ecclesia de Mesnillo Drochonis. Patronus, dominus de Musca. Rector percipit
altalagium et omnes garbas in feodo domini de Musca. Abbas Montis Sancti Mi-
chaelis percipit duas garbas in sua terra propria; dictus rector, tertiam. Et valet
L libras. G
Ecclesia de Hoquigneio. Patronus, dominus de Haia Paganelli. Rector percipit
altalagium et omnia. Et valet priori Domus Dei de Haia pro omnibus redditibus
quos[5] percipit in diocesi Constantiensi CXIIII libras.
Ecclesia Sancti Pancracii. Patronus, abbas Montis Sancti Michaelis; percipit
duas garbas et duas partes lini et canabi et XX solidos turonensium in altalagio. H
Rector, totum residuum. Et valet LXXVI libras.
Ecclesia Sancti Johannis de Campis. Patronus, abbas de Monte; percipit duas
garbas. Rector, tertiam, cum altalagio, et reddit dicto abbati IIIIor libras turonen-
sium. Et valet L libras.
Ecclesia Sancti Leodegarii. Patronus, dominus de Musca. Rector percipit to- J
tum altalagium, et in garbis circiter X libras. Abbas de Monte, residuum. Et valet
XXV libras.
Ecclesia de Heudinmesnillo. Patronus, abbas de Savigneio. Rector percipit alta-
lagium solum, et reddit inde dicto abbati unam marcham argenti, qui abbas per-
cipit tertiam garbam. Duas garbas percipiunt abbas de Feugeriis[6] et prior de Feul- K
geriis, subjectus abbati de Majori Monasterio. Et valet XL libras. Abbas de Savigneio,
Cisterciensis, LXXV libras.

[1] Bréhal, Coudeville, Saint-Aubin-des-Préaux, Saint-Pair, Bourrey, Granville, Saint-Ursin, la Beslière, Mesnildrey, Hocquigny, Saint-Planchais, Saint-Jean-des-Champs, Saint-Léger, Hudimesnil, Anctoville, Bréville, Donville, Longueville, Yquelon, Sainte-Marguerite, Bricqueville-sur-Mer, Saint-Martin-le-Vieux, Le Loreur, Chantelou.

[2] *Vox* Sancti *in cod et in apographis Gerv. et Mesn. omissa.*

[3] *In cod. Const. desideratur vox* de.

[4] *Numerus abest tum cod. Const. tum apographis Gerv. et Mesn.*

[5] *Cod. Const. et utrumque apogr.* que.

[6] Fougères, Ille-et-Vilaine.

A Ecclesia de Anquetevilla supra mare. Patronus, Guillelmus Recucon. Rector percipit omnia. Et valet XL libras.

Ecclesia de Breinvilla. Patronus, Guillelmus de Breinvilla. Rector percipit altalagium, et tertiam garbam in feodo abbatis, in aliis territoriis totum. Et valet L libras.

B Ecclesia de Douvilla. Patronus, Nicholaus[1] Mala herba. Rector percipit altalagium totum et medietatem decimæ, excepto feodo abbatis de Monte Morelli, in quo idem abbas percipit tria quarteria frumenti. Abbas de Lucerna percipit aliam medietatem. Et valet XXX libras.

Ecclesia de Longa Villa. Patronus, G. Feré, cum participibus suis. Rector per-
C cipit altalagium, cum tertia garba. Capitulum Constantiense, duas garbas. Et valet XV libras.

Ecclesia de Yquelon. Patronus. . . .[2]. Rector percipit totum, exceptis VII bussellis frumenti, quos reddit abbati de Monte Morelli, et leprosis Sancti Blasii II quarteria frumenti, et luminari ecclesiæ unum quarterium frumenti. Et valet XXXIII
D libras.

Ecclesia Sanctæ Margaritæ. Patronus, archidiaconus Paganelli. Rector percipit totum. Et valet XXV libras.

Ecclesia de Briquevilla. Duo patroni. Archidiaconus Paganelli in feodo regis. Domus Dei Constantiensis percipit duas garbas in suo feodo; rector, tertiam, cum
E altalagio residentium in eo. Domina de Sancto Patricio in feodo comitis. Rector illius feodi percipit totam decimam cum altalagio. Et valet pro Johanne XXXV libras; item pro Henrico XXII libras.

Ecclesia Sancti Martini Veteris. Patronus, archidiaconus Paganelli. Rector percipit garbam cum altalagio. Abbas de Hambeia, duas garbas, sed archidiaconus
F habet eas de eodem[3]. Et valet XXX libras. Abbas de Hambeya, XXIII libras.

Ecclesia de Loreor. Patronus, Rogerus Murdac. Rector percipit totum in feodo Gaufridi Murdac, in feodo G. de Beenvilla tertiam garbam, cum altalagio totius villæ. Abbas de Monte, duas garbas in isto feodo. Et valet XL libras.

Ecclesia de Cantu Lupi. Patronus, Robertus de Cantu Lupi, miles. Abbas de
G Hambeya percipit duas garbas; rector, tertiam, cum altalagio. Et valet XLVIII libras.

DECANATUS DE CENILLEIO.

Ecclesia de Soule[4]. Patronus, episcopus Constantiensis, et percipit omnes garbas. Vicarius percipit altalagium totum, et XXX quarteria bladi in granchia epi-
H scopi, videlicet XV quarteria avenæ, V quarteria frumenti, X bussellos siliginis, X bussellos ordei. Et valet pro vicario XXXV libras.

Ecclesia de Cenilleio. Patroni, abbas et conventus de Alneto; percipiunt omnes garbas et CX solidos in vicaria. Vicarius, residuum. Et valet LX[5] libras. Abbas de Alneto, Cisterciensis, XVI.XX libras.

I Ecclesia Sancti Martini de Cenilleio. Patronus, abbas de Alneto, et percipit omnes garbas, et reddit vicario C solidos turonensium, qui vicarius percipit totum altalagium. Et valet XV libras.

Ecclesia de Ronceyo. Patronus Ph. de Raveto[6]. Tertiæ garbæ et altalagii capitulum Constantiense; percipit tertiam garbam; et prior de Moritognio, aliam ter-
K tiam. Rector, aliam, cum altalagio. Et valet LXV libras.

Ecclesia Sancti Dyonisii le Vestu. Patronus, episcopus. Abbas Blanchæ Landæ percipit duas garbas. Capitulum Constantiense, tertiam. Et valet XL libras. Abbas de Blancha Landa, VI.XX libras.

Ecclesia de Contreriis. Patronus, abbas de Sancto Laudo; percipit omnes gar-

[1] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* Richardus.
[2] *Nomen deest in cod. Const. et in duobus apographis. In Libro Albo* Guillelmus Courée *patronus dicitur.*
[3] *Subaud.* abbate. *Cod. Const. et utrumque apogr.* de eadem.
[4] Soule, Notre-Dame-de-Cenilly, Saint-Martin-de-Cenilly, Roncey, Saint-Denis-le-Vêtu, Contrières, Ouville, Belval, Montpinçon-la-Salle, Cerisy, Savigny, Cametours, Marigny, Carantilly, Dangy, Saint Sauveur-de-Bonfossé, Pont-Brocard.
[5] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* L libras.
[6] *Ibid.* Taveto.

bas, reddens inde vicario, qui habet totum altalagium, xx quarteria frumenti. Et A valet xxvii libras. Moniales de Moretonio, Cistercienses, iiii libras xv solidos. Abbas Sancti Laudi, c libras.

Ecclesia de Ouvilla. Patronus, episcopus Constantiensis, et percipit totum, et valet pro episcopo in regali cv libras. Item pro vicario, xviii libras.

Ecclesia de Bella Valle. Patronus episcopus altalagii et elemosinæ et vii libra- B rum xiiii solidorum turonensium, quas percipit vicarius per manum communicarii. Capitulum Constantiense percipit omnes garbas. Et valet pro vicario xvi libras.

Ecclesia de Monte Pinchon. Patronus, Guillelmus de Monte Pinchon. Rector percipit omnia. Et valet vi.xx libras. C

Ecclesia de Cerisiaco. Patronus, Guillelmus de Cerisiaco, scutifer, percipit duas garbas in laicali feodo. Rector, tertiam, cum altalagio. Et valet lxx libras.

Ecclesia de Savigneio. Patronus, prior Sanctæ Barbaræ. Et prior qui ibidem residet, officiat[1] ecclesiam; percipit omnia; reddit inde dicto priori xv solidos turonensium, ad obitum Gaufridi de Bruecourt, quondam patroni dictæ ecclesiæ. D Et valet vii.xx libras.

Ecclesia de Campo Motoso. Patronus episcopus Constantiensis tertiæ garbæ et altalagii, cum medietate elemosinarum, quæ percipit rector. Domus Dei Constantiensis percipit omnia alia. Et valet xl libras. Domus Dei Constantiensis, xl libras.

Ecclesia de Marrigneio. Patronus abbas de Alneto altalagii et c solidorum in E altalagio quod percipit vicarius. Et valet xxxv libras. Abbas de Alneto, vii.xx.x libras.

Ecclesia de Carantilie. Patronus, Guillelmus de Sola. Rector percipit omnia. Et valet c libras c solidos.

Ecclesia de Nae. Patronus, episcopus Constantiensis. Rector percipit omnia, et reddit inde capitulo Constantiensi C solidos. Et valet LX libras.

Ecclesia Sancti Germani Vicecomitis. Patronus, Ricardus de Sancto Germano, miles. Rector percipit omnia. Et valet XLVII libras.

C Ecclesia de Dumo. Patronus, Petrus de Tresgoz, miles. Rector percipit omnia, et reddit Alexandro de Noienvilla XL solidos turonensium. Et valet XXX libras.

Ecclesia Sancti Germani de Campania. Patronus, rex. Rector percipit omnia. Et valet XXX libras.

DECANATUS DE HAYA PUTEI.

D Ecclesia de Glatigneio[1]. Patronus, abbas Exaquii; percipit duas garbas. Vicarius, tertiam, cum altalagio, et manerium elemosinæ. Et est vicaria minus sufficiens, et propter hæc dat abbas vicario XL solidos in decima sua. Et valet XIIII libras.

Ecclesia de Bretevilla. Patronus, abbas Exaquii; percipit duas garbas. Rector,
E tertiam cum altalagio, et reddit abbati XIIII solidos ratione pensionis. Habet rector manerium in elemosina. Et valet LXXVII libras.

Ecclesia Sancti Germani super E. Patronus, abbas Montis Sancti Michaelis; percipit omnes decimas garbarum, lini et canabi. Rector, altalagium, et reddit inde abbati XI solidos ad Natale, et XX ad Pascha. Et valet XXX libras. Prior ejus-
F dem loci, XII.XX libras.

Ecclesia Sanctæ Oportunæ. Patronus, abbas Exaquii; percipit duas partes garbarum, lini et canabi et salis; in burgo medietatem aliorum et ceparum[2]. Rector percipit residuum et omnes minutas decimas. Et valet C libras.

Ecclesia de Angovilla[3]. Patronus, abbas Exaquii; percipit duas garbas. Rector
G percipit tertiam per totum, excepto feodo Hamelini de Ansquetelvilla, ubi idem rector et rector Sanctæ Oportunæ percipiunt tertiam garbam per medietatem. Et habet manerium in elemosina, pro quo vult recipere abbas annuatim I quarterium frumenti; et inhibitum est rectori ne reddat nisi de mandato nostro. Et valet XLI libras. Abbas de Exaquio, LXX libras[4].

H Ecclesia de Veillie. Patronus, abbas Exaquii; percipit duas partes garbarum, lini et canabi, et XL solidos pensionis a persona. Persona seu rector percipit tertiam partem prædictorum cum altalagio. Et valet C libras. Abbas de Exaquio, VII.XX libras C solidos.

Ecclesia de Alna. Patronus, capitulum Constantiense; percipit omnes garbas,
J excepta vavasoria quæ dicitur de Castro, ubi abbas Cadomensis percipit duas garbas; capitulum Constantiense, tertiam. Rector, altalagium integrum et elemosinas. Et valet XLI libras. Prior de Fraxino, XVIII libras. Capitulum Constantiense, VI.XX.X libras. Presbiter de Alna habet XII acras terræ pertinentes ad usum presbyterii, et bene possunt appreciari ad valorem centum solidorum turonensium.

K Ecclesia de Guirevilla. Patronus, abbas Exaquii. Rector percipit omnia, et reddit inde dicto abbati XII quarteria avenæ. Et sunt ibi elemosinæ quas percipit rector circiter IX virgatas, et unum clausum juxta cimiterium. Et valet LV libras. Abbas de Exaquio, XII quarteria avenæ.

[1] Glatigny, Bretteville-sur-Ay, Saint-Germain-sur-Ay, Sainte-Opportune-de-Lessay, Angoville-sur-Ay, Vesly, Laune, Gerville, Claids, Laune, Mobec, Montgardon, Lastelle, Lithaire, la Haye-du-Puits.

[2] *Cod. Const.* et cepit. *Apogrr. Gerv. et Mesn.* et cepe. *Liber Albus :* Rector percipit tertiam partem garbarum, lini et canabi, ceparum (*cod.* cep. *adjecta compendii nota*), alliorum, porrorum.

[3] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* Ansgovilla.

[4] *Apogr. Gerv.* LX libras. *Apogr. Mesn.* L libras.

Ecclesia Sancti Patricii de Cleis. Patronus, abbas Exaquii; percipit duas garbas. A
Rector, tertiam. Et valet xxxv libras. Abbas de Exaquio, xl libras.

Capella de Alna. Patronus, dominus de Alna. Capellanus percipit ibi in elemosinis circiter iii virgatas, et sextam partem decimæ de Bona Villa, quæ valet circiter viii libras. Et valet xxv libras.

Ecclesia de Moubec. Patronus, abbas Exaquii. Percipit prior de Aurea Valle B
duas garbas; rector, tertiam, cum altalagio, et elemosinas; et iii rasa avenæ, et i caponem inde reddit. Et valet xl libras. Prior de Aurea Valle, xlviii libras.

Ecclesia de Monte Gardonis. Patronus, Guillelmus de Humellis. Abbas Blanchæ Landæ percipit duas garbas. Rector, tertiam, cum altalagio, et in elemosinis circiter lx solidos. Et valet lx libras. Abbas de Blancha Landa, lx libras. Prior de C
* sic. Broqueboef, Præmonstratensis, xx libras. Hæc* sunt elemosinæ pertinentes ad ecclesiam de Mongardon : decem et octo acræ terræ, valentes unaquæque[1] unum quarterium frumenti ad mensuram Hayæ Putei, et prata et clausa valentia duo alia quarteria frumenti.

Ecclesia de Astella. Patronus, Robertus de Brequevilla, pro feodo suo. Rector D
percipit omnia illius portionis, et elemosinas circiter iii acras terræ[2], cum manerio. Alterius portionis patronus, Ricardus de Tollevast. Rector illius portionis percipit omnia, et manerium, cum dimidia acra terræ elemosinæ. Et valet pro Symone xl libras[3]. Item pro Rogero xxiiii libras.

Ecclesia de Litahare. Patronus, rex. Rector percipit omnia, et x libras [in] bursa E
regis, ad duo scacaria, ratione capellæ castri quam debet reficere, et debet habere calfagium et pasturagium animalium suorum quiete. Et valet vi.xx libras. Prior de Aurea Valle[4]. . . . .

Ecclesia de Haya Putei. Patronus, abbas Exaquii; percipit tertiam garbam, et L candelas die Purificationis. Rector percipit totum residuum et iii bussellos fru- F
menti, ii gallinas. Et valet xlv libras.

Capella de Haya Putei. Patronus, constabularius. Capellanus debet percipere vii libras et dimidiam in præpositura de Haya Putei, et in molendinis de Belle Moque et de Chemin totidem, ex dono Jordani[5], quondam constabularii Normanniæ, facto in lecto ægritudinis. Et valet xvi libras. G

DECANATUS SANCTI SALVATORIS VICECOMITIS.

Ecclesia de Cathevilla[6]. Patronus, rex et abbas Sancti Salvatoris pro indiviso. Dominus abbas percipit duas garbas in feodo Sancti Salvatoris. Rector, tertiam, et alibi omnes, cum altalagio, et manerium in elemosina, quæ valet xiiii bussellos frumenti, i panem cenomanensis, x gallinas, c ova. Abbas Sancti Salvatoris, H
xviii libras.

Ecclesia Sancti Salvatoris Vicecomitis. Patronus, abbas dicti loci; percipit omnes garbas et decimas lini et canabi, et in oblationibus Natalis xx solidos, ad Pascha xx solidos, ad festum sancti Johannis x solidos, ad festum Omnium Sanctorum x solidos in oblationibus. Et valet xxv libras. Prior de Selesouef, c solidos. Abbas J
Sancti Salvatoris, vii libras et decimam bladi.

Ecclesia de Taillepié[7]. Patronus, abbas Sancti Salvatoris; percipit omnia. Et est ibi clausum elemosinæ, ubi manerium continetur, circiter unam acram, et iii solidos, ii panes, ii capones. Et valet xxx libras.

Ecclesia de Novilla. Patronus, Ricardus de Taillepié et fratres ejus. Rector per- K

[1] *Cod. Const. et utramque apogr.* unaquaque.

[2] *Vox* terræ *in cod. Const. omissa.*

[3] *Ita in utroque apographo. Cod. Const. male* xi libras. *Hæc enim habet Liber Albus :* Guillelmus de Briquevilla est patronus ecclesiæ de Astella pro majore portione, taxata est ad quadraginta libras . . . . Robertus de Bretevilla est patronus ecclesiæ de Astella pro minore portione, et taxata est ad viginti quatuor libras.

[4] *Numerus omissus tum in cod. Const. tum in Gerv. et Mesn. apographis.*

[5] *Jordanus de Humeto, qui, charta anno 1253 data, centum solidos turonensium annui redditus abbatiæ Blancæ Landæ contulit.*

[6] Catteville, Saint-Sauveur-le-Vicomte, Taillepied, Neuville-en-Beaumont, Canville, Néhou, Omonville-la-Foliot, Denneville, Saint-Rémi-des-Landes, Baudreville, Surville, Bolleville, Saint-Symphorien, Saint Nicolas-de-Pierrepont, Neumesnil, Varenguebec, Doville, Saint-Sauveur-de-Pierrepont.

[7] *Liber Albus* Sanctus Johannes de Tallipedio.

A cipit omnes garbas et altalagium totum, et v acras[1] terræ elemosinæ cum manerio,
et unum quarterium[2] frumenti, II panes, II gallinas. Et valet XXXII libras.

Ecclesia de Canvilla. Patronus, Guillelmus de Trachie. Rector percipit omnia,
VII bussellos et dimidium frumenti, II panes, IIII gallinas. Et valet LVI libras.

Ecclesia Sancti Georgii de Nigelli Humo. Patronus, abbas Montis Burgi. Et sunt
B ibi duo feoda[3], unum de Nigelli Humo, aliud de Reveriis. In feodo de Nigelli
Humo percipit abbas medietatem garbarum; rector percipit aliam medietatem. In
feodo de Reveriis rector percipit omnia; et in elemosinis circiter x solidos. Et valet
pro Dyonisio VI.XX libras. Pro Roberto, LX libras.

Ecclesia de Osmonvilla la Foliot. Patronus, abbas Exaquii; percipit medietatem
C garbarum, et in alia medietate, quam percipit rector, habet dictus abbas per ma-
num ipsius rectoris XV solidos turonensium pro quadam pensione. Item percipit
rector in redditibus elemosinarum XV bussellos frumenti (sed reddit inde II bus-
sellos fabricæ ecclesiæ), et in regardis IX gallinas, VIII panes III obolorum[4],
IIII.XX.X ova. Item rector non habet manerium, sed manet in manerio abbatis, de
D quo reddit abbati VI bussellos frumenti; et inhibuimus ne reddat dictum frumen-
tum nec pensionem, nisi de mandato nostro. Et valet XXII libras. Abbas de Exaquio,
XLIII libras.

Ecclesia de Danevilla supra mare. Patronus, abbas Montis Burgi; percipit duas
partes garbarum. Rector, tertiam, cum altalagio, et in elemosinis unam virgatam
E et dimidiam terræ, III solidos, III capones. Et valet XXII libras. Abbas Montis Burgi,
XXX libras.

Ecclesia Sancti Remigii de Landis. Patronus, abbas Sancti Salvatoris; percipit
duas garbas. Rector, tertiam per totum, et in clauso Sancti Remigii II bussellos
frumenti, II panes, II gallinas, nec habet manerium in elemosina. Et valet XXII
F libras. Abbas Sancti Salvatoris, XXIIII libras.

Ecclesia Sanctæ Margaritæ de Baudrevilla. Patronus, abbas Exaquii; percipit
duas garbas de novo, et super hoc inquirendum est. Rector, tertiam, cum altalagio,
et in elemosinis XII bussellos frumenti, VI denarios, VI gallinas, et terram elemo-
sinæ in dominico circiter III virgatas. Et valet XXX libras. Abbas de Exaquio, XXX
G libras.

Ecclesia de Surevilla. Patronus, abbas Exaquii; percipit medietatem garbarum.
Rector, aliam medietatem, cum altalagio, et circiter III acras terræ elemosinæ, et
super III virgatis V bussellos frumenti, II gallinas, XX ova. Et valet XXVIII libras.
Abbas de Exaquio, XV libras.

H Ecclesia de Bolevilla. Patronus, Robertus de Agnis et frater ejus pro feodo co-
mitis[5]. Et percipit rector illius portionis in feodo constabularii Normanniæ omnes
garbas, in feodo Roberti de Pert tertiam, et abbas Sancti Salvatoris duas. Alterius
portionis patronus, abbas Blanchæ Landæ; percipit duas garbas. Rector, tertiam,
cum altalagio, et circa III virgatas terræ cum manerio. Et valet pro Petro XIX libras.
J Item, pro Guillelmo, XXX libras. Abbas Sancti Salvatoris, VIII libras.

Ecclesia Sancti Simphoriani. Patronus, abbas Blanchæ Landæ; percipit duas
garbas. Rector, totum altalagium et circa tres virgatas terræ, ubi ædificatum est
manerium. Et valet XXX libras. Abbas de Blancha Landa, XL libras.

Ecclesia Sancti Nicholai de Petra Ponte. Patronus, Ricardus Frapier, miles,
K pro portione regis. Rector illius percipit totum. Alterius portionis, quæ pertinet
comitatui, patronus Robertus de Petra Ponte. Rector illius percipit omnia, et ele-
mosinas circiter dimidiam acram; reddit XXII cenomanenses. Et valet pro Johanne
XXX libras. Item pro Nicholao XXXII libras.

Ecclesia de Novo Mesnillo. Patronus, Guillelmus de Novo Mesnillo. Rector per-
L cipit omnia; reddit capitulo Moritonii x solidos et unam libram ceræ, ratione
pensionis. Item percipit rector elemosinas, circiter IIII acras, in quibus ædificatum

[1] *Cod. Const. et utrumque apogr.* acre.
[2] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* L quarteria.
[3] *Cod. Const.* feodi.
[4] *Cod. Const.* VIII. p. III. ob. *adjectis compendii notis.*
[5] *Ita codex Const. Apogr. Gerv.* comitatus; *apogr. Mesn.* comitatis.

est manerium; item IIII solidos, VI denarios, IX panes, IX gallinas IIII.XX.X ova pro A
terris[1] traditis. Et valet XXX libras.

Ecclesia de Varenguebec. Patronus, abbas Exaquii; percipit duas garbas in feodo regis. Rector, tertiam cum altalagio. In novalibus comitatus percipit capitulum Constantiense omnes garbas. Et habet dictus rector manerium in elemosina, continens[2] circiter dimidiam acram. Et valet XL libras. Abbas Exaquii, XXVIII B
libras.

Ecclesia de Dovilla. Patronus, abbas Blanchæ Landæ; percipit duas garbas per totam parrochiam. Rector, tertiam, cum altalagio, et in elemosinis dimidiam acram, et I quarterium frumenti in molendino de Dovilla. Et valet XXXII libras. Abbas de Blancha Landa, XLII libras. C

Ecclesia de Petri Ponte. Patronus, abbas Sancti Salvatoris; percipit duas garbas. Rector, tertiam, cum altalagio, et circiter III virgatas, et manerium. Et valet pro Johanne XXX libras. Item pro Nicholao, XXXII libras.

DECANATUS DE BARNEVILLA.

Ecclesia Sancti Martini de Mesnillo[3]. Patronus, abbas Exaquii; percipit medie- D
tatem decimæ, et tenet grangiam unam, et terram valentem I quarterium frumenti, quæ solet esse rectoris, ut dicitur, et VII solidos turonensium pro annua pensione. Rector percipit aliam medietatem decimæ, et in elemosinis ad valorem III quarteriorum frumenti. Et valet XXIII libras.

Ecclesia Sancti Georgii de Riparia. Patronus, abbas Exaquii; percipit duas gar- E
bas in haia de Longa Fame, et VII solidos annuæ pensionis per manum rectoris, qui rector percipit totum residuum in decimis et omnibus aliis. Et valet XIX libras. Prior Sancti Martini à l'If, VII libras.

Ecclesia de Goé. Patronus, abbas Sancti Salvatoris; percipit totam decimam
parrochiæ, excepta decima territorii de Gruice, quæ valet circiter C solidos, quam F
percipit rector, cum altalagio, et manerio, et elemosinis valentibus circiter III quarteria frumenti. Et valet XXX libras. Abbas Sancti Salvatoris, XIII.XX.XVI libras.

Ecclesia de Orvilla. Patronus, abbas Exaquii; percipit omnes decimas frugum per totam parrochiam et omnia novalia. Rector, altalagium, cum manerio in elemosina, et unam acram terræ elemosinæ. Et valet XXVI libras. G

Ecclesia Beatæ Mariæ de Porbai. Patronus, abbas Exaquii, et percipit medietatem tam in decimis quam in altalagio, et V solidos ratione pensionis de adjecto. Rector percipit aliam medietatem in decimis et altalagio. In dicta parrochia est ecclesia parrochialis juxta manerium abbatis, et solebant ibi monachi esse, et officiebant[4] dictam ecclesiam diebus feriatis, et tenebant hospitalitatem in loco. Rec- H
tor in quadam capella, longe a parrochiali ecclesia infra metas parrochiæ posita, per ebdomadam celebrabat, ad quam parrochiani propter vicinitatem conveniebant divinum servitium audituri. Diebus vero dominicis et festivis celebrabat rector in parrochiali ecclesia, et ibi conveniebant parrochiani. Modo vero nec sunt ibi
monachi, nec hospitalitas fit[5], nec in parrochiali ecclesia per ebdomadam celebra- J
tur nisi raro. Et valet XLV libras. Prior ejusdem loci, LXVI libras.

Ecclesia Sancti Johannis de Riparia. Patronus, abbas Exaquii; percipit ibi quinque solidos ratione pensionis. Abbas Carnotensis[6] percipit duas garbas in feodo suo, et campartum. Rector, tertiam, et in feodo Johannis de Agnevilla percipit dictus rector medietatem; in feodo Morna[7] percipit rector totam decimam, K
et elemosinam valentem X solidos. Et valet XXVII libras. Abbas de Carnoto [et] prior de Hamo percipiunt XXIIII libras. Abbas Sancti Salvatoris, XL libras.

[1] *Vox* terris *in cod. Const. omissa.*

[2] *Cod. Const. et utramque apogr.* continentem.

[3] Le Mesnil, Saint-Georges-de-la-Rivière, Gouey, Ourville, Portbail, Saint-Jean-de-la-Rivière, Barneville, Besneville, la Haye-d'Ectot, Saint-Pierre-d'Arthéglise, le Val-de-Sie, Carteret, Saint-Maurice, Saint-Pierre et Notre-Dame-des-Moitiers-d'Allone, Baubigny, Saint-Paul des-Sablons, Senoville, Sortoville-en-Beaumont, Fierville.

[4] *Sic in cod. Const. et in utroque apographo.*

[5] *Cod. Const.* sit.

[6] *Id est* Sancti Petri.

[7] *Ita codex Const. Apogr. Gerv.* Morna, *adjecta compendii nota; apogr. Mesn.* Mornamo.

A Ecclesia de Barnevilla. Patronus, abbas de Grestain; percipit duas garbas. Rec-
tor, tertiam, cum altalagio et cum elemosina valente circiter xx solidos. Et valet
L libras. Abbas de Grestain, LX libras.

Ecclesia Sancti Florentii de Barnevilla[1]. Patronus, episcopus Constantiensis.
Præbenda Constantiensis habet duas garbas. Abbas Montis Burgi, tertiam. Rector,
B altalagium. Valet xx libras pro rectore.

Ecclesia Sanctæ Mariæ de Esquetot. Patronus, abbas de Cæsaris Burgo, et de-
servit ibi quidam canonicus commorans apud Talliam, qui percipit altalagium
et medietatem decimæ garbarum. Capitulum Constantiense, aliam medietatem.
Et valet L libras.

C Ecclesia Sancti Petri de Argetiglise. Patronus, abbas Sancti Salvatoris. Rector
percipit omnia in decimis et elemosinis. Et valet XVI libras.

Ecclesia Sanctæ Mariæ de Valle. Patronus, abbas Sancti Salvatoris. Rector omnia
percipit, et reddit dicto abbati xx solidos. Et valet XLV libras.

Ecclesia Sancti Germani de Cartreit. Patronus, abbas Montis Sancti Michaelis;
D percipit duas garbas. Rector, tertiam et altalagium; et conqueritur quod habet
vicariam minus sufficientem. Et valet xv libras.

Ecclesia Sancti Mauricii. Patronus, abbas de Montis Burgo; percipit duas gar-
bas. Rector, tertiam, cum altalagio et terra elemosinæ, circiter VII virgatas, et II
solidos et II gallinas. Et valet XVII libras. Abbas Montis Burgi, xx libras.

E Ecclesia Sancti Petri de Alumpna. Patronus, Guillelmus de Monasteriis, cum
participibus suis. Abbas de Blancha Landa percipit duas garbas. Rector, tertiam,
cum altalagio et decima molendini de Touvilla, et cum terra elemosinæ quæ valet
circiter XVIII denarios, I quarterium frumenti, VI capones, VIII gallinas, LX ova.
Et valet XL libras.

F Ecclesia Sanctæ Mariæ de Alumpna. Patronus, Johannes de Agnevilla; in feodo
illius percipit abbas Cæsaris Burgi duas garbas; rector, tertiam. In feodo domini
de Sortouvilla percipit abbas de Blancha Landa duas garbas; rector, tertiam, cum
toto altalagio et manerio prope ecclesiam. Et valet XXXV libras.

Ecclesia de Baubigneio. Patronus, Guillelmus de Castello, scutifer. Rector per-
G cipit omnia. Et valet xx libras.

Ecclesia Sancti Pauli. Patronus, abbas Cæsaris Burgi. Rector percipit omnia, et
habet elemosinam valentem circa III quarteria frumenti, in qua est manerium,
et III quarteria frumenti in molendino de Petra Villa. Et valet xv libras.

Ecclesia de Senovilla. Patronus, Guillelmus de Tolvast. Robertus, filius Johan-
H nis de Languetot, percipit duas garbas et duas partes minutarum decimarum in
feodo Bertran. Rector, tertiam, et in aliis feodis totum, et habet unam acram terræ
cum manerio, et I quarterium frumenti, et totum altalagium. Et valet XXXII libras.

Ecclesia de Sortouvilla. Patroni duo: Johannes de Agnevilla, scutifer, in feodo
suo. Rector illius portionis percipit omnia, et habet certos parrochianos et divisos,
J et terram elemosinæ circiter VI acras, et manerium intus. Magister Symon de Sor-
touvilla, patronus alterius portionis. Rector percipit omnia in feodo suo, et habet
similiter certos parrochianos, et terram elemosinæ, et manerium intus. Et valet
pro Rogero XXIII libras. Item pro Johanne XVIII libras.

Ecclesia de Fierevilla. Patronus, dictus[2] magister Symon, et persona, et totum
K percipit ibi. Et valet LX libras.

DECANATUS GERSOII[3].

Ecclesia Sancti Broelardi[4]. Patronus, abbas Sancti Salvatoris Vicecomitis, et

[1] *Vel* Besnevilla, *ut secunda manu in cod. Const. correctam est. In Gerv. et Mesn. apographis hæc clausula post clausulam ad Sanctam Mariam de Alumpna spectantem rejecta est.*

[2] *Vox* dictus *in cod. Const. omissa.*

[3] *Philippus Falle, in libro cui titulus* Account of the island of Jersey (Jersey, 1837, in octavo), p. 187, *typis mandavit litteras officialis Constantiensis*, anno Domini M CCCC LXI, sexta die mensis Februarii, *datas, quibus insertus est index ecclesiarum insulæ Gersoii*, ex quodam libro, in domo seu manerio episcopali Constantiensi existente, vulgariter LIBRO NIGRO nuncupato.

[4] Saint-Brelade, Saint-Pierre, la Trinité, Sainte-Marie, Grouville, Saint-Jean, Saint-Ouen, Saint-Laurent, Saint-Sauveur, Saint-Clément, Saint-Helier, Saint-Martin-le-Vieux.

percipit duas partes garbarum; et rector, sextam. Abbatissa de Cadomo, duodeci- A
mam. Abbatissa Monasterii Villaris, duodecimam. Item rector habet VI virgatas
elemosinæ. Et valet dicta ecclesia annis communibus XXX libras turonensium.

Ecclesia Sancti Petri. Patronus, abbas Sancti Salvatoris Vicecomitis, et perci-
pit medietatem garbarum. Abbatissa Cadomi, quartam garbam; et abbatissa Mo-
nasterii Villaris, aliam quartam, excepta carueta de Noberteis. Rector per- B
cipit novalia, et habet IIII virgatas elemosinæ. Et valet XXX libras turonensium.

Ecclesia de Trinitate. Patronus, abbas Cæsaris Burgi[1]. Abbas Sancti Salvatoris
Vicecomitis percipit sextam[2] garbam. Abbas Cæsaris Burgi, tertiam, et liberam de-
cimam. Episcopus Abrincensis, medietatem garbarum. Rector percipit novalia, et
habet VIII virgatas elemosinæ. Et valet communibus annis XXX libras turonensium. C

Ecclesia Beatæ Mariæ. Patronus, abbas Cerasiensis[3]. Abbas Sancti Salvatoris
Vicecomitis percipit sextam garbam. Abbatissæ[4] Cadomi et Monasterii Villaris,
quælibet quartam partem decimæ garbarum. Rector percipit tertiam partem gar-
barum, et habet XVI virgatas elemosinæ. Et valet XXX libras turonensium.

Ecclesia de Grouvilla. Patronus, abbas de Exaquio, et percipit ibi quartam gar- D
bam. Abbas Sancti Salvatoris Vicecomitis, sextam. Abbatissa Cadomi et Monasterii
Villaris, medietatem. Rector percipit nonam garbam, et habet XII virgatas elemo-
sinæ. Et valet annis communibus L libras turonensium.

Ecclesia Sancti Johannis. Patronus, abbas Sancti Salvatoris, et percipit totam
decimam. Et est ibidem prioratus ejusdem monasterii. Et sunt ibi XII virgatæ ele- E
mosinæ. Et valet XVIII libras turonensium.

Ecclesia Sancti Audoeni. Patronus, abbas Sancti Michaelis in Periculo Maris,
et percipit ibi duas garbas et IIII libras turonensium. Abbatissæ Cadomi et Monas-
terii Villaris, quælibet duodecimam garbam. Abbas Sancti Salvatoris Vicecomitis,
sextam. Rector habet IIII virgatas elemosinæ. Et valet XXXV libras turonensium. F

Ecclesia Sancti Laurentii. Patronus, abbas de Blancha Landa, et percipit ter-
tiam partem decimæ. Abbas Sancti Salvatoris Vicecomitis, sextam. Episcopus Abrin-
censis, medietatem. Rector habet XVI virgatas elemosinæ. Et valet XXX libras turo-
nensium.

Ecclesia Sancti Salvatoris. Patronus, archidiaconus Vallis Viriæ in ecclesia G
Constantiensi. Et est ibi vicarius qui reddit archidiacono annuatim XX libras. Do-
minus episcopus Constantiensis percipit medietatem decimæ; archidiaconus, ter-
tiam. Abbas Sancti Salvatoris, sextam. Et habet vicarius XXIIII virgatas elemosinæ.

Ecclesia Sancti Clementis. Patronus, abbas Sancti Salvatoris. Rector percipit
quartam et quintam garbam. Abbas Sancti Salvatoris, abbatissæ Cadomi et Mo- H
nasterii Villaris, residuum. Et ibi sunt XXIIII virgatæ elemosinæ. Et valet XL libras
turonensium.

Ecclesia Sancti[5] Helerii. Patronus, abbas Sancti Salvatoris Vicecomitis; percipit
ibi medietatem decimæ, et rector de illa medietate percipit quintam partem. Ab-
batissæ Cadomi et Monasterii Villaris, quælibet quartam partem. Rector habet J
XV virgatas elemosinæ. Et valet XL libras turonensium.

Ecclesia Sancti Martini Veteris. Patronus, abbas Cerasiensis, et percipit ibi C
solidos de pensione. Rector percipit tertiam partem decimæ, et habet XXVI virgatas
elemosinæ. Abbas Sancti Salvatoris Vicecomitis percipit sextam garbam. Abbatissæ
Cadomi et Monasterii Villaris, quælibet quartam partem. Et valet LXX libras turo- K
nensium.

DECANATUS DE INSULIS GUERNEROII.

Ecclesia Sancti[6] Petri in Portu[7]. Patronus, abbas Majoris Monasterii, et perci-

[1] *Cod. Const.* Cesariburgi.
[2] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* tertiam.
[3] *Cod. Const. et utrumque apogr.* Cesariensis.
[4] *Ibid.* Abbatissa.
[5] *In cod. Const. deest vox* Sancti.
[6] *Vox* Sancti *tum in cod. Const. tum in duobus apographis deest.*
[7] Saint-Pierre-Port, Saint-Sampson, Saint-André, Torteval, la Forêt, Saint-Pierre-du-Bois, Saint-Sauveur, le Castel, le Valle, Saint-Martin, Aurigny, Serc.

A pit in dicta parrochia IIII[or] partes decimarum, et valent XL libras. Et rector percipit quintam partem, cum altalagio. Et valet IIII.XX libras.

Ecclesia Sancti Sansonis. Patronus, abbas Majoris Monasterii Turonensis, et percipit ibi tres partes decimæ; valent XX libras. Rector percipit quartam partem, cum altalagio. Valet XXX libras.

B Ecclesia Sancti Andreæ. Patronus, abbas Majoris Monasterii, et percipit ibi tres partes decimæ, quæ valent XXX libras turonensium. Rector percipit quartam partem, cum altalagio. Et est ibi elemosina. Valet XXV libras.

Ecclesia de Torta Villa. Patronus, abbas Majoris Monasterii, et percipit ibi duas partes decimæ, quæ valent XX libras. Rector percipit tertiam partem, cum altala-
C gio. Et valet XXV libras.

Ecclesia de Foresta. Patronus, abbas Majoris Monasterii, et percipit ibi tres partes decimæ, quæ valent ad firmam XL libras. Rector, quartam partem, cum altalagio. Valet XL libras.

Ecclesia Sancti Petri de Bosco. Patronus, abbas [Montis] Sancti Michaelis, et
D percipit ibi duas partes decimæ, quæ vale[n]t LX libras. Rector, tertiam partem, cum altalagio. Et valet XL libras.

Ecclesia Sancti Salvatoris. Patronus, abbas Montis Sancti Michaelis, et percipit omnes decimas et medietatem sepulturarum, quæ valent C libras. Rector percipit ibi residuum. Et valet XXV libras.

E Ecclesia Sanctæ Mariæ de Castro. Patronus, abbas Montis Sancti Michaelis, et percipit ibi omnes decimas, quæ valent III.C libras; item medietatem sepulturarum. Et rector, residuum. Valet XL libras.

Ecclesia de Valleria. Patronus, abbas Montis Sancti Michaelis, et percipit ibi omnes majores decimas, quæ valent LX libras; item medietatem sepulturarum.
F Rector percipit residuum, altalagium solum. Valet L libras.

Ecclesia de Bellusa. Patronus, abbas de Blanca Landa. Abbas Majoris Monasterii percipit ibi duas partes decimæ. Abbas de Blanca Landa, tertiam. Et rector percipit altalagium solum. Valet XXXV libras. — Anno[1] XLIX° ista ecclesia collata fuit fratri Henrico, canonico de Blanca Landa, pro eo quia non reperiebantur secula-
G res qui ad ipsam essent ausi accedere, et hoc de gratia speciali. Actum die Ascensionis XXI die Maii[a]. [a] 21 Maii 1349.

Ecclesia Sancti Cugnalis. Patronus, abbas Cæsaris Burgi. Valet XXX libras. Episcopus Abrincensis percipit ibi unam portionem decimæ, quæ valet circiter VI libras.

Ecclesia de Serco. Patronus, episcopus Constantiensis. Episcopus Abrincensis
H percipit ibi duas partes decimæ, quæ valet circiter XIIII libras. Et rector percipit tertiam partem et altalagium. Et valet annis communibus XL libras.

ARCHIDIACONATUS DE COSTANTINO.

DECANATUS DE VALONIIS.

Ecclesia de Tylia[2]. Patronus, abbas Cæsaris Burgi. Rector percipit omnia. Et
J valet IIII.XX libras.

Ecclesia de Sausemesnillo[3]. Patronus, abbas Montis Burgi; percipit duas garbas. Rector, tertiam, cum altalagio, et habet manerium in elemosina. Et valet XXX libras. Magdalena Rothomagensis (Domus Dei est), XXII libras. Abbas[4] Montis Burgi, XXX libras.

K Ecclesia de Tamervilla. Patronus, Guillelmus de Tamervilla, qui percipit cum participibus suis duas garbas in antiquis feodis. Rector, tertiam per totam parro-

[1] *Hæc annotatio deest in apographis Gerv. et Mesn.*

[2] Le Theil, Saussemesnil, Tamerville, Huberville, Montaigu-la-Brisette, Saint-Germain-de Tournebu, le Vicel, la Pernelle, Rideauville, Saint-Vast-la-Hougue, Quettehou, Morsalines, Grenneville, Aumeville, Crasville, Videcoville, Octeville l'Avenel, Hautmoitier, Englesqueville-Lestre, Tourville-Lestre, Quinéville, Ozeville, Saint-Martin-d'Audouville, Vaudreville, Sainte-Marie-d'Audouville, Saint-Floscel, Montebourg, Écausseville, Éroudeville, le Ham, Hémévez, Sortoville près Valognes, Flottemanville-au-Bocage, Saint-Cyr, Alleaume, Saint-Malo-de-Valognes, Sainte-Croix-au-Bocage, Teurthéville-au-Bocage.

[3] *Cod. Const. et utramque apogr.* Sausemello.

[4] *Vocem* abbas, *quæ in cod. Const. et in utroque apogr. deest, supplevimus.*

chiam, et in novalibus totum, cum altalagio et elemosinis, quæ valent circiter A
II quarteria frumenti et I quarterium avenæ, et in terra custoriæ[1] VII solidos. Et
valet L libras.

Ecclesia de Hubervilla. Patronus, episcopus. Canonicus percipit ibi quinque
portiones garbarum. Vicarius, sextam, et reddit inde canonico IIII libras turonen-
sium. Item percipit vicarius elemosinas, quæ valent II quarteria frumenti, VI soli- B
dos turonensium, III panes, III gallinas, cum clausulo juxta cimiterium. Abbas
Sancti Laudi percipit quintam decimam garbam totius decimæ. In novalibus per-
cipit capitulum Constantiense duas garbas; canonicus et vicarius et abbas, tertiam,
cum aliis, ut dictum[2], dividendum. Et valet pro vicario XXX libras. Abbas Sancti
Laudi, XV libras. C

Ecclesia de Monte Acuto. Patronus, Henricus de Ansnevilla; percipit medieta-
tem garbarum per totum, exceptis novalibus, quæ pertinent ad capitulum Cons-
tantiense et abbatem de Troaz. Rector, aliam medietatem, cum altalagio et elemo-
sinis, in quibus suum manerium juxta capellam Sancti Leonardi et ipsa capella
sedet. Et valet L libras. D

Ecclesia Sancti Germani de Tornebusc. Patronus, abbas Sancti Salvatoris; per-
cipit duas garbas. Rector, tertiam, cum altalagio et elemosinis et manerio et prato,
et continent circiter IX virgatas, et in hominibus VI solidos, IIII panes, IIII gallinas,
XL ova. Et valet XLIX libras. Abbas Sancti Salvatoris, LXX libras.

Ecclesia de Visel. Patronus, abbas Exaquii. Rector percipit omnia, exceptis E
XII solidis, quos percipit abbas ratione pensionis occultæ per manum rectoris;
et habet rector elemosinas, circiter III acras, et manerium intus. Et valet XLVIII li-
bras. Abbas de Exaquio, XII libras.

Ecclesia Sanctæ Petronillæ. Patrona, domina de Ourevilla; percipit duas garbas.
Rector, tertiam, cum altalagio et elemosinis valentibus circiter VII bussellos fru- F
menti, III panes, II gallinas et XX solidos in hominibus apud Anfrevillam in re-
compensatione oblationum capellæ de Ourevilla. Et valet LXV libras. Abbas Cæsaris
Burgi XIII libras.

Ecclesia de Redauvilla. Patronus, Ricardus de Curcie, miles. Rector percipit
omnia, et sunt ibi elemosinæ pertinentes eidem, quæ valent circiter XX bussellos G
frumenti, VI bussellos avenæ, XII gallinas et I caponem, VIII panes, XX ova, III soli-
dos. Et valet XXXII libras.

Ecclesia Sancti Vedasti. Patronus, abbas Fiscannensis, vel Johannes Picot, du-
bium est quis istorum. Rector percipit tertiam garbam in beneficio, et tertiam in
laicali feodo; aliam tertiam percipiunt participes ejus. Item rector percipit totum H
altalagium, et IIII acras elemosinæ in parrochia de Ridauvilla, et in parrochia
Sancti Vedasti dimidiam acram prati, II bussellos frumenti, I panem, I gallinam,
VI solidos, II panes, II capones, et manerium juxta ecclesiam in elemosina. Et
valet IIII.XX.X libras. Camerarius Fiscannensis, XL libras.

Ecclesia de Katehumo. Patronus, abbas Fiscannensis; percipit duas garbas. J
Capitulum Constantiense, tertiam, et reddit rectori, qui percipit totum altalagium,
VII quarteria frumenti, et abbas debet reddere XIIII.....[3] Et valet L libras. Abbas
Fiscannensis, exemptus, C libras.

Ecclesia de Morsalines. Patronus, prior de Sancto Cosma. Abbas Montis Burgi
percipit medietatem omnium garbarum, et consuevit inde reddere X solidos priori K
de Sancto Cosma. Item alterius medietatis percipit dictus abbas duas partes, et
reddit inde dicto priori XXX solidos. Prior de Regis Villa percipit tertiam garbam
dictæ medietatis. Vicarius percipit altalagium, cum manerio sito in elemosina. Et
valet XL libras. Abbas Montis Burgi, XXX libras. Abbas de Troalno, X libras. Prior
de Sancto Cosma[4]..... L

Ecclesia de Guelinevilla. Patronus, Th. de Pert, miles. Rector percipit omnia.
Et valet XL libras.

Ecclesia de Almevilla. Patronus, abbas Exaquii. Rector percipit omnia; reddit

[1] *Apogr. Gerv. et Mesn.* custodiiæ.
[2] *Subaud.* est.
[3] *Lacuna in codd.*
[4] *Numerus cod. Const. et utroque apographo abest.*

A inde abbati L solidos. Item percipit rector II bussellos avenæ, XVIII denarios, II pa-
nes, II gallinas, XX ova. Et valet XL libras.

Ecclesia de Crasvilla. Patronus, archidiaconus loci; percipit duas garbas. Rec-
tor, tertiam, exceptis terris quæ retractæ fuerunt de Guelinevilla, in quibus per-
cipit archidiaconus totum. Et valet XL libras.

B Ecclesia de Videcovilla. Patronus, Ricardus Mansel, miles. Rector percipit om-
nia, et in elemosinis circiter VI virgatas terræ, et manerium in quo manet, III bus-
sellos frumenti, II panes de [uno] turonensi[1], II capones. Et valet XX libras.

Ecclesia de Otevilla. Patronus, abbas Blanchæ Landæ, de duabus garbis. Epi-
scopus Constantiensis, de tertia, quam percipit vicarius, cum altalagio et elemosi-
C nis, quæ ibi sunt multæ. Et valet LXX libras.

Ecclesia de Hegalter. Patronus, heres Nicholai de Lestria. Rector percipit omnia,
et manerium in elemosina, circiter IIII acras in terris elemosinæ, et XXX bussellos
frumenti, XX panes, XX gallinas, II.C ova, XVI solidos, VIII denarios, de quibus
tenetur invenire luminare ceræ et olei, et reparare sararecta[2] ecclesiæ. Item per-
D cipit in parrochia de Audovilla quandam decimam, quæ valet circiter XIIII quar-
teria avenæ. Et valet XXX libras.

Ecclesia de Anglica Villa. Patronus, abbas Blanchæ Landæ; percipit omnia, et
facit deserviri per canonicos suos. Et valet XL libras. Abbas de Blanca Landa,
IIII.XX.X libras.

E Ecclesia de Tortevilla. Patronus, Radulfus de Telleio. Rector percipit omnia, et
habet elemosinas valentes circiter VI quarteria, IIII rasa avenæ, II quarteria fru-
menti, XIIII panes trium obolorum, XIIII gallinas[3], VII.XX ova et III solidos; item
pro decima molendini domini, circiter XXX solidos. Et valet XXII libras.

Ecclesia de Kinelvilla. Patronus, Ricardus de Curccio. Rector percipit omnia,
F exceptis duabus garbis duarum vavasoriarum, in quibus percipit abbas Sancti
Wandrigisili duas garbas. Et valet LV libras. Abbas Sancti Wandrigisili[4].....

Ecclesia de Osonsvilla. Patronus, Bernardus de Humeto. Rector percipit omnia.
Et valet L libras.

Ecclesia Sancti Martini de Audovilla. Patronus, Guillelmus Burnouf. Rector
G percipit omnia. Et valet XXIII libras[5].

Ecclesia Sanctæ Basiliæ. Patronus, abbas Sancti Salvatoris. Rector percipit omnia
in elemosinis, decimis et altalagio.

Ecclesia Sanctæ Mariæ[6] de Audovilla. Patronus, Symon, filius Guillelmi de Audo-
villa. Rector percipit omnia. Et valet XXIII libras.

H Ecclesia Sancti Flocelli. Patronus, abbas Montis Burgi, cum abbate de Bauquer-
villa, et præsentant alternis vicibus; percipiunt omnes garbas. Vicarius altala-
gium. Vicaria est minus sufficiens. Et habet[7] vicarius neccesse celebrare bis in
septimana in capella leprosariæ de Arondevilla. Et valet XXV libras. Abbas de Bau-
quervilla, XL libras. Abbas Montis Burgi[8].....

J Ecclesia de Montis Burgo. Patronus, abbas; percipit omnes garbas. Duo vicarii
qui sunt ibi percipiunt altalagium solum. Et valet pro Johanne XX libras. Item
pro Philippo, XX libras. Abbas ejusdem loci.....[9].

Ecclesia de Escaulevilla. Patroni, canonici Lexovienses[10], vel abbas Sancti Sal-
vatoris, super quo fit contentio inter ipsos. Dictus abbas percipit tertiam garbam.
K Dicti canonici, tertiam; et rector, tertiam, cum altalagio et clauso et manerio
juxta cimiterium. Et valet XXXII libras. Canonici Lexovienses, XVIII libras.

Ecclesia de Arondevilla. Patronus, Robertus de Haia. Rector percipit omnia.
Et valet LX libras.

Ecclesia de Hamo. Patronus, abbas Sancti Petri Carnotensis; percipit duas gar-

[1] *Cod. Const.* II panes de (*locus vacuus*) turon. *Apogr. Gerv. et Mesn.* II panes, II capones.

[2] *Fort. vox corrupta.*

[3] *Cod. Const.* XIII gallinas.

[4] *Numerus in cod. Const. et in utroque apographo desideratur.*

[5] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* XL libras.

[6] *Voces* Sanctæ Mariæ *cod. Const. absunt.*

[7] *Vox* habet *in cod. Const. omissa.*

[8] *Numerus abest.*

[9] *Numerus in codd. omissus.*

[10] *Liber Albus* Undecim canonici de ecclesia Lex.

bas per totam parrochiam. Vicarius, tertiam, et medietatem altalagii. Et valet pro A
vicario XVII libras. Prior ejusdem loci, IIII.XX libras.

Ecclesia[1] de Anslevilla. Patronus, abbas Montis Burgi; percipit duas garbas.
Vicarius, tertiam cum altalagio, et tribus virgatis terræ, et manerio juxta cimiterium. Et valet XXXII libras.

Ecclesia de Sortouvilla. Patroni, abbates Montis Burgi et Sancti Salvatoris, et B
præsentant alternis vicibus. Rector percipit omnia, reddens inde[2] cuilibet abbati
unam minam frumenti, videlicet furtiva pensione. Et habet manerium in elemosina, cum dimidia acra terræ. Et valet LX libras[3]. Abbas Sancti Salvatoris,
X libras.

Ecclesia de Flotemanvilla. Patronus, Guillelmus de Montibus, miles. Rector per- C
cipit omnia. Et valet IIII.XX libras, C solidos.

Ecclesia Sancti Cirici. Patronus, abbas Montis Burgi; percipit medietatem garbarum. Rector aliam medietatem, cum altalagio et elemosinis presbiteratui pertinentibus, in quibus constructa est grangia abbatis, et tenetur excambiare. Et valet
XXXV libras. Abbas Montis Burgi, XXVIII libras. D

Ecclesia Sanctæ Mariæ l'Aleaume. Patronus, rex. Episcopus Constantiensis percipit duas garbas. Rector, tertiam, cum elemosinis. Et valet cum capella LXX libras.

Ecclesia Sancti Macuti. Patronus, rex. Episcopus similiter percipit duas garbas.
Rector, tertiam, cum elemosinis et manerio, cum clauso adjacenti et cum capella
de manerio regis. Et valet LXVIII libras. E

Ecclesia Sanctæ Crucis juxta Montem Acutum. Patronus, episcopus Constantiensis. Rector percipit[4] omnia. Et valet XXIII libras.

Ecclesia de Torquetelvilla. Patronus, Nicholaus[5] de Fontibus, de tertia garba
et altalagio, quæ omnia percipit Robertus de Feugeroles, rector ecclesiæ, cum[6]
elemosinis quæ valent.....[7]. Abbas Blanchæ Landæ, duas garbas. Et valet IIII.XX.X F
libras. Abbas de Blanca Landa, IIII.XX libras.

DECANATUS DE PLANO.

Ecclesia de Joganvilla[8]. Patronus, Rogerus de Joganvilla, miles, in feodo de
Curceio. Item in feodo de la Jenerie[9], patronus Radulfus Paisant et ejus participes.
Item in feodo Guillelmi Jogani, patronæ filiæ Rogeri de Toclevilla. Et valet pro G
Roberto XXXIII libras, X solidos. Item, pro alia parte, XXI libras.

Ecclesia de Freevilla. Patronus, abbas Sancti Salvatoris; percipit tertiam garbam. Canonici Lexovienses, tertiam. Rector, tertiam. Et valet LX libras. Canonici
Lexovienses, cum firma de Escaulevilla[10], L libras.

Ecclesia de Amondevilla. Patronus, abbas Montis Burgi; percipit duas partes H
duarum garbarum. Berimus percipit tertiam partem ipsarum. Rector percipit tertiam garbam totius parrochiæ, cum altalagio. Et valet XL libras. Abbas Sancti
Vandregisili XVII libras. Item pro alia parte, XVIII libras. Abbas Montis Burgi,
XXXVI libras.

Ecclesia de Asevilla. Patronus, Gaufridus, persona ejusdem; percipit omnia. Et J
valet L libras.

Ecclesia de Fonteneio. Patronus, abbas Cerasiensis[11] in solidum, et percipit
duas garbas in feodo de Monte Fiquet; rector, tertiam. In feodo de Sancto Maculfo
percipit dictus abbas medietatem, et abbas Sancti Vandrigisili, medietatem; rector
nichil. Item in feodo Sancti Vandrigisili percipit ipse abbas dicti loci duas garbas, K
quæ valent circiter VII libras; rector, tertiam. Item in feodo Porte et feodo Ricardi

[1] *Hæc clausula in cod. Const. deest.*
[2] *Vox* inde *in codice Const. desideratur.*
[3] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* XL libras.
[4] *Vox* percipit *in cod. Const. omissa.*
[5] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* Richardus.
[6] *Vocem* cum, *quæ in codicibus deest, supplevimus.*
[7] *Lacuna in codicibus.*
[8] Joganville, Fréville, Émondeville, Azeville, Fontenay, Ravenoville, Foucarville, Saint-Germain-de-Varreville, Saint-Martin-de-Varreville, Saint-Marcouf, Audouville, Beuzeville-au-Plain, Turqueville, Bouteville, Hiéville, Carquebu, Blosville, Houesville, Liéville, Saint-Côme-du-Mont, Augoville-au-Plain, Brucheville, Poupeville à Sainte-Marie-du-Mont, Addeville à Saint-Côme-du-Mont, l'Ile-Marie, Écoqueneauville.
[9] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* Jeuerie.
[10] *Vide supra*, p. 521 jk.
[11] *Cod. Const.* Serasiensis.

A Sirot percipit rector omnes garbas, cum toto altalagio. Sed notandum quod in feodo Sancti Maculfi percipit rector Sancti Maculfi decimas minutas, exceptis anseribus et porcellis. Et valet IIII.XX.X libras. Abbas Sancti Vandrigisili[1] . . . . .

Ecclesia de Ravenouvilla. Patronus, abbas de Blanca Landa; percipit omnes garbas. Rector, altalagium totum et terras elemosinæ. Et valet XXX libras. Abbas de
B Blanca Landa, VI.XX libras.

Ecclesia Sancti Laudi de Foucarvilla. Patronus, abbas Sancti Vandrigisili; percipit duas garbas per totum, excepto feodo franco quod dicitur le Hamel, et feodo aus Reis[2], et feodo de Hospitali, ubi rector percipit totum, et alibi tertiam garbam, cum altalagio. Et valet XL libras. Abbas Sancti Vandrigisili, XXXIII libras.

C Ecclesia Sancti Germani de Varrenvilla. Patronus, episcopus Constantiensis. Abbas Sancti Vandrigisili percipit duas garbas in masuris sub[s]criptis, videlicet in masura Th. Ravengier, in masura Guillelmi Taisson, in masura aus Saillanz, aus Peleis, aus Gocelins, filiorum Petri et in masura Neel[3]. Rector percipit tertiam garbam in dictis feodis, et alibi omnes garbas, cum altalagio. Et valet XLV libras.

D Ecclesia de Varrenvilla. Patronus, abbas Sancti Vandrigisili et Petrus de Varrenvilla, scutifer, quilibet pro medietate. Et percipit dictus abbas duas garbas per totam parrochiam, exceptis bordagiis, dominicis, exartis gardinorum; ibi percipiunt rectores omnes garbas, et alibi tertiam, cum altalagio. Et valet pro Rogero XXXV libras. Item pro Guillelmo, XXXV libras.

E Ecclesia Sancti Maculfi. Patronus, abbas Cerasiensis; percipit medietatem garbarum, et abbas Sancti Vandrigisili medietatem per totum. Rector, totum altalagium, et XX quarteria ordei in portione abbatis Cerasiensis. Et debet idem abbas invenire et pagare de suo proprio magistrum operis sive carpentaturæ seu cementariæ, quotiens neccesse in ecclesia fuerit operari. Et valet XXXIII libras. Abbas
F Sancti Vandrigisili, pro redditibus totius dyocesis, XIII.XX libras[4].

Ecclesia de Audouvilla. Patronus, Nicholaus de Audouvilla; percipit duas garbas in feodo suo, et in feodo Basset et quibusdam aliis feodis. Rector percipit tertiam per totam parrochiam, et in novalibus totum. Abbas Sancti Vandrigisili percipit duas garbas in aliis feodis, ubi non percipit dictus Nicholaus. Et valet XXXV libras.
G Domus Dei de Sancto Laudo, XV libras. Abbas Sancti Vandrigisili, XXII libras.

Ecclesia de Bosevilla. Patronus, Bernardus de Humeto, miles. Rector percipit omnia. Et valet XLV libras.

Ecclesia de Torclevilla. Patroni, abbates Montis Burgi et Sancti Salvatoris. Et percipit abbas Montis Burgi tres garbas per totam parrochiam; sed una dictarum
H trium garbarum spectat ad vicariam, quæ est minus sufficiens. Abbas Sancti Salvatoris percipit quartam garbam per totam parrochiam. Et valet XVIII libras. Prior de Virandevilla, XL libras, X solidos. Abbas Montis Burgi, IIII.XX libras.

Ecclesia de Boutevilla. Patroni, abbates Sancti Salvatoris et Sancti Laudi. Rector pro portione abbatis Sancti Salvatoris percipit omnia in dicta portione, et reddit
J dicto abbati VII quarteria frumenti. Et pro portione abbatis Sancti Laudi rector similiter percipit omnia, et reddit dicto abbati XX solidos. Et valet pro Roberto XXIX libras. Item, pro alia parte, XV libras. Abbas Sancti Laudi, XX libras. Abbas Sancti Salvatoris, XX libras.

Ecclesia de Hevilla. Patronus, abbas de Ceraseio; percipit duas garbas. Rector,
K tertiam, cum toto altalagio. Et valet XXXV libras. Abbas de Ceraseio, LXX libras.

Ecclesia de Querquebu. Patronus, rex. Rector percipit omnia, excepto feodo Vac, in quo magister Ricardus dictus Anglicus percipit omnes garbas, nomine prioratus Sancti Cosmæ. Et valet VIII.XX.X libras. Abbas de Blanca Landa, IIII libras.

Ecclesia de Blovilla. Patronus, abbas Blanchæ Landæ; percipit duas garbas.
L Rector, tertiam. Et valet XXX libras. Abbas de Blanca Landa, duas garbas.

Ecclesia de Hoivilla. Patronus, dominus de Sancto Salvatore. Rector percipit omnia, exceptis feodis de Auxeis et Rogeri de Hoivilla. In feodo enim de Auxeis percipit dictus abbas duas garbas; magister Ricardus Anglicus, tertiam. In feodo

[1] *Numerus in codicibus deest.*
[2] *Apogr. Gerv.* Ausceis. *Apogr. Mesn.* Anfreis.
[3] *Apogr. Gerv. et Mesn.* Noel.
[4] *Apogr. Gerv. et Mesn.* VIII.XX libras.

Rogeri de Hoivilla percipit similiter abbas duas garbas; rector, tertiam. Et valet A
xxv libras. Abbas Sancti Salvatoris, xl libras.

Ecclesia de Levilla. Patronus, abbas Sancti Salvatoris; percipit duas garbas. Rector, tertiam. Et valet pro Ricardo xx libras. Abbas Sancti Salvatoris, xxxiiii libras.

Ecclesia de Sancto Cosma. Patronus, abbas de Clignie[a]; percipit omnes garbas. B
Vicarius consuevit percipere totum altalagium, et habebat præbendam equo suo. Et valet pro vicario xxx libras. Persona ejusdem loci, iiii.xx libras[1]. Abbatissa de Cadomo, lxiiii libras.

[a] Cluni.

Ecclesia de Ansgovilla. Patronus, episcopus Constantiensis. Abbas Blanchæ
Landæ percipit duas garbas. Rector, tertiam. Et valet xx libras. Abbas de Blanca C
Landa, xxx libras.

Ecclesia de Buschiervilla. Patronus, abbas Sancti Salvatoris de tertia garba et altalagio, in litigio tamen. Duarum garbarum patronus episcopus Constantiensis. Rector percipit tertiam, cum altalagio. Et valet lxxv libras. Prior de Bello Monte[2],
xx libras. D

Ecclesia de Poupevilla.

Ecclesia de Audevilla. Patronus, rex[3].

Ecclesia de Houme. Patronus, abbas Sancti Salvatoris. Rector percipit omnia. Et valet viii libras.

Ecclesia de Escogernesvilla. Patronus, abbas Montis Burgi; percipit duas garbas. E
Rector, tertiam. Et valet xxii libras. Abbas Montis Burgi, xxx libras.

DECANATUS DE ORGLANDRIS[4].

Ecclesia de Radulfi Villa[5]. Patronus, abbas Montis Burgi; percipit omnes garbas. Rector percipit altalagium et xii quarteria ordei, xii quarteria avenæ in
grangia abbatis, cum altalagio, elemosinis, et manerium intus. Et valet l libras. F

Ecclesia Sanctæ Columbæ. Patronus, abbas Montis Burgi; percipit omnes garbas. Vicarius percipit altalagium, v quarteria ordei, v quarteria avenæ in grangia abbatis, et xii quarteria frumenti pro decima molendinorum domini de Nigelli Humo, et elemosinas valentes circiter l solidos, cum manerio. Et valet xx libras.
Abbas Montis Burgi, lxx libras. G

Ecclesia de Golevilla. Patronus, abbas Montis Burgi; percipit duas garbas per totum, excepto feodo de Riveriis, ubi capella domini de Riveriis percipit. Rector percipit tertiam per totam parrochiam, cum altalagio et elemosinis et manerio juxta cimiterium. Et valet xxx libras. Abbas Montis Burgi, xxviii libras.

Ecclesia de Crovilla. Patronus, Petrus Boudet, miles. Rector percipit omnia et H
elemosinas valentes xxiii bussellos frumenti, vi capones, x panes, vi.xx ova. Et valet xlv libras.

Ecclesia de Bona Villa. Patronus, Guillelmus de Ussie, tertiæ garbæ et altalagii. Aliam tertiam percipit Robertus de Sancto Germano, et aliam tertiam per-
cipit capitulum Constantiense. Rector percipit illam tertiam de qua patronus est J
dictus Guillelmus, miles, cum elemosinis et altalagio. Et valet xl libras. Capitulum Constantiense xx libras.

Ecclesia de Runevilla. Patronus, abbas Blanchæ Landæ. Rector percipit omnia, et circiter v acras[6] terræ elemosinæ. Et valet xxviii libras.

Ecclesia de Magnevilla. Patronus, prior de Bello Monte in Augia; percipit duas K
garbas. Rector, tertiam, cum altalagio et elemosinis, quæ valent circiter xx bussellos frumenti, et ii quarteria frumenti pro capella manerii de Magnevilla. Et

[1] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* xiii.xx libras.

[2] *In Algia, Lexov diœc.*

[3] *Liber Albus :* In parrochia de Sancto Cosma sunt duæ capellæ, prima a longo tempore fundata in territorio de Adevilla, cujus rex Franciæ seu dux Normanniæ est patronus.

[4] *Cod. hic et infra* Orglandr. *adjecta compendii nota.*

[5] Rauville-la-Place, Sainte-Colombe, Golleville, Crosville, la Bonneville, Régneville, Magneville, Négreville, Yvetot, Morville, Colomby, Biniville, Hauteville près Orglandes, Urville près Orglandes, Orglandes, Gourbesville, Amfreville, Cauquigny (c^ne d'Amfreville), Picauville, Étienville.

[6] *Apogrr. Gerv. et Mesn.* et quatuor acras.

A valet lx libras. Abbas de Sancta Katerina Rothomagi[1], lx libras. Prior de Bello
Monte, xxxviii libras. — Capella Sancti Paterni in dicta parrochia. Patronus, Guil-
lelmus de Riveriis, miles. Et valet x libras.

Ecclesia de Esnerguevilla. Patronus, abbas de Longis; percipit omnes garbas.
Rector, altalagium totum, et circiter iiii libras. Et valet xx libras. Abbas de Longis,
B lx libras.

Ecclesia de Yvetot. Patronus episcopus Constantiensis altalagii, quod percipit
vicarius. Canonicus percipit duas garbas pro præbenda sua. Abbas Sancti Laudi
percipit decimam dictarum garbarum. Archidiaconus percipit tertiam garbam,
cum elemosinis. Et valet xlii libras. Abbatissa de Cadomo xix libras.

C Ecclesia de Morevilla. Patronus, abbas Sancti Salvatoris, pro portione Nicholai
de Morevilla, rectoris ejusdem, qui percipit medietatem garbarum, cum altalagio.
Fratres Domus Dei Constantiensis percipiunt aliam medietatem garbarum. Et valet
lii libras. Item pro vicario Domus Dei Constantiensis, xv libras.

Ecclesia de Columbeio. Patronus, abbas Montis Burgi, pro medietate, et percipit
D duas garbas in portione sua. Rector illius portionis percipit tertiam, cum altalagio.
Guillelmus de Riveriis, patronus pro alia medietate. Rector illius percipit omnia.
Et valet iiii.xx libras pro Johanne; item pro Nicholao, xxv libras. Abbas Montis
Burgi, xl libras.

Ecclesia de Bernevilla. Patronus, Rogerus de Karentot, tertiæ garbæ, cum alta-
In abbatia Sancti Salvatoris Vicecomitis visitat, procurationem percipit. Et valet
ad taxationem decimæ M.LXXVI libras, XVIII turonenses. B

In abbatia Cæsaris Burgi visitat et procurationem percipit. Et valet ad taxationem decimæ IX.C.LIII libras, X solidos, VI turonenses.

In abbatia Montis Burgi visitat et procurationem percipit[1]. Et valet ad taxationem decimæ II.M.II.C.VII libras, XIII solidos.

In prioratu Sancti Fromondi visitat et procurationem percipit. Et valet ad taxa- C
tionem decimæ III.C.LX libras.

In prioratu de Bloeteria visitat et procurationem percipit, si dictæ domus sufficiant facultates. Et valet ad decimam VIII.XX.X libras.

In prioratu Sancti Paterni visitat et procurationem [percipit]. Et valet ad taxa-
tionem decimæ XI.C libras. D

In prioratu de Marchesiex visitat et procurat[ionem percipit]. Et valet ad taxationem decimæ II.C libras[2].

In prioratu de Sanctineyo visitat et procurationem [percipit]. Et valet ad taxationem decimæ II.C libras.

In prioratu Sancti Georgii de Bohonnio procurationem percipit. Et valet ad E
decimam IIII.C libras.

In prioratu Sancti Cosmæ. Et valet ad taxationem decimæ XIII.XX libras.

In prioratu Sancti Germani super E visitat, et per compositionem factam pro
procuratione debet percipere C solidos turonensium, et ultra hoc prior debet libe-
rare fenum vel herbam pro equis domini episcopi et totius familiæ, item forra- F
riam pro lectis et leteriam pro equis, item vasa coquinæ et scutellas ligneas et
carbones et ligna et generaliter omnia, exceptis escis, potibus et avena pro equis,
pro quibus tribus solvit C solidos antedictos. Et valet ad taxationem decimæ XII.XX
libras.

In prioratu de Vauvilla visitat et procurationem [percipit]. Et valet ad taxationem G
XII.XX.VI libras, II solidos[3].

In prioratu de Heauvilla procurationem percipit. Et valet ad decimam[4].....

In prioratu Sancti Germani in Hagua, et pro procuratione percipit L solidos turonensium. Et valet ad decimam LV libras.

In prioratu Sanctæ Helenæ visitat, et pro procuratione percipit L solidos turo- H
nensium. Et valet ad taxationem decimæ LX libras.

In prioratu de Hamo visitat, et pro procuratione percipit XL solidos. Et valet ad decimam C libras.

In prioratu Sancti Nicholai de Bosco Rogeri visitat, et pro procuratione perci-
pit L solidos turonensium. Et valet ad decimam IIII.XX libras. J

In domo hospitalis Sancti Johannis Ierosolimitani procurationem percipit apud Villam Dei, et visitat ecclesiam ejusdem villæ, et valet ad decimam[5]......

In parrochia de Brehal visitat et procurationem accipit super abbatiam de Hambeya.

In parrochia de Quetehou visitat, et tres partes procurationis solvit abbas Fis- K
cannensis, et rector ejusdem ecclesiæ solvit quartam.

In parrochia de Tribehou visitat et procurationem percipit super abbatiam de Hambeya.

In parrochia de Tollavilla visitat, et procurationem percipit super capitulum
Constantiense. L

In parrochia de Piris visitat et procurationem percipit super abbatiam Sancti Taurini Ebroicensis.

[1] *Vox* percipit *in codd. omissa, hic et infra.*
[2] *Apogr. Mesn.* 900 libras.
[3] *Apogr. Mesn.* 146 lib. 2 sol.
[4] *Numeri desunt tum in cod. Const. tum in apographo Mesn.*
[5] *Ibidem numerus omissus.*

A In Domo Dei de Barbaro Fluvio[1] visitat et procurationem percipit pro media parte super curatum parrochiæ, qui est canonicus de Cæsaris Burgo. Aliam autem medietatem accipit super xviii libras annui redditus, quas ibidem percipit capitulum ecclesiæ Constantiensis[2]. Et si xviii libræ pro sua medietate penitus expendantur, nichil solvit capitulo; si autem pars remaneat, capitulo tenetur solvere
B illam partem remanentem. Et si contingeret aliquo anno episcopum a dictæ domus visitatione cessare, dictus prior illo anno dictas xviii libras integre capitulo solvere teneretur.

In Domo Dei de Cast[r]o Viriæ consuevit episcopus anno quolibet visitare, quia dictæ domus ordinatio, prioris institutio et destitutio ad ipsum pertinet; sed
C propter tenuitatem fructuum dictæ domus, procurationem suam solvere consuevit.

In abbatia Sanctæ Trinitatis de Cadomo procurationem percipit annuatim penes moniales[3].

CAPA DOMINI CONSTANTIENSIS EPISCOPI.

ARCHIDIACONATUS CONSTANTIENSIS.

D Decanus christianitatis, vii l. Decanus de Piris, vi l. xiiii s. Decanus de Cenilleyo, vi l. iiii s. Decanus de Cerenciis, cx s. Decanus de Sancto Paterno, vii l. x s. Somma : xxxii l. xviii s.

ARCHIDIACONATUS VALLIS VIRIÆ.

Decanus de Sancto Laudo, xxxii s. Decanus de Humeto, iiii l. vi s. Decanus de
E Perceyo, cxiiii s. Decanus de Talvenda, lxxvii s. x d. Decanus de Mombreyo, lxxii s. x d. Decanus de Gavreyo, vii l. iii s. Somma : xxvi l. v s. viii d.

ARCHIDIACONATUS DE COSTENTINO.

Decanus de Hagua, cxi s. vi d. Decanus de Podiis, vi l. vi s. Decanus de Sara, lxxviii s. Decanus de Valoniis, vi l. vi s. Decanus de Plano, cxvi s. Decanus de
F Orglandres, ciii s. Somma : xxxiii l. vi d.

ARCHIDIACONATUS DE BAPTESIO.

Decanus de Karentonio, c s. Decanus de Baptesio, lxx s. Decanus Sancti Salvatoris Vicecomitis, lxxii s. Decanus de Haya Putei, lxxix s. vi d. Decanus de Barnevilla, iiii l. vii s. Somma : xx l. ix s. vi d.

G Somma totius valoris capæ episcopi secundum compotos Vy. de Castro[4] : cxii l. xiii s. viii d.

iiii.c.xl l.[5] Dominus episcopus Constantiensis.

Communicarius Constantiensis solvit pro decima unius anni viii.xx.xvii libras, xii solidos, iiii denarios.

H x l. Præbenda de Blainvilla pro cantore.
x l. Archidiaconus de Constantiis.
xl l. Archidiaconus de Costentino.
xiiii l. Archidiaconus de Valle Viriæ.
xi l. Archidiaconus de Baptesio.
J ix l. Præbenda de Quibouc, pro Petro de Narbona.
ix l. Præbenda de Quibouc, pro Theobaldo.

[1] *Apogr. Mesn.* de Barbefluto.
[2] *Vide supra*, p. 531 kl.
[3] *Huc usque apographum Mesn. Cætera nobis suppeditavit unus codex Constantiensis.*
[4] *Fort. pro* Vyncentii de Castro.
[5] *In subsequenti indice annotatæ sunt summæ quæ ab episcopo et a singulis ecclesiæ Constantiensis canonicis pro decima unius anni solvebantur.*

VIII l. Præbenda de Quibouc, pro Ricardo. A
IX l. Præbenda Constantiensis, pro Ægidio.
IX l. Præbenda Constantiensis pro Guillelmo.
IX l. Præbenda Constantiensis, pro Gaufrido.
VII l. X s. Præbenda de Manseleria, pro Alberto.
VIII l. Præbenda de Manseleria, pro G. de Astuta Villa[1]. B
X l. Præbenda de Manseleria, pro cardinali.
IIII l. X s. Præbenda de Sancto Sansone, pro Gaillardo.
XX s. Præbenda de Sancto Ægidio, pro Radulfo Gruier.
XX s. Præbenda de Sancto Ægidio, pro alio.
X l. Præbenda de Treleio, pro Alano. C
L s. Præbenda de Treleio, pro Bletona.
XL s. Præbenda de Treleio, pro alio.
IX l. Præbenda de Ingronia, pro Petro de Hambal.
VIII l. Præbenda de Sancto Laudulo, pro pœnitentiario.
VII l. Præbenda de Mulevilla, pro Galvano[2]. D
X l. Præbenda de Mulevilla, pro Ra[d]ulfo.
X l. Præbenda de Eurevilla, pro archidiacono de Baptesio.
LX s. Præbenda de Sancto Salvatore, pro archidiacono Vallis Viriæ.
VI l. Præbenda de Cæsaris Burgo, pro thesaurario.
X l. Præbenda de Bernevilla, pro Petro. E
XVIII l. Præbenda de Hubervilla, cum scolasteria.
. . . . Præbenda de Yvetot, pro Thoma de Varesio.

In ecclesia Constantiensi sunt XXV capellaniæ, quarum XX pertinent ad collationem episcopi, videlicet capellania Beatæ Mariæ, Sancti Michaelis, Sancti Johannis
Baptistæ, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Sanctæ Marthæ, Sancti Johannis evangelistæ, F
Sancti Francisci, Sancti Ludovici pro Ricardo Caron, item Sancti Ludovici pro Johanne Behée, Sancti Dyonisii et aliorum, Sancti Bartholomæi, Sancti Andreæ, Sancti Martini, Sancti Georgii, Sancti Thomæ martyris, Sanctæ Katherinæ, Sancti Stephani, Sancti Marculphi, Sancti Spiritus, Sanctæ Trinitatis.

Dominus episcopus confert decem clericis existentibus ad matutinas in ecclesia G
Constantiensi, cuilibet unum denarium. Item totidem clericis ad primam, cuilibet unum denarium. Item confert septem clericis ad sextam existentibus cuilibet unum denarium. Item decem clericis ad nonam, cuilibet unum denarium. Item octo clericis ad missam beatæ Mariæ, cuilibet unum denarium. Item de dono et ordi-
natione bonæ memoriæ Roberti, condam Constantiensis episcopi[3], dominus epi- H
scopus confert in eadem ecclesia Constantiensi sex clericis, cuilibet sex denarios, qualibet die, videlicet ad matutinas cuilibet duos denarios, ad tertiam et missam totidem conjunctim, et ad vesperas et complectorium duos denarios similiter conjunctim.

[1] Ægidius, *al.* Gilo de Astuta Villa, *vel* Estoutevilla, *canonicus Constantiensis, annis 1321, 1330 et 1337, occurrit in chartis ecclesiæ Constantiensis.*

[2] Valvani Cibi, canonici Constantiensis, *nomen in chartis ecclesiæ Constantiensis, annis 1325 et 1330 invenimus.*

[3] *Roberti de Harcuria, 7 Martii 1315 mortui.*

NOTÆ CONSTANTIENSES.

MONITUM.

Ad calcem Ordinarii ecclesiæ Constantiensis, sæculo XIV exarati, nunc in Constantiensis episcopatus archivo asservati, occurrunt nonnullæ notæ chronologicæ, quas a quodam clerico Johannis de Esseyo, Constantiensis episcopi[a], vel fortasse ejusdem præsulis officiali, con- [a] 1251-1274
scriptas fuisse conjicimus. Illarum notarum pars quæ ad utrumque anni 1258 scacarium spectat edita est in libro cui titulus *Notices et extraits des manuscrits*[1]. Cætera, si locum ubi de canonizando beato Thoma Heliæ agitur exceperis, nundum in lucem prodierunt.

A Anno isto, scilicet M°CC°L°VIII°, in æstate non fuit æstus. Tempus messium et
vindemiarum fuit valde pluviosum et frigidum, nec blada bonæ[2] collectionis nec
vina; nec unquam retroactis temporibus tam debilia vina fuerunt, utpote non
matura, virid[i]a, turbida, male sana.
Anno sequenti, mense Aprili, fuit mortalitas maxima Parisius, et moriebantur
B homines quasi subito. Et eodem, scilicet L° nono, fecit æstum, et fuit tempes-
tuosum in multis locis, fulgura, choruscationes, grando creberrima, et in
multis locis mala multa fecit.
Item anno M°CC°L°VIII°, in scacario Cadomi post Pascha, injunctum fuit parro-
chianis de Monbrayo[3] ut redderent decimas agnellorum, tunc, dictum est, cum
C possent matre carere : qui conquerebantur ut ad hoc per episcopum compelle-
rentur, et fuerunt remissi ad episcopum. [Præsentibus][4] Fulcone Lexoviensi,
R[icardo] Abrincensi, J[ohanne] Constantiensi episcopis, P[etro] de Fontibus,
Juliano[5], militibus, Odone de Lorris, magistris scacarii, necnon et reverendo
patre O[done], archiepiscopo[6] Rothomagensi.
D Item in scacario se[quenti] responsum fuit quod nullus haberet immunitatem
vendendi nemus suum sine licito regis, nisi hic haberet super hoc chartam[7], vel
aliquam faisanciam inde faceret domino regi.
Item ibidem parrochiani de Sancto Salvatore[8] conquesti fuerunt de presbiteris
suis qui petebant ab eis panes ad Natale, decimas genestarum et alia quædam.
E Remissi fuerunt ad episcopum.
Ibidem fuit ordinatio de tabernagio cessando, et promulgata constitucio nova.
Ibidem dictum fuit quod garda regis durat per XXI annos, baronum per XX an-
nos, licet quidam contradicerent.
Item actum fuit ut duella cessarent coram rege.
F Item ibidem injunctum fuit Reginaldo de Rigido Ponte[b], ballivo regis in Costen- [b] Radepont.
tino, ut Caborellus, famosus latro[9], qui, cum captus duceretur ad carcerem, cruci
solo affixæ adhæserat, Constantiensi episcopo redderetur. Item ibidem de vendi-
cione nemorum domini Constantiensis episcopi, sine licentia regis facienda, dis-

[1] XX, II, 421-423. (Recueil de jugements de l'échiquier de Normandie au XIII[e] siècle, n. 798-812.)
[2] *Cod.* bona.
[3] Montbray, Manche, arr. Saint-Lô, c[on] Percy.
[4] *Codex habet* Remissi ad epm. Lex. c'. ff. epo. R Abricensi J. Const. episcopis.
[5] *Julianus de Peronu, qui a. 1256 in Joh. Sarraceni tabulis* (*supra*, t. XXI, p. 325 d et 349 b) *memoratur.*
[6] *Male cod.* archidiacono.
[7] *Cod.* quartam.
[8] Saint-Sauveur-Lendelin, Manche, arr. Coutances.
[9] *Cod.* Caborellum famosum latronem.

simulando pertransierunt, licet ipse venderet. Item bona cujusdam clerici conju- A
gati, etiam bigami, qui se suspendit, eidem episcopo fuerunt reddita, præsen-
tibus O[done], Rothomagensi archiepiscopo[1], Juliano milite, cum multis aliis.
Hæc gravamina non fuerunt prosecuti prælati, quia ballivus bellissime se excu-
savit, et officialis remansit confusus, quia omnia negavit se fecisse vel fieri man-
davisse ballivus. B

Et ibidem fuit facta pax inter nos[2] et dictum ballivum super eo quod edicebat
jurisdictionem viduarum ad se spectare, et tenebat Emmam[3] dictam la Hardie in
carcere occasione debiti quod coram vicecomite recognoverat, ut dicebat, et ipsam
liberavit, et remansit ecclesiæ jurisdictio viduarum, invito[4] ballivo, qui festinus
venit illuc ad prælatos congregatos, et jam consilium curiæ receperat quod non C
prosequeretur talem casum.

Ibidem pace reformata inter episcopum Constantiensem, scilicet Johannem de
Esseyo, et Raginaldum de Rigido Ponte, tunc ballivum, super quibusdam, sci-
licet de viduis quas ballivus nitebatur subtrahere jurisdictioni ecclesiasticæ, et
quibusdam crucesignatis quos idem episcopus petebat, assignata fuit dies Jovis D
13 Mart 1257. post Reminiscere[a], anno e[odem]. — Nihil actum fuit propter absentiam Abrin-
censis et Constantiensis episcoporum, et assignata fuit [dies] in crastino scacarii
instantis[5] ibidem.

Anno e[odem], fuit judicatum in scacario quod non fuerat contumax in assisia
de Valoniis[6] dominus J. Malet, quia [ejus] attornatus fuit J. de Caborc, sed mor- E
tuus fuit in via.

Item judicatum fuit quod non debeantur duo relevia [de] terris, sed dominus
debet esse contentus altero. Et no[tandum] quod molendinum debet LX solidos pro
relevio.

Et ibi respondit coram episcopis secreto magister N[icolaus] de Blavia[7] quod F
si [quis] agat contra unum de molendino, et alius[8] de actione injuriarum, pro eo
quod vocavit eum furem, et ille excipiat quod non tenetur, quia probare vult eum
esse furem, hujus modi causa est agenda in foro sæculari. Item quod inter laicos
in foro ecclesiæ agenda est causa super conviciis, quia rex non consuevit de eis
cognoscere. G

[b] 12 Nov. 1259. Anno Domini M°CC°L° nono, in crastino Beati Martini hyemalis[b], præsentibus
apud Cadomum domino Constantiensi et Sagiensi episcopis. Ibidem fuit respon-
sum per magistros Gyrardum de Corjon et N[icolaum] de Blavia quod tempus[9] sex
mensium in vacantibus beneficiis computatur per dies (habes ad hunc articulum
Digestorum, de verborum significatione : *Anniculus non*) et non per kalendas, idus H
et nonas; et potest esse bona ratio, ne gregi dominico diu desit cura pastoris, et
ecclesia in temporalibus et spiritualibus sustineat læsionem, et hæc consultatio
fuit pro ecclesia de Camvilla[10], et sic fuit ibi observatum. Item quod quando duo
patroni qui contendunt de jure patronatus concordant in unam personam, non
tenetur episcopus recipere, nisi sciat per forum sæculare ad cujus præsentationem J
debet recipere. Item ordinatum fuit quod defunctus non tenetur ad siccam mol-
tam, præcipue ubi heres [habet] residenciam in eodem feodo, licet executores tes-
tamenti sui blada vendant, quia necessitas excusat, sicuti si idem defunctus dum
viveret non teneretur ad moltam siccam, si ex necessitate blada sua venderentur.
Item ibidem placuit quod clericus homicida, licet deponatur et exa[u]ctoretur, K
tamen pro delicto illo ecclesia defendit eum ne puniatur per judicem sæcularem,
sed non ultra, si forte sit incorrigibilis. Item quod de jurisdictione quam petunt
burgenses de Falesia contra dominum Sagiensem non respondeant coram rege.
Item et assisiæ non teneantur die dominica, licet secus in scacario. Item quod
crucesignati qui capti fuerunt pro delicto cujus pœna mors esset, si forte per L

[1] *Cod.* archidiacono.
[2] *Id est* episcopum Constantiensem, *vel* episcopi officialem.
[3] *Cod.* Eniam *adjectu compendii nota.*
[4] *Cod.* invitto.
[5] *Cod.* instanter.
[6] Valognes, Manche.
[7] *Cod.* Blama.
[8] *Cod.* a[d].
[9] *Cod.* tempora.
[10] Camville-les-deux-Églises, Seine-Inférieure, arr. Yvetot, c[on] Doudeville.

A ecclesiam fuerunt liberati, et iterum capiantur a judice seculari, quod non repe-
tantur; secus, si pro delicto cujus ad ecclesiam pertinet cognitio. Item ordinatum
fuit superius quod nichil dent episcopi domino regi de subventione quam petebat
ab eis pro pace quam cum rege Angliæ faciebat, et inde nuncii tunc iter arripiunt
ad regem ad octabas beati Martini[a]. [a] 18 Nov. 1259.

B Ibidem fuit tractatum, die Jovis in crastino[b], de quibusdam decimis novalium [b] 13 Nov.
quæ erant in foresta domini regis in Lexoviensi[1] diocesi, quod ad diocesanum
pertinent. Ibidem fuit consultatio de controversia movenda ex parte domini Lexo-
viensis contra archiepiscopum, super eo quod priorem de Grandi Monte denega-
verat ei, quem uterque dicit sibi, Lexoviensis diocesis[2], subesse, qui pro falsitate
C incarceratus erat[3].

Anno Domini M°CC°L nono, mense Decembri, facta fuit concordia inter regem
Franciæ et regem Angliæ super contentione quæ moveri poterat a rege Angliæ pro
Normannia contra regem Franciæ; et fuit idem rex Angliæ cum rege Franciæ Pa-
risius ad Natale solemniter[4] ad festum.

D Anno eodem, die quarta Januarii[c], arripuit iter ad curiam Romanam Honora- [c] 4 Jan. 1260.
tus, vicarius altaris Beatæ Mariæ Constanciensis, pro canonizatione beati Thomæ
de Buevilla[5], de mandato domini Johannis de Esseio, Constanciensis episcopi.

Anno eodem, die Mercurii post festum beati Hylarii[d], fuerunt Cadomi domini [d] 20 Jan.
et patres J[ohannes] Constantiensis, Fulco Luxoviensis et Thomas Sagiensis epi-
E scopi, et pro domino Baiocensi magister J. Boschier archidiaconus et N[icolaus] de
Blavia, custos Baiocensis, et pro domino R[ichardo] Abri[n]censi magister Bartho-
lomæus, clericus suus, nomine...., [et] pro domino R[adulfo] Ebroicensi episcopo
venientes. Et ibi tractatum fuit super eo quod dominus Luxoviensis prædictus
compellebatur per ballivos domini regis recipere clericos præsentatos a patronis
F qui obtinuerant jus patronatus in assisiis diversarum serjanteriarum de octo diebus
in octo dies vel pauciores. Et responsum fuit commune omnium ut [non] al[iter]
q[uam] prius permitteret se justiciari, et [excommunicaret] justicia[n]tem, quia
melius est quod ballivi conquerantur de nobis regi quam nos conqueramur de ipsis.
— Ibidem consuluit dominus Sagiensis utrum super usura deberet pronunciare
G terram quæ data fuerat mutuo debere reddi debitori, et compellere ad hoc credi-
torem usurarium. Super quo N[icolaus] de Blavia se opposuit, asserens quod de
consuetudine Normanniæ ad ecclesiam non pertinet cognoscere de usura, nisi in
casibus duobus, scilicet super re mobili usque ad v solidos, vel si quis fuerit noto-
rius sive publice usurarius, ut possit excommunicari. Commune vero consilium
H in hoc resedit testimoniorum [ut] illius terræ [saisinam] faciat reddi debitori, et
ad hoc compellat creditorem usurarium, et non pronunciet super terra. —Ibidem
ex parte domini Baiocensis consultum fuit utrum in porcione elemosinarum terra
ecclesiæ censeatur altalagium an decima. Et ibi fuit responsum quod, si rector
ecclesiæ qui moritur post Pascha terram elemosinæ coluerit et seminaverit, ad
J executionem testamenti sui pertinebunt fructus; si autem ad firmam dederit, ad
episcopum, racione deportacionis. Et tamen fit contra nostrum commune ut rector
ecclesiæ qui operatur fructuario post mortem habe[a]t aliquid de bonis ecclesiæ.
Non est amplianda hæc consuetudo, immo pocius restringenda.—Ibidem ex parte
domini Constantiensis requisitum fuit consilium an clericum homicidam deberet
K solus episcopus exauctorizare. Et commune responsum fuit quod, licet dominus
Parisiensis multos clericos exauctorizaverit solus, tamen jus est scriptum, a quo
non debet recedi, quod solus episcopus ordines dare potest, solus auferre non po-
test; et hoc in majoribus, sed secus in minoribus. Et sic reversus dictus dominus
Constantiensis exauctorizavit solus quemdam accolitum, propter homicidium, in
L ecclesia Constantiensi. — Item conquestus fuit ibidem dominus Lexoviensis præ-
dictus et consilium petiit super eo quod citabatur ad locum de quo erat querela

[1] *Cod.* Leg. *adjecta compendii nota.*
[2] *Voces* Lexoviensis diocesis *fortasse reponendæ sunt post voces* de Grandi Monte.
[3] *De spuriis chartis prioratus Grandis Montis juxta Rotomagam, vid.* Mémoires de la Société des antiquaires de Normandie, 2ᵉ série, X, 171.
[4] *Cod.* solennis.
[5] *Vide* Acta Sanct. Oct. VIII, 606

et compellebatur respondere, licet ipse ab antiquo et prædecessores sui consueverunt citari vel ad portam suam Lexoviis seu ad maneria sua ubi fuerint personaliter. Et fuit commune consilium quod etiam in privato non haberet locum talis citatio, si non haberet ibi residenciam vel præpositum seu servientem feodatum, unde non tenebatur respondere per talem citationem et permitteret potius se justiciari[1]. A B

Arresta[2] scacharii Sancti Michaelis XCIII°. Sciendum est utrum blada solo inhærentia exculta a mortuo, tempore quo vivebat vel vitæ suæ, venirent cum herede mortui ad gardam domini regis, vel utrum dominus rex accipiet terragium et dimittet laboragium et expensas mortuo. Concordatum est quod illa bona dimittentur testatori, et potest quilibet de bonis hujus modi, etiam quocumque tempore, suum facere testamentum. C Et contigit de morte domini Guillelmi de Caletot in Caletot, et similiter in ballivia Gissorcii de garda quadam, cujus terras tenebat dictus Robertus Maleti[3], quondam dominus decanus Rothomagensis, ad vitam, [et] tanquam firmarius erat, solummodo reportavit laboragium et expensas.

EX OBITUARIO SANCTÆ TRINITATIS DE EXAQUIO[4].

3 Jan. Uxor Johannis Fauvel de Vaudecourt[5]. D

4 Jan. Guillelmus de Mortuo Mari, miles, dominus de Haia Putei.

[a] C. 1200. 6 Jan. Guillelmus, episcopus Constantiensis[a].

9 Jan. Johanna de Anquetevilla.

[b] Post a. 1360 11 Jan. Petrus, abbas Montis Burgi[b].

15 Jan. Nicholaus ès Espaules. E

16 Jan. Guillelmus, rector ecclesiæ de Quatevilla, et dedit quædam Decreta. — Nicholaus, quondam abbas de Cadomo.

[c] 1341. 17 Jan. Johannes, abbas Sancti Laudi[c]. — Johannes, abbas de Blanca Landa[d].

[d] 1337. 25 Jan. Thomas Forestarii, hujus loci abbas[e].

[e] 1397. 26 Jan. Rogerus de Alta Villa. — Dominus Johannes de Crienciis, quondam abbas hujus loci[6], pro quo debet fieri obitus solempnis, anno Domini millesimo CCCLII. F

27 Jan. Robertus Bertran.

[f] 1265. 2 Febr. Thomas, abbas Sanctæ Mariæ Montis Burgi[f].

[g] 1098. 3 Febr. Eudo, fundator et constructor hujus loci[g]. G

[h] 1274. 7 Febr. Officium Johannis, Constanciensis episcopi et domini de Alna[h].

9 Febr Thomas de Sancto Germano, miles.

10 Febr. Magister Johannes de Corceyo.

14 Febr. Nicholaus, quondam abbas Sancti Salvatoris[7]. — Magister Guillel-
[i] Post a. 1284. mus de Landa, cantor Constanciensis[i]. H

15 Febr. Domina Emma de Sancto Georgio.

[1] *Hic in codice subjuncta sunt : 1° Statata concilii apud Pontem Audomari anno 1257 mense Septembri celebrati, edita a Guillelmo Bessin, in* Concil. Rotomagensis provinciæ (I, 256); 2° *Ordinatio sponsalium, cujus finis desideratur.*

[2] *Quæ sequuntur inserta sunt in codice inter notas anni 1258 et notas anni 1259.*

[3] *Teste* Gallia christiana (XI, 118), *Robertus Malet, Rotomagensis decanus, anno 1290 in vivis erat, ejusque successor Adamus Rigaud in quadam charta anni 1299 nominatus occurrit.*

[4] *Hujus obituarii, ineunte sæculo XV exarati, duodecim tantam supersunt folia, in archivo Santaudano asservata, quæ mensibus Januarii et Februarii undecimque primis Martii diebus respondent.*

[5] *Fauvellus de Vaudencuria ab a. 1327 balliviæ Constantini præfectus fuit.*

[6] *Johannes de Creanciis monasterio Exaquiensi annis 1319 et 1321 præerat.*

[7] *Cod.* Sauv. *adjecta compendii nota. Nicolaus* du Jardin, *abbas Sancti Salvatoris Vicecomitis, pridie idus Junii 1322 mortem oppetiisse dicitur.*

A 16 Febr. Vivianus, Constanciensis episcopus[a]. [a] 1208.

17 Febr. Ricardus de Alma Villa.

24 Febr. Humfridus Sanson, abbas hujus loci[1].

26 Febr. Dominus A. de Vado Heberti, miles. — Dominus Petrus de Crienciis, hujus loci abbas anno millesimo cccxi°.

B 27 Febr. Guillelmus, Abrincensis episcopus[b]. — Nicholaus de Londa, prior de Aurea Valle. [b] 1252.

2 Mart. Ludovicus, Francorum rex[2]. — Johannes de Pierrepont.

4 Mart. Guillelmus, hujus loci abbas.

5 Mart. Guillelmus, hujus loci abbas. — Stephanus, abbas Montis Burgi[c]. [c] Post a. 1409.

C 6 Mart. Thomas de Anquetevilla. — P[h]ylippa, uxor Ricardi de Sancto Germano, militis.

EXTRAIT

DE

L'OBITUAIRE DE L'HÔTEL-DIEU DE SAINT-LÔ.

AVERTISSEMENT.

L'Hôtel-Dieu de Saint-Lô fut établi, au commencement du XIII[e] siècle, sous les auspices de Hugues de Morville, évêque de Coutances[3]. Les noms des fondateurs, des prieurs, des frères et des bienfaiteurs, sont consignés dans un gros registre en parchemin, qui fut écrit au XV[e] siècle, postérieurement à la mort de Guillaume de Crèvecœur (1408), qu'on y voit indiquée au 7 avril[4]. De ce registre, qui appartient aux archives du département de la Manche, nous avons extrait la mention de plusieurs dignitaires ecclésiastiques, chevaliers, écuyers et autres personnages, pour lesquels les religieux de l'Hôtel-Dieu faisaient des prières publiques certains jours de l'année.

. . . . . Après nous prieron pour tous les trespassés qui ceste maison fondèrent en l'onneur de Dieu et de la virge Marie et de madame sainte Katherine virge, que Dieu merci leur faiche.

D 1 janv. Pour l'evesque Hue[d]; pour l'archediacre Paenel; pour Guillaume du Han, chanoine de Coustances; pour le prieur Thomas, prestre; pour le prieur Guillaume, prestre; pour frère Robin, prestre; pour frère Richart Passart, prestre; pour frère Pierrez du Bosc, prestre; pour frère Jehan du Part, prestre; pour frère Robert Halier, prestre; pour Johan Ysabel et pour sa fame; pour Guillaume de [d] 1238

[1] *Ab auctoribus* Galliæ christ. *omissum est cognomen hujus abbatis, qui in chartis a. 1197 et 1206 memoratur.*
[2] *Ludovicus VIII aut fort. Ludovicus X.*
[3] *Voy.* Gallia christ. XI, instr. 253.
[4] *C'est à tort que Toustain de Billy, à qui cette mention de l'évêque Guillaume de Crèvecœur avait échappé, rapporte au milieu du XIV[e] siècle la composition de l'obituaire de l'Hôtel-Dieu de Saint-Lô. Voy.* Mémoires sur l'histoire du Cotentin et de ses villes par messire René Toustain de Billy, 1[re] partie, p. 41.

Vernon, chevalier, et pour Alips et Ennès, ses fames; pour Guillaume du Saucey, chevalier; pour Luce, dame de Goleville; pour Guillaume du Saucey, chevalier; pour Johan du Saucey, chevalier; pour Richart de Reviers, chevalier; pour Pierrez de Periers et sa fame.....

17 janv. Pour Jehan de Vernon, chevalier.

[a] V. 1249. 24 janv. Pour Gillain, evesque de Coustances[a]; pour l'archediacre de Saint Pelerin.

[b] 1274. 26 janv. Pour Jehan, evesque de Coustances[b]; pour l'archediacre Richart.

29 janv. Pour maistre Guieffroy d'Ivetot, canoine de Coustances; pour maistre Pierrez Grosparmi, canoine de Coustances.

30 janv. Pour Guillaume du Saucey, chevalier; pour Luce, dame de Goleville.

[c] 1291. 1 févr. Pour Estace, evesque de Coustances[c].

3 févr. Pour maistre Macié d'Essé, chanoine de Coustances.

[d] 1315. 5 févr. Pour Robert, evesque de Coustances[d].

20 févr. Pour maistre Angier, chanoine de Lysieux.

[e] V. 1345. 24 févr. Pour Guillaume de Thieville, evesque de Coustances[e].

[f] 1274. 27 févr. Pour Johan, de bon memore, jadis evesque de Coustances[f].

2 mars. Pour maistre Guillaume de Huberville, prestre.

[g] 1315. 7 mars. Pour Robert, evesque de Coustances[g].

20 mars. Pour maistre Guillebert de Rouseville.

25 mars. Pour Johan Paignel, archediacre de Coustances.

[h] 1408. 7 avril. Pour Guillaume de Crievecuer, jadis evesque de Coustances[h].

13 avril. Pour Johan de Meautis, escuier.

20 avril. Pour Julien de Kabourc, archediacre de Constentin.

28 avril. Pour maistre Richart Goelon, archediacre de Avrenches; pour Johan
[i] 1358. Haultfuney, evesque de Avrenchez[i].

5 mai. Pour Guieffroy de la Maire, chevalier; pour Guillaume de la Maire, chevalier.

10 mai. Pour maistre Richart de Heville, chevalier; pour maistre Guieffroy de Yvetot, chanoigne de Coustances.

14 mai. Pour Raoult du Castel, escuier.

27 mai. Pour Robert Goubert, archediacre de Coustances; pour Guillaume de Breulli et de[1] Nicole de Hotot et de leurs enffans.

10 juin. Pour Johan de Saint Marcouf, chevalier.

16 juin. Pour Guillaume de Vernon, chevalier, et dame Alips, sa fame.

17 juin. Pour Matheu de Essé, chanoigne de Coustances.

27 juin. Pour mons. Jehan du Hommet, chevalier, seignour de la Varengiere.

6 juill. Pour Guillaume de Boutemont, chevalier, et pour dame Cecile, sa
[j] 1336. fame; pour Guyart[2] de Harecourt, jadis evesque de Liseux[j].

13 juill. Pour Guillaume de Neufmesnil, chevalier.

18 juill. Pour Richart de Periers, archediacre de Coustances.

26 août. Pour maistre Guillebert de Vierville.

31 août. Dedicatio capellæ Domus Dei de Sancto Laudo.

1 oct. Pour dame Alips de Meullenc, deguerpie Guillaume de Vernon, chevalier.

2 oct. Pour dame Phelipe, jadis fame Robert de Hotout, chevalier.

9 oct. Pour Hebert de Aigneaux, chevalier.

13 oct. Pour Richart du Sauchey, escuier.

14 oct. Pour mons. Richart de Courcie.

[k] 1371. 21 oct. Pour Louys, evesque de Coustances[k]; pour seur Johanne, et pour Thomas de Bieville, prestre[3].

28 oct. Pour Georges de Periers, dame de Pierreficte.

[l] 1238. 29 oct. Pour Hue, evesque de Coustances[l].

[1] *C'est probablement par erreur que la préposition* de *a été mise avant les mots* Nicole *et* leurs.

[2] Guyrart *dans le manuscrit.*

[3] *Il n'est pas certain qu'il faille rapporter cette mention à Thomas Hélie, prêtre de Biville, mort le 19 oct. 1256, et dont la vie sera publiée un peu plus loin.*

A 30 oct. Pour Maheut, mère maistre Guieffroy d'Arout.
31 oct. Pour Johan, evesque de Coustances[a]. [a] 1274
17 nov. Pour Alips, dame de Bernesc.
5 déc. Pour maistre Johan de Saint Pelerin.
23 déc. Pour Guillaume, evesque de Coustances[b]. [b] V. 1345.

EX OBITUARIO PERRINENSI.

MONITUM.

Fere ad extremum Constantiensis diœceseos finem, in parœchia Sancti Martini de Deserto[1], loco Perrina dicto, Eustachia, uxor Willelmi de Humeto, Normanniæ constabularii, regnante sancto Ludovico, ædificari curavit quamdam ordinis Sanctæ Trinitatis de redemptione captivorum domum[2], cujus obituarium, anno 1414 vel circ. exaratum, in archivo Sancti Laudi asservatum est. Præcipua dicti obituarii loca exhibemus, prætermissis multis nominibus, ut pote recentioribus vel ad ignotas penitus personas spectantibus.

B 2 Jan. Obitus dominæ Johannæ, uxoris domini Heberti Carbonnel, militis.

3 Jan. Anno Domini M° CCC° XXVII° obiit Almarichus de Haia, dominus des Peseriz, armiger, qui dedit nobis sexaginta solidos turonenses.

4 Jan. Obitus domini Johannis de Rouvencestre, militis, qui dedit nobis unum quarterium frumenti annui redditus apud Bevrant, pro se et pro domino Jo-
C hanne de Bohelay, milite. Obiit prædictus miles anno Domini M° CCC° vicesimo.

8 Jan. Obitus Willelmi de Petra Fitta et Beatricis, ejus uxoris.

14 Jan. Obitus Georgii de Haia, armigeri, et uxoris ejus.

15 Jan. Anno Domini M° CCC° XI° obiit magister Guillermus ad Humeros[c]. — [c] aux Épaules.
Obitus Nicolaæ, uxoris Petri de Matrineyo.

D 18 Jan. Anno Domini M° CCC° X° obiit Thomas de Volleio[3].

19 Jan. Obitus domini Almarici de Tybovilla, militis, et Mabiliæ, ejus uxoris, qui dedit nobis quandam[4] peciam nemoris apud Mesnillum Durant. — Anno Domini M° CCC° XI° obiit Ascellina, uxor Petri Henorey.

29 Jan. Obitus magistri Johannis de Mesnillo.

E 30 Jan. Anno Domini M. CCC. vicesimo septimo obiit frater Nicholaus Haucemail, condam minister hujus domus.

1 Febr. Anno Domini M. CCC. XXVIII obiit Ricardus Suhart, de Albellis, qui dedit nobis C solidos, pro se et Mabilia, uxore sua.

4 Febr. Anno Domini M. CCC. XIX obiit Rogerus le Marchant, burgensis de
F Sancto Laudo.

7 Febr. Obitus dominæ Isabellæ, secundæ nostræ fundatricis, quæ capellam nostram ædificavit.

[1] Le Dézert, Manche, arr. Saint-Lô, c[on] Saint-Jean de Daye.

[2] *De hac domo videndu sunt documenta a cl. v. Foucault collecta in codice Parisiensi* fr. 4900 (fol. 242), *necnon Caroli de Gerville opusculum cui titulus* Études géographiques sur le département de la Manche, p. 143.

[3] *Codex* Voll. *adjecta compendii nota.*

[4] *Cod.* quendam.

11 Febr. Obitus Johannis de Drumara, qui dedit tres bussellos frumenti ad A
mensuram de Humeto, cum una pecia terræ, pro se et Johanna, uxore sua.

16 Febr. Obitus fratris Petri, majoris ministri[1].

19 Febr. Anno Domini M° CCC° X° obiit Colinus de Sae, pro cujus anima Hen-
ricus et Johannes dederunt I quarterium frumenti, I panem, I gallinam, X ova. —
Obitus Petri de Sae, pro cujus [anima] Henricus de Sae dedit II bussellos fru- B
menti redditus.

21 Febr. Anno Domini M° CCC° V° decimo obiit dominus Hebertus Carbonnel[2],
qui dedit XXV libras ad redditus emendos et multa alia bona fecit nobis.

23 Febr. Obitus domini Johannis Suhart, presbiteri.

26 Febr. Obitus Radulphi de Lyson, armigeri. — Obitus Sibiliæ, dominæ de C
Quaenchié, quæ dedit III bussellos frumenti ad mensuram de Beusevilla.

28 Febr. Obitus domini Johannis de Coesello, pro quo habuimus sex libras
turonensium fortium.

1 Mart. Anno Domini M° CC° septuagesimo IIII° obiit vir bonæ memoriæ Johan-
nes, episcopus Constantiensis, qui dedit nobis centum libras turonensium ad D
emendos redditus.

4 Mart. Obitus fratris Nicholai, majoris ministri[3]. — Anno Domini M° CC° LXX°
obiit frater Nicholaus, minister hujus domus, mitissimus fratrum omnium.

5 Mart. Obitus Guillelmi de Grocheio, armigeri, qui dedit XV^{cim} libras cum
uno lecto fornito, et Robertus, frater ejus, dedit triginta solidos. E

7 Mart. Anno Domini M° CCC° XIIII° obiit vir bonæ memoriæ Robertus, episco-
pus Constantiensis, qui dedit nobis XX^{ti} libras turonensium ad emendos redditus.

12 Mart. Obitus Nicholai de Aneseyo, militis, et Thomasiæ, ejus uxoris.

17 Mart. Obitus Guillelmi de Agnis, armigeri.

19 Mart. Obitus dominæ Philippæ Painel, condam dominæ de Marquembuyc, F
et uxoris domini Roberti de Hotot, militis.

22 Mart. Obitus Petri de Valle Viriæ.

23 Mart. Obitus Johannis archidiaconi Paygnel, qui dedit XXV^{que} libras ad
emendos redditus.

28 Mart. Anno Domini M° CCC° XIIII° Johannes de Sae, armiger, qui dedit XI G
bussellos frumenti.

6 Apr. Obitus Eustaci, condam episcopi Constantiensis.

9 Apr. Anno Domini M° CC° octogesimo tertio obiit dominus Enguerrandus de
Villiers[4], miles, qui dedit nobis tres præbendas in leprosaria de Perrina.

10 Apr. Obitus dominæ Edis, quæ fuit uxor domini Ricardi de Thera, militis. H
— Obitus dominæ Mariæ de Thibouville, condam uxoris domini Radulfi de
Voullié.

11 Apr. Obitus domini Willelmi de Thibouville, militis.

23 Apr. Obitus dominæ Luciæ, uxoris domini de Hotot, pro cujus anima ha-
bemus XX solidos in nundinis de Dae. J

24 Apr. Obitus Emmæ de Audovilla, quæ dedit LX solidos ad redditus emen-
dos. — Obitus fratris Rogeri, majoris ministri quarti[5].

2 Maii. Anno Domini M° CCC° XX° obiit dominus Gaufridus de Mara, miles.

4 Maii. Anno Domini M° CC° LIIII° obiit domina Eustachia[6], fundatrix istius do-
mus. — Obitus fundatricis nostræ, quæ monasterium nostrum ædificavit. K

[1] *Petrus de Cusiaco, Philippi Audacis familiaris, quem Robertus Gaguinus tradit terris ereptum XIV kal. Februarii.* Gall. christ. VIII, 1737.

[2] *Hujus effigiem nobis servavit cod. gall. 4900, f. 245, adjecto epitaphio quod recentiorem redolet ætatem :* Hic jacet dominus dominus Hebertus de Carbonel, miles, dominus de Canigeio, comes stabularius in Normannia. Obiit anno 1315.

[3] *Hunc Gaguinus* (Gall. christ. VIII, 1737) *refert terræ fuisse commendatum in media quam construxerat ecclesia V nonas Maii anno 1256.*

[4] *Enguerrando, non autem Roberto, attribuendum esse censemus epitaphium quod in Perrinensi ecclesia olim exstabat, cujusque mendosum exemplar nobis præstitit codex gall. 4900, f. 246 :* Cy gist monseignor Robert de Villiers, chevalier, connetable de Normandie, mort en mille deux cent quatre vint trois.

[5] *Rogerius Leprosus, quartus major minister, a. 1227 obiit, teste Gaguino* (Gall. christ. VIII, 1736), *et sepultus est XV calendas Aprilis apud Cathalanum.*

[6] *De Eustachia vid. cod. gall. 4900, f. 249* et 251. *Ejus epitaphium sic se habebat :* Domina Eustachia de Hummeto, hujus domus fundatrix, cum sorore sua. Obiit anno 1254. *Willelmus de Humeto, Normanniæ constabularius, Eustachiæ de Montenayo maritus, in hoc Perrinensi obituario 23 Aug. memoratus est.*

A 7 Maii. Obitus fratris Willelmi Scoti, majoris ministri tertii[1].

22 Maii. Obitus dominæ Johannæ, condam uxoris domini Guillelmi de Karentonio, militis.

27 Maii. Anno Domini M° CC° LXVII° obiit dominus Robertus de Landa, miles. — Obitus dominæ Philippæ, ejus uxoris.

B 3 Jun. Obitus Johannis Patric, armigeri.

7 Jun. Obitus Johannæ, relictæ domini Guillelmi Patric, militis.

8 Jun. Anno Domini M° CCC° XX° I° obiit nobilis domina Oliva de Sancta Maria, quondam uxor domini Heberti de Canigeio, quæ dedit in vita sua decem libras turonensium, et in morte unam culcitram sericam, unum coopertorium de griso
C cum duobus pan[n]is lineis aurealibus et capicerio.

10 Jun. Anno Domini M° CCC° XXVIII° obiit dominus Ricardus Malherbe, miles, dominus de Melfa. — Obitus dominæ Johannæ de Villariis, ejus uxoris.

27 Jun. Anno Domini M° CCC° XXIIII° obiit dominus Guillelmus Gouhier, presbiter, rector ecclesiæ Beati Albini de Osca et dominus dicti loci.

D 4 Jul. Anno Domini M° CCC° XVII° obiit dominus Ricardus de Villariis, miles, junior.

5 Jul. Obitus venerabilis patris domini Johannis, episcopi Constanciensis, qui dedit centum libras ad emendos redditus.

15 Jul. Obitus Guillelmi de Pretot. — Obitus Fouqueti de Beaucamp.

E 18 Jul. Obitus dominæ Georgiæ, quondam dominæ de Sancto Manveyo.

20 Jul. Anno Domini M° CC° octogesimo quinto obiit Floria Evor, domina de Thera.

22 Jul. Obitus fratris Johannis, ministri hujus domus.

31 Jul. Obitus Johannis de Triveriis, armigeri.

F 6 Aug. Obitus fratris Michaelis Hispani, majoris ministri quinti[2].

7 Aug. Anno Domini M° CC° nonagesimo primo obiit E.[3] condam episcopus Constantiensis, qui dedit nobis XXX libras ad emendos redditus.

13 Aug. Anno Domini M° CCC° XX° IIII° obiit frater Bertaudus, major minister[4].

19 Aug. Obitus Radulphi Patric et Thomassiæ, ejus uxoris.

G 20 Aug. Obiit Petrus de Camera et uxor ejus.

23 Aug. Obitus domini Willelmi de Humeto[5], connestabularii Normanniæ, cujus uxor[a] domum istam fundavit. [a] Eustachia.

2 Sept. Obitus Johannis Suhart, armigeri, qui dedit nobis C solidos anno Domini M° CC° LXX° VII°.

H 4 Sept. Obitus dominæ Luciæ de Thera.

5 Sept. Anno Domini M° CCC° XI° obiit domina Agnes de Hoestrehan, condam uxor domini Almarici de Tybouville, militis.

7 Sept. Obitus Hugonis de Borran, cantoris ecclesiæ Beatæ Mariæ Baiocensis.

14 Sept. Obitus domini Petri de Melpha, militis. — Obitus domini Willelmi
J de Sancto Martino le Hebert, militis.

15 Sept. Anno Domini M° CCC° XIX° obiit Thomas Ascelin, et Osanna, ejus uxor.

27 Sept. Anno Domini M° CCC° XVI° obiit magister Robertus de Melfa, presbiter, rector ecclesiæ de Sancto Claro, qui dedit X solidos redditus super suum molendinum de Scallehan. — Obitus Guillelmi Revel, qui dedit XX solidos. — Obitus
K Guillelmi de Groceyo, qui dedit XX solidos. — Obitus Guillelmi de Sancto Dyonisio, qui dedit XL solidos ad emendos redditus. — Tres isti fuerunt leprosi.

30 Sept. Obitus dominæ Aliciæ de Gonnovilla.

1 Oct. Anno Domini M° CCC° obiit frater Germanus de Nuilleyo, hujus domus presbiter et professus.

[1] *Mortuus III idus Maii a. 1222 et apud Cordubam sepultus.*

[2] *Romæ sepultus est a. 1230.*

[3] *Cod. C. Hic agitur de Eustachio, qui, teste* Gallia christiana (XI, 882) *decessit anno 1291, die Mercurii ante Sanctum Laurentium 8 Augusti.*

[4] *Omissus in chronico ministrorum generalium quod a Roberto Guguino concinnatum est et* Galliæ christianæ *tomo VIII insertum.*

[5] *Hujus sepulchrum delineatum est in cod. gall.* 4900, f. 247 et 248. — *Perrina, dicti Willelmi filia, in ecclesia Perrinensi jacebat, cum hoc epitaphio :* Cy gist Perine du Hommet, fille de Guillaume, connestable de Normandie, mort en mille deux cent trente quatre (*ibid. 250*).

3 Oct. Anno Domini m° cc° nonagesimo nono obiit nobilis domina domina Jo- A
hanna de Colonciis, condam domina de Humeto, quæ dedit tres præbendas in leprosaria de Perrina et decem libras ad emendos redditus.

5 Oct. Obitus Sibiliæ, uxoris Rogeri de Voullié.

11 Oct. Obitus Radulphi de Mesnillo, armigeri, et Philippæ matris ejus, pro quibus Guillelmus de Mesnillo, ejusdem filius, dedit sex bussellos frumenti, ad B
mensuram de Humeto, pro obitu suo faciendo.

15 Oct. Obitus Guillelmi de Villiers et Johannæ, ejus uxoris, qui dederunt unam peciam terræ apud Cavignyé.

16 Oct. Obitus dominæ Philippæ, condam dominæ de Voullyé, et domini Radulphi, ejus mariti. C

17 Oct. Obitus magistri Radulphi de Gorgiis, pro cujus anima cantor Constanciencis dedit nobis c solidos ad emendos redditus.

20 Oct. Obitus fratris Guillelmi, prioris prioratus de Bouhon.

25 Oct. Anno Domini m° cc° lxxv° obiit dominus Willelmus de Carenten, miles, qui dedit xi bussellos frumenti redditus ad mensuram de Beusevilla. D

26 Oct. Anno Domini m° ccc° xxvi° obiit Georgia, uxor Guillelmi de Pierreficte, armigeri.

27 Oct. Anno m° ccc° x° obiit dominus Radulphus de Landa, miles. — Obitus dominæ Johannæ de Sauceyo, ejus uxoris.

29 Oct. Anno Domini m° cc° nonagesimo vii° obiit dominus Ricardus de Villiers, E
senior, miles. — Obitus Radulphi de Martegnyé.

31 Oct. Anno Domini m° cc° lxx° obiit dominus Petrus de Melfa, miles.

3 Nov. Obitus Guillelmi Carbonel, armigeri et domini de Canigeyo.

4 Nov. Obitus Thomæ de Martegnye.

6 Nov. Anno Domini m° ccc° xvii° obiit Henricus de Sae, armiger, qui dedit F
viii bussellos frumenti ad mensuram de Longa Villa redditus, decem libras ad emendos redditus, duos cifos argenteos et unum caillié[1] et unum lectum fornitum.

7 Nov. Anno Domini m° cc° lxxv° obiit dominus Yvo de Aneseyo, miles, qui dedit ii quarteria frumenti, vi bussellos avenæ redditus, ad mensuram de Sancto Claro. G

8 Nov. Anno Domini m° cc° nonagesimo vii° obiit dominus Johannes Malherbe, miles. — Obiit domina Philippa de Melfa, ejus uxor.

10 Nov. Missa pro Thoma de Villers, armigero.

19 Nov. Anno Domini m° cc° nonagesimo septimo obiit frater Johannes de Nuylleyo, hujus domus presbyter et professus. H

20 Nov. Obitus domini Johannis de Pirou, militis, qui dedit sex bussellos frumenti redditus, iii gallinas, pro se et Johanna, uxore sua, pro obitu eorum faciendo.

21 Nov. Obitus Colini de Parfourru et Johannæ, ejus uxoris.

23 Nov. Anno Domini m° ccc° xii° obiit Guillelmus Couroie, qui dedit sex libras J
debiles.

24 Nov. Obitus Rogeri Suhart, militis, et Agnetis, ejus uxoris. — Anno Domini m° cc° septuagesimo sexto obiit frater Johannes de Secura Villa, hujus domus presbyter et professus.

26 Nov. Anno Domini m° ccc° ii° obiit dominus Johannes de Mesnillo, presbyter, K
rector ecclesiæ de Mesnillo Durant.

27 Nov. Obitus domini Philippi Suhart, militis, domini de Sancto Lamberto.

1 Dec. Obitus domini Roberti de Thera, militis.

2 Dec. Obitus Johannæ, uxoris Guillelmi du Mesnil. Anno Domini m° ccc° primo obiit prædictus Guillelmus. L

4 Dec. Obitus domini Eustachii, episcopi Constantiensis. — Obitus domini Yvonis de Aneseyo, qui dedit unum quarterium frumenti ad mensuram de Moon.

6 Dec. Obitus Henrici de Firavilla.

[1] *Quoddam scyphi genus, vulgo* caillier, *de quo disseruit L. Douet d'Arcq,* Comptes de l'argenterie, p. 354.

A 7 Dec. Anno Domini M° CCC° XIIII° obiit vir magnæ providentiæ frater Philippus le Dayn, quondam minister hujus domus, qui valde laudabiliter augmentavit redditus et ædificia hujus domus.

11 Dec. Obitus Symonis de Martegnyé, et ejus uxoris; Colini, eorumdem filii. — Obitus Philippi de Martegnyé, et Aviciæ, ejus uxoris.

B 12 Dec. Obitus domini Johannis de Beher, rectoris de Mesnillo Angoti.

13 Dec. Obitus domini Ricardi Carbonnel, presbiteri, rectoris de Quetreville.

20 Dec. Obitus fratris Johannis de Bois Jugan.

21 Dec. Obitus fratris Johannis, majoris ministri primi [1]. — Obitus Thomæ de Martegny.

C 22 Dec. Anno Domini M° CC° nonagesimo primo obiit dominus Ricardus de Thera, miles.

23 Dec. Obitus domini Philippi de Karteret, militis.

30 Dec. Anno Domini M° CCC° XXIII° obiit domina Johanna Malemains, condam uxor domini Ricardi de Villaribus junioris, ac postmodum domini Guidonis de D Brucourt.

EX OBITUARIO MONASTERII MONTISBURGENSIS.

MONITUM.

Præcipuæ codicis latini 12885 (olim Sancti Germani 482) parti[a] præfixus est titulus hujus modi : [a] Fol. 37.

Incipit martirologium monasterii Beatæ Mariæ de Montis Burgo, ordinis Sancti Benedicti, Constantiensis diocesis, Rothomagensis provinciæ, ex præcepto venerabilis in Christo patris et domini domini Guillelmi Guerini, dicti monasterii tunc abbatis, transcriptum per fratrem Dionisium Clemence, ejusdem monasterii monachum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.

Eadem manu qua martyrologium, exaratum est breve obituarium[b], [b] Fol. 25-36. cujus nonnullas clausulas censuimus in lucem proferre. Ad calcem laudati codicis[c] occurrunt metricæ notæ, quas, cum sæculi XIV ineuntis [c] Fol. 169. historiam præstringant, infra repræsentabimus.

E 8 Jan. Johannes de Sancto Peregrino.
9 Jan. Guillelmus de Auvilla.
10 Jan. Agnes Bertran.
12 Jan. Laurencia, uxor Henrici de Ria.
14 Jan. Robertus de Hubervilla.
F 15 Jan. Guillelmus ad Humeros.
16 Jan. Lucia, uxor Mathæi Laurencii. — Robertus de Houga.
24 Jan. Thomas de Feria.
31 Jan. Guillelmus Carbonnelli, miles.

[1] *Sanctus Johannes de Matha, a. 1214 fato functus.*

1 Febr. Hebertus de Morevilla. A
[a] Post a. 1265. 3 Febr. Thomas abbas[a].
7 Febr. Omondus de Cortisigneo.
8 Febr. Magister Nicolaus Davy, archidiaconus de Constentino.
11 Febr. Robertus Heuse et ejus uxor.
13 Febr. Johannes Blondelli et ejus uxor. B
15 Febr. Johannes Carbonnelli, armiger.
[b] 1189. 17 Febr. Henricus secundus, rex Angliæ[b].
20 Febr. Sanson Trigal, prior de Lodrez[1].
25 Febr. Johannes de Vernone.
[c] Post a. 1409. 28 Febr. Stephanus abbas[c]. C
[d] 1274. 3 Mart. Johannes, Constantiensis episcopus[d].
5 Mart. Johannes de Audouvilla et ejus uxor.
[e] 1336. 6 Mart. Guido de Haricuria, episcopus Lexoviensis[e].
[f] 1315. 7 Mart. Robertus de Haricuria, Constanciensis episcopus[f].
[g] 1182. 8 Mart. Ricardus primus, abbas[g]. D
13 Mart. Ricardus de Bello Monte.
[h] Post a. 1318. 17 Mart. Ricardus Gaillart secundus, abbas[h].
18 Mart. Juhellus de Bello Monte.
[i] Post a. 1360. 19 Mart. Petrus Osenne IIII^us, abbas[i].
20 Mart. Rogerus de Yngarvilla. E
29 Mart. Petrus de Vernone.
2 Apr. Guillelmus le Hagués.
3 Apr. Dionisius de Crienciis.
6 Apr. Nicholaus de Capravilla.
9 Apr. Robertus le Chamberlenc, miles, dominus de Tanquarvilla. F
[j] 1291. 14 Apr. Eustacius, Constancientis episcopus[j].
16 Apr. Eufemia, uxor Petri de Haia.
25 Apr. Radulfus de Ouvelay.
27 Apr. Ricardus secundus comes de Reveriis[2].
2 Maii. Rogerus tertius, quondam abbas[3]. G
[k] Post a. 1248. 7 Maii. Baldoinus abbas[k].
[l] 1461. 12 Maii. Guillelmus II abbas, dictus Guerin[l].
15 Maii. Guillelmus de Brucourt.
21 Maii. Juliana de Vernone.
23 Maii. Ricardus Esnouf. — Robertus de Fourda et ejus uxor. H
27 Maii. Alicia de Reveriis.
28 Maii. Comes Baldoinus.
31 Maii. Johanna de Bello Monte.
[m] 1274. 3 Jun. Johannes, Constantiensis episcopus[m].
4 Jun. Guillelmus de Reveriis senex. I
9 Jun. Rogerus de Mannevilla primus.
14 Jun. Ricardus de Angirvilla.
16 Jun. Guillelmus de Vernone ultimus.
17 Jun. Thomas de Erguenceio.
22 Jun. Guillelmus Monachi. K
23 Jun. Rogerus de Mannevilla secundus.

[1] Lodres, Angleterre, Dorsetshire.

[2] *Ad illustrandos nonnullos obituarii Montisburgensis locos, juvat hic afferre indiculum qui in codice lat. 12885, fol. 12, circa a. 1448 exaratum est :*

Secuntur nomina fundatorum hujus monasterii de Montis Burgo. — Guillelmus, rex Angliæ et dux Normanniæ, fundator originalis. — Henricus primus, Angliæ rex, ejusdem Guillelmi filius. — Henricus secundus, Angliæ rex. — Ricardus de Reviers, comes de Reviers et de Vernone et dominus de Nigelli Humo. — Alicia, ejus uxor. — Guillelmus de Vernone, filius dicti Ricardi de Reviers. — Ricardus de Vernone primus. — Lucia, ejus uxor. — Ricardus II, comes de Reviers. — Ricardus de Vernone II. — Elizabeth, ejus uxor. — Guillelmus de Vernone II. — Agnes ejus uxor. — Ricardus de Reviers III. — Gieva, ejus uxor. — Johannes de Vernone. — Guillelmus de Bruecort. — Guillelmus Monachi. — Rogerus de Magnevilla. — Comes Baldoinus. — Petrus de Vernone.

[3] In Gall. christ. *duo tantum occurrunt abbates, quibus inditum fuerit nomen Rogerii, unus qui sæculo XI exeunte præerat, alter qui anno 1222 memoratur.*

EX OBITUARIO MONASTERII MONTISBURGENSIS.

A 30 Jun. Thomas de Estanval.
3 Jul. Ricardus de Vernone.
4 Jul. Talpinus de Argenciis, armiger.
11 Jul. Petrus secundus, quondam abbas[a]. [a] Post a. 1274.
13 Jul. Alicia uxor Ricardi de Angirvilla.
B 15 Jul. Unfredus de Aubegneio[1].
17 Jul. Guillelmus de Courceio, miles.
18 Jul. Ricardus Carbonnelli, miles.
19 Jul. Johannes Malet, miles.
20 Jul. Alicia uxor Guillelmi de Courceio.
C 22 Jul. Philippus de Neevilla.
23 Jul. Johannes de Sancto Marculpho.
24 Jul. Gaufridus de Viervilla.
26 Jul. Lucia, uxor Ricardi de Vernone.
29 Jul. Robertus abbas[b]. [b] 1184.
D 31 Jul. Guillelmus de Berneriis.
3 Aug. Guillebertus de Mannevilla.
7 Aug. Galterius abbas[c]. [c] C. 1155
8 Aug. Eustachius, Constantiensis episcopus[d]. [d] 1291.
9 Aug. Bernardus le Boutellier.
E 13 Aug. Guillelmus abbas[e]. [e] 1200.
14 Aug. Elizabeth, uxor Ricardi de Vernone.
17 Aug. Philippus de Bello Monte.
19 Aug. Ricardus de Reveriis tertius.
20 Aug. Petrus de Caufour et pater ejus.
F 23 Aug. Guillelmus de Bello Monte.
3 Sept. Petrus tertius, quondam abbas[f]. [f] C. 1312.
8 Sept. Ricardus de Reveriis.
9 Sept. Guillelmus, rex Anglorum, fundator[g]. [g] 1087.
12 Sept. Symon de Audouvilla.
G 17 Sept. Guillelmus de Reveriis secundus.
22 Sept. Ricardus de Periers.
30 Sept. Alicia, uxor Guillelmi de Vernone secundi.
2 Oct. Ricardus[2] abbas II.
9 Oct. Ursus abbas[h]. [h] XII Sæc. ineunte.
H 10 Oct. Petrus de Bello Monte.
13 Oct. Nicholaus de Baiocis.
19 Oct. Nicholaus de Auvers.
22 Oct. Sanson Trigal, prior de Lodrez.
26 Oct. Ricardus de Vernone.
J 27 Oct. Rogerus secundus, abbas[3].
28 Oct. Petrus de Bello Monte.
29 Oct. Johannes, Constantiensis episcopus[i]. [i] 1274.
30 Oct. Petrus primus, abbas[j]. [j] Ante a. 1147.
31 Oct. Nicholaus de Cantelouf.
K 3 Nov. Uxor Petri de Hommeto.
5 Nov. Johannes de Haricuria et ejus uxor.
6 Nov. Robertus de Vauvilla.
7 Nov. Johannes de Buxeria.
10 Nov. Petrus de Hommeto.
L 11 Nov. Rogerus primus, abbas[4].

[1] *Hujus Unfredi chartam vid. in Chartul. Montisburg.* (cod. lat. Parisiensi 10087), pag. 131.

[2] *Vox* Gallart *inter lineas manu recentiore adjecta est, sed fort. inconsulte, cum hæc nota spectare possit ad alium Ricardum, quem nomine secundum dicunt auctores* Galliæ christianæ, *quique ab a. 1280 ad a. 1294 monasterio præfuit. De Petro Gaillart* (*Guillard in* Gall. christ.) *vide supra*, pag. 554 d.

[3] *Vid. supra*, p. 554, not. 3.

[4] *Hic abbas, qui a. 1093 vivebat, ab auctoribus* Galliæ christ. *traditur memoratus 2 Maii in necrologio Sancti Georgii.*

12 Nov. Emma de Barevilla et Radulfus de Barevilla. A
16 Nov. Alicia de Mesnilo.
17 Nov. Johannes de Restouvilla.
18 Nov. Matillis et Paganus Carbonnelli.
19 Nov. Nicholaus de Columbeio. — Johannes de Mari.
20 Nov. Thomas de Bello Monte. B
21 Nov. Guillelmus de Moncellis.
22 Nov. Oliva de Sancto Marculfo.
26 Nov. Ricardus de Monasteriis.
28 Nov. Gaufridus de Valle.
[a] 1135. 2 Dec. Henricus, rex Angliæ[a]. C
3 Dec. Hebertus de Cas.
4 Dec. Gervasius de Condey.
5 Dec. Guillelmus de Vernone, senex.
10 Dec. Gieva, uxor Ricardi de Reveriis.
[b] 1291. 13 Dec. Eustacius, Constanciensis episcopus[b]. D
14 Dec. Johannes de Audouvilla.
20 Dec. Johannes de Haricuria.

De fuga Judæorum.
M C ter V que reos gens Galla fugavit Hebræos.

Quando capti sunt Templarii.
M C ter V que bis I capti sunt Templa regentes,
Parisius visi post igne gravi morientes. E

De leprosis.
M C ter V quater I lepram noscas removeri.

Aliter de leprosis.
Lux docet et ciclum[1] lepræ mortale periclum.

[c] 1320. De pastorellis.
Error pastorum paulo præit[c] innumerorum;
Per mundum plures suspensi sunt quasi fures.

De heremitis.
Atque diu scito post capti sunt heremitæ. F

De armeia ante Flandriam.
Anno milleno ter centeno quadrageno,
Angli Normannis festo fecere Johannis
Bellum navale[2]; nunquam fuit, ut puto, tale.

Quando Anglici descenderunt ad hougam Sancti Vedasti.
Huic Angli terræ[3] sexto post applicuerunt[4],
Dampna quot egerunt non posset lingua referre. G
M C ter X que quater octoque simul, bone frater,
Monstrant mors qualis hominum fuerit generalis.
Anno milleno ter centeno quadrageno
Nono morticina populi stetit ampla ruina.
In noni[5] fine tantæ fit meta ruinæ, H
Pars hominum terna non mansit in orbe; superna
Christus defunctis concedat gaudia cunctis. Amen.

Anno ab incarnatione Domini M° CCC^mo quadragesimo octavo et nono fuit tanta pestilentia et mortalitas hominum utriusque sexus, *etc.*

Lethiferæ pestis ego Petrus[6] sum bene testis. J
Quod vidi scripsi. Superesse Deus dedit ipsi.

[1] *Litteræ numerales quibus constant voces* LVX *et* CICLVM *annum 1321 designant.*
[2] *Ante Sclusam.*
[3] *Id est in pagum Constantini.*
[4] *Anno 1346, mense Julio.*
[5] *Id est anni 1349.*
[6] *Nescimus quis sit is Petrus cui fort. adscribendæ sunt omnes superiores notæ.*

VITA ET MIRACULA BEATI THOMÆ HELIÆ,

AUCTORE CLEMENTE.

MONITUM.

Anno 1257 e vivis excessit presbyter quidam Constantiensis diœcesis, nomine Thomas Heliæ, qui in Inferiori Normannia jam abhinc sex sæculis miro admodum colitur honore, quemque regis sancti Ludovici elemosinarium fuisse neoterici plures, inter quos v. cl. Gilbert[1], temere asseruerunt. De ejus vita et de miraculis quæ ad ejus tumulum patrata ferebantur et quorum meminit Odo Rigaudi[2], sæculo XIII exeunte a Clemente quodam conscriptus est libellus, quem e tribus apographis primum in lucem anno 1853 emiserunt Bollandistæ[3], quique ex alio exemplari Parisiensi[4] anno 1861 iterumque anno 1868, Cæsaroburgi, recusum est[5]. Eadem vita, gallicanis versibus sæculo XIII exeunte vel XIV ineunte expressa, exstat in Imperiali bibliotheca inter collectanea Renati Toustain de Billy[6] typisque anno 1868 mandata est[7]. Latinam vitam integram majoremque miraculorum partem repræsentabimus, omisso gallicano carmine, cum in eo nihil deprehendi possit quod a supradicto Clemente non fuerit accuratius enarratum.

PROLOGUS.

A Cogis me, charissime frater Alane[8], imo Christi charitas me compellit ut de vita
virtutibusque et miraculis beati Thomæ Heliæ scribam aliquid, quod peregrinis,
ex diversis orbis climatibus ad ipsius tumulum confluentibus, super prædictis te
frequenter, prout dicis, requirentibus, ostendere valeas, quod imitari debeant
vel mirari. Quia igitur nonnullos ad amorem Dei non minus exempla quam prædi-
B camenta succendunt, ad honorem sanctæ Trinitatis, ad exaltationem nostræ fidei,
necnon ad ædificationem proximorum, necessarium reor ut ejus virtutes et miracula,
prout ariditas miseræ linguæ meæ sufficit et ingenioli mei parvitas patitur,
imo gratia Salvatoris nostri annuit, quæ vidi, quæ manus meæ contrectaverunt,
et quod per testes omni exceptione majores, quorum examinationi interfui, una
C cum bonæ memoriæ Johanne, Constantiensi episcopo[9], et fratre Radulpho de

[1] *Histoire de la vie et du culte du B. Thomas Hélye* (Coutances, 1867, in-18), p. 25.

[2] Tertio idus Septembris MCC LXVI, accessimus per Dei gratiam ad tumulum beati Thomæ de Buievilla, ob cujus merita multa miracula fiebant inibi manifesta et varia ab omnipotenti Domino Jhesu Christo, et postmodum exinde ivimus ad prioratum de Wauvilla. *Regestrum visitationum archiepiscopi Rothomagensis, ed. Th. Bonnin*, p. 555.

[3] *Acta Sanct. Oct.* VIII, 606-616.

[4] *Cod. lat.* 10051, fol. 300.

[5] *Mémoires de la Société académique de Cherbourg*, ann. 1861, p. 203-238. — *Vie du B. Thomas Hélie de Biville, par M. de Pontaumont*, p. 26-57.

[6] *Ms. français* 4901, fol. 47-56. *Conf. ea quæ de eodem carmine disseruit cl. v. Couppey* (*Mémoires de la Société académique de Cherbourg*, *ann.* 1843, p. 104-143).

[7] *Vie du B. Thomas Hélie de Biville, par M. de Pontaumont*, p. 147-174.

[8] *Is erat rector ecclesiæ Sancti Petri de Bivilla. Arturus enim du Moustier, in Neustria sancta* (cod. lat. 10051, fol. 307), *laudat regestum cujusdam confraternitatis anno 1317 erectæ, in quo nominatur* magister Alanus, rector de Boevilla.

[9] *Ab ipso Johanne de Esseio, Constantiensi episcopo, a. 1260*, pro canonizatione beati Thomæ de Buievilla, *ad Romanam curiam deputatus fuerat Honoratus, vicarius altaris Beatæ Mariæ Constantiensis.* Vid. supra, p. 545 d.

Gardinis, priore Fratrum Prædicatorum Constantiensium tunc temporis, qui, de A
mandato sedis apostolicæ, super ejusdem beati vita, meritis et miraculis inquirebant, et alias per bonos et fide dignos agnovi, proloquar, et fideli, licet rudi, stylo conscribam, posteris nostris, annuente Domino, profutura. Habeo siquidem magnum volumen originale, scilicet inquisitionis primæ per prædictos examinatores, me præsente, factæ; cui præsentem compilationem (ne quis me putet inquisi- B
tionem, quod absit, adulterasse prædictam) conjungere dignum duxi.

INCIPIT VITA BEATI THOMÆ CONSTANTIENSIS.

I. Fuit igitur beatus Thomas Heliæ in parochia Sancti Petri de Boevilla, taliter a *bonis* ejusdem sancti Petri, prout idem beatus Thomas aiebat, dicta [1], simplicibus ex parentibus, Helya scilicet et Mathilde, legitimis conjugibus, Constantiensis C
diœcesis, oriundus, studiisque litterarum traditus instruendus. Quantum vero diligens in disciplina magistrique statu fuerit (rexit enim scholas in grammaticalibus multis in locis), ardenter scholares ac socios suos non tam scientiam quam bonos mores instruens, verbis et exemplis exhortans, longum nimis esset scripturæ per singula commendare; quod et satis rei declaravit eventus; siquidem sermone D
dulcis, corde benignus, ardenter ac dulciter instruens, scholarium ac sociorum suorum in se provocabat affectus; ecclesias diluculo summo frequentans, dehinc tempus disciplinis scholasticis insumebat, et, si quid pro tempore de die post scholasticum studium superesset, vespertinis divinisque laudibus impendebat.

II. Sane tunc temporis in cibis, vestibus et alloquiis jucundis, sanctis tamen, E
satis communis exterius habebatur; verum, post regimen scholarum de Cæsaris Burgo, valida febre correptus, per Dei gratiam convalescens, vestibus coloratis abjectis, omnino cœpit uti vestibus de vili burello, sub illo quo carnem domuerat antea modo, cilicio domans eamdem, quo nunquam caruit postmodum, donec debilis et impotens fuit effectus. Incultus et deformis crinibus, vestimento despi- F
cabilis, mundi contemptum habitu prædicabat et gestu. Carnis desideria vigiliis, disciplinis et jejuniis multipliciter coercebat. Eo siquidem tempore, cum Guillelmo, fratre suo, mortuis parentibus, in jam dicta parochia moram trahens, ut de domo divinum nocturnum diurnumque adiret servitium, cui cum presbytero loci consueverat interesse, similem clavem ecclesiæ dicti loci post completorium reti- G
nens, obortis noctis tenebris, ecclesiam solus cum solo Deo locuturus adibat. O quot, quanti, quotiens in conticinio, per prædictæ ecclesiæ cœmeterium transeuntes eum temporibus illis audierunt, prout narrat antiquitas, in ecclesia sæpe fata gementem, suspirantem seseque disciplinis asperrimis affligentem! Inde vero satis tarde domum reversus, post modicam quietem circa noctem ad ecclesiam denuo H
properabat, laudibus matutinalibus, disciplinis et orationibus vacaturus. Temporibus illis, tribus in hebdomada diebus ad minus jejunabat in pane et aqua, cæteris diebus pane hordeaceo cum modico pulmento contentus, rarissime carnes aut pisces comedens, refectionem plenam declinans, ad cameram vel ecclesiam, post talem qualem refectionem, solitarius orationi, lectioni vel studio vacaturus, J
nunquam minus solus quam cum solus erat se reputans, secedebat. Et tunc propositum paupertatis amplectens, patrimonium suum fratri Guillelmo jam dicto dimittens, sine quolibet murmure, contentus erat iis quæ ad usum quotidianum dictus frater ministrabat eidem. Qui super abstinentiæ nimietate, necnon et quia
[a] *Corr.* ipsi. pane frumenti et aliis cibis quibus[a] appositis non utebatur, frequenter increpabat K
eumdem.

III. Audiens autem bonæ memoriæ Johannes, Constantiensis episcopus, famam viri Dei, fecit eum ad se vocari; cui inter cætera, quia sicut nec deliciæ exquisitæ, sic nec affectatæ sordes laudem pariunt, capillorum hirsitudinem et vestium usum sordidarum deponere persuasit, dicens quod non decet immunditia servum Dei; L
quem postmodum ad omnes sacros ordines, Domino favente, promovit. Verum-

[1] *Vix operæ pretium est annotare minime a* BONIS sancti Petri *derivatum fuisse nomen parochiæ* Boevillæ (*nunc* Biville), *cum in variis sæculi* XI *instrumentis dicatur* Buistotvilla, Boivilla *et* Buevilla.

A tamen priusquam sacerdos fieret, beatorum Petri, Pauli et Jacobi apostolorum limina visitavit, et per annos circiter quatuor theologiam Parisius audivit. De cujus abstinentia, diligentia, jejuniis, disciplinis et occupationibus sanctis socii sui scholastici multa tam miranda quam laudanda præfatis examinatoribus narraverunt, quæ, ne fastidium generem, ad præsens omitto.

B IV. Promotus igitur in presbyterum, cœpit per ecclesias Constantiensis diœcesis verbum vitæ ferventer seminare, in suis prædicationibus indulgentias concedere, confessiones audire, pœnitentias injungere, confitentesque absolvere, de diœcesani prædicti licencia speciali; ad cujus instar, Guillelmus bonæ memoriæ, Abrincensis episcopus, exercere præmissa per ecclesias suæ diœcesis commisit eidem.
C O quam differt hic presbyter a se puero! Si comparemus vitam sacerdotis ad vitam præcedentem, quasi, ut ita loquar, inutilis fuisse videbatur vita præcedens. Siquidem jejuniis, vigiliis, disciplinis, laboribus, orationibus, laudibus divinis, psalmis, hymnis, canticis spiritualibus, exhortationibus, prædicationibus, audiendis confessionibus, infirmorum visitationibus et consolationibus assidue va-
D cans, noctem Deo, diem proximis impendebat.

V. Sciens itaque quod cum dispositione mutatur bellum, jejuniis domans carnem, proposuit in illo fervore, præter abstinentiam jam dictam, Quadragesimas in pane et aqua duas annis singulis jejunare; sicque tres eo tempore continuavit, jejunans in pane et aqua. Sed quia temperandum est ut obsequium Dei cœptum gra-
E datim protrahatur potius quam per immoderantiam minuatur, ne deficeret ab incœpto prædicationis officio, factus inutilis præ nimia tenuitate, de mandato præfati Constantiensis episcopi, austeritatem Quadragesimarum temperavit eamdem. Tribus diebus per hebdomadas Quadragesimæ singulas pane contentus et aqua, cæteris diebus pane grossiore quem reperisset, oleribus aut pisis in aqua sine salis condi-
F mento bullitis, frequenter contentus erat. Raro siquidem, necnon et parcissime, piscibus in Quadragesima vescebatur; extra Quadragesimam, si forsan propter solemnitatem vel instantiam bonorum carnes aut pisces comederet, quod perraro contingebat, parcissime comedebat. Similiter et si vinum biberet, parcissime bibebat et adeo lymphatum, quod quasi mutasse vini speciem videretur. Sexta feria per
G singulas ebdomadas in pane et aqua, necnon et die qua festum dominicæ Annunciationis evenerat, dum tamen sanus existeret, jejunabat; aliis diebus pro potu sicera vel cervisia minore contentus. A nonnullis, ut reor, parcimoniam diligentibus, idcirco cum gaudio suscipiebatur, quia, nullis onerosus, omnibus utilis esset. Nihil propter se parari volebat; quin imo prohibebat et prohiberi faciebat
H expresse; paratis vero, tanquam medicina, velut egregius medicus, sine murmure vescebatur, ut esset cibus qui mortem arceret, non delicias ministrasset. Et quia inter lauta convivia minus fervet spiritus, non diu sedebat ad mensam, sed discumbentes relinquens, et cum gratiarum actione surgens, ad orationem vel lectionem, seu confessiones aut alias occupationes sanctas semet alio transferebat.

I VI. De vigiliis quid referam? Pernoctabat in ecclesiis ad quas declinabat, quatinus ad vigilandum pronior, et ex corporali præsentia Salvatoris et sanctorum suffragiis ad orandum sive meditandum de divinis ferventior honestius vigilias exerceret. In prima siquidem vigilia noctis officio pro defunctis, septem psalmis pœnitentialibus, quindecim gradualibus, cum litaniis et aliis septem psalmis, quos par-
K vos psalmos appellabat, cum quibusdam orationibus, suo clerico comitatus, tractim satis et devotissime decantatis, clerico prædicto, qui pro tempore eumdem comitabatur, ad inferiorem partem ecclesiæ, ubi lectum sibi fecerat præparari, dimisso, remanens in cancello, non sine creberrimis gemitibus et suspiriis meditationi et contemplationi rerum cœlestium vacabat, cumque suum clericum crederet obdor-
L misse, cum virgis aut propria corrigia semetipsum asperrime disciplinabat; demum sopori, quod non cupiditas, sed necessitas exigebat, ad requiem modicam, contentus modico stramine, cum quodam quandoque pallio, corpus dabat et circa mediam noctis partem ad laudes matutinales surgens, clerico suo aiebat: « Soci, sursum! Soci, sursum! » valde modeste eum vocando. Nullus clericorum suorum,
M prout referunt, vidit eum, dum sanus esset, cubantem, vel de lecto surgentem.

Laudibus igitur matutinalibus, orto lucis sidere, hora prima, devotissime decan- A
tatis, singulis fere diebus, impedimento cessante, summo diluculo missam cele-
brare solebat. Dehinc viator assiduus, peregrinus egregius, in hac peregrinatione
solo corpore constitutus, ad aliam ecclesiam properans, horis canonicis, aut
orationibus, sive psalmis, aut confessionibus, quas in via frequenter a multis
eum sequentibus audiebat, vel aliis operibus sanctis ad laudem Dei vel ædifica- B
tionem proximorum indesinenter erat intentus.

VII. Animarum zelator præcipuus, ipsarum lucris ardenter insistens, singulis
dominicis et festivis diebus, impedimento cessante, saltem semel, quandoque bis
vel ter in ecclesiis prædicabat; in die Nativitatis Domini quater, scilicet ad primam
missam apud Boevillam, ad secundam apud Vauvillam, ad tertiam apud Sanctam C
Crucem, ad vesperas apud aliam de vicinis ecclesiis; diebus singulis Quadrage-
simæ saltem semel, quandoque bis, et etiam diebus festis quoties habebat congre-
gationem populi, scholaribus in scholis, religiosis in suis cœnobiis, prædicare
solebat de fidei, pro qua fidelium cordibus firmiter imprimenda totus ardebat,
articulis, de quibus ecclesia solemnizat; suis sermonibus interserens monita sa- D
lutis, non subtiliter, sed faciliter, pro capacitate audientium, parvulis panem fran-
gens; decimas et oblationes reddere populos hortabatur. Post prædicationem va-
cabat confessionibus audiendis, frequenter, præcipue in Quadragesima, usque ad
noctis tenebras jejunia servando. Multi siquidem viri mulieresque fideles, alii per
duos dies, alii per tres, alii per hebdomadam unam, alii per duas et amplius E
quandoque, propter salutarem ipsius doctrinam, tum propter indulgentias quas
in his sermonibus concedebat, cum propter ipsius sanctitatem et reverentiam,
de parochia in parochiam sequebantur eumdem. Quamplures etiam ipsum ad
suas parochias venientem cum gaudio suscipientes, clamabant alii: « Ecce bonus
homo! » alii: « Ecce vir Dei! » Fama siquidem sanctitatis in populo celeberrimus F
habebatur.

VIII. De disciplinis quid referam? A juventute sua cum virgis aut corrigia sua
semetipsum asperrime disciplinare solebat. Quod et Parisius scholaris, et post-
modum, factus presbyter, in ecclesiis in quibus pernoctabat facere non omisit.
Dicebat quandoque suis familiaribus quod disciplina cum genestis et husso[1] bona G
erat ad decipiendum carnem, quia ejus asperitas in disciplinando satis erat to-
lerabilis, sed diu durabat. Quis non est expertus qualis sit? Verisimile est quod
tantus vir hæc non diceret inexpertus. Narrant siquidem sacerdotes qui fuerunt
ejus clerici quod, cum transibant per spissa nemora, ubi erant præfatæ arbores,
secedebat in partem, et tunc ictus quandoque gemitus audiebant, sed cominus H
accedere non audebant. Quamdam corrigiam ferratam tandiu ad carnem portavit,
donec per vetustatem defecit. Cum aculeo[2] autem annuli suæ corrigiæ, quem ex
industria fieri fecerat longiorem, frequenter se pungebat, exindeque socii ejus
sanguinem videbant ad ipsius pedes usque manantem. Sane cicatrices vulnerum,
quæ sibi fecit in pectore, in brachiis, in cruribus et tibiis, apparentes in fine J
vitæ, punctiones easdem satis superque comprobant. Credo siquidem, prout ab
eis qui, dum adhuc viveret, in humanis erant audivi, quod hujusmodi punctiones
faciebat sibi quando carnis stimulos sentiebat.

IX. Genuum flexiones creberrime faciebat. Officium divinum, semper stans, vel
flexis genibus, seu prostratus, dicebat. Ad illud verbum: *qui passus est pro salute* K
nostra, et ad illud: *et homo factus est*, et ad illud: *ave Maria*, genua de more flec-
tebat. Mirabiliter et ultra æstimationem fragilitatis nostræ devotus in officio divino
persistens, lacrimas, præcipue infra missarum solemnia, frequenter habebat. Cele-
braturus ex more præceperat clericis suis ut populum facerent stare remotum post
verba: *hoc est corpus meum* et cætera sub silentio, prout moris est, dicta, contem- L
plationi diutius insistebat, frequentius lacrimas multas effundens; post sump-
tionem corporis Christi lætus et gaudens mirabiliter apparebat; rubens facies,
quæ prius erat pallida, sanctum cordis prætendebat ardorem. Non in missis tantum,

[1] *Gallice* le houx. — [2] *Bolland.* broca.

A sed alias etiam habere lacrimas consueverat, præcipue cum respiceret crucifixi
imaginem, in cujus diutino aspectu suas haud poterat continere lacrimas. Unde
semel accidit quod, cum crucifixum instantius respiceret, inter copiosiores lacrimas
cruoris guttam emiserit[1].

X. Affluens itaque misericordiæ visceribus, compatiebatur peccatoribus, pau-
B peribus et infirmis. Hortabatur divites ut pauperibus subvenirent, et quando cum
notis amicis suis comedebat, ori subtrahens scutellas, pauperibus faciebat ero-
gandas, dicebatque frequenter eis : « Nimis comeditis; date pauperibus. » Infirmos
visitans consolabatur, invitans eos ad afflictiones et tribulationes temporales, sibi
ab amantissimo patre Deo, qui melius quam nos novit quid nobis expediat, im-
C missas, cum patientia et gaudio sustinendas.

XI. Animarum lucris ardenter insistens, ecclesias omnes dictarum diœcesium
per [annos] circiter duodecim, in omnibus, ut præfertur, saltem semel, in ma-
joribus bis aut ter prædicans, pedes, et ante obitum suum circiter quatuor annos
nudipes, visitans incedebat. Equum tamen aliquando ascendebat, cum promi-
D sisset ad aliquam ecclesiam proficisci, non propter se, sed propter exspectationem
populi, ne tædio gravaretur.

XII. Ante obitum suum, per biennium vel circa, varias in diversis locis infir-
mitates sustinuit corporales, in quibus fortior est effectus. Nam cum non posset
ecclesiam proficisci, presbytero in ecclesia celebrante, faciebat bis pulsari campa-
E nam, ad elevationem scilicet et sumptionem corporis Christi, quo ferventior spi-
ritus ejus ad suam dirigeretur actionem. Communicaturus vero post missam, per
presbyterum qui celebraverat, diaconalibus vestimentis indutum, præcedentibus
clericis, cum cereis accensis, invitatorium de Adventu : *Ecce venit Rex, etc.* vel :
Benedictus Mariæ filius, etc. cantando, sibi corpus Christi deferri solemniter facie-
F bat. Interim vero positus extra lectum[2], juxta quamdam formulam, pallio altaris
opertam, Salvatoris præstolabatur adventum; quem sibi delatum cum gaudio
suscipiens in manibus, cum ipso, quasi videret in effigie corporali, diutius loque-
batur, ac demum propriis manibus semetipsum communicabat. Quo sumpto,
grates eis quod tam pretiosum cibum sibi detulerant, referebat. Istam servavit so-
G lemnitatem in multis suis infirmitatibus, quasi singulis diebus quibus non poterat
ad ecclesiam pergere; solemnius autem in ultima ægritudine, quia multos habe-
bat visitatores sacerdotes et clericos, qui presbytero Christi corpus deferenti can-
tantes solemniter assistebant.

XIII. In hac infirmitate prævidens obitum suum, misit litteras ad presbyteros
H Constantiensis diœcesis, rogans eos ut, quia migrans anima de corpore conductu
indiget, ipsi, ut in eisdem litteris cavebatur, pro ipso migraturo Dominum preca-
rentur. Misit et alias litteras nobili matronæ Aliciæ[3], uxori Roberti Bertrandi,
militis insignis, inter alia continentes : « Ego vos faciam scire quod vado ad curiam
Paradisi, ubi procurator vester ero, quantum mihi permissum fuerit. » O grandis
J fiducia! Fuit autem hæc Alicia, ejus discipula, valde religiosa matrona, cui multa
de suis revelavit arcanis, cumque semel ei revelasset de gutta sanguinis quam
inter lacrimas habuit, ut præfertur, injunxit ut gratias Deo ageret, quia de nullo
secreto quod ei diceret tentabatur.

XIV. Ante obitum suum perplures dies legi coram se de incarnatione et pas-
K sione Salvatoris evangelia faciebat, quæ suspirans, gaudens et ad cœlum levans
oculos, devotissimus audiebat. Ipso die migrationis suæ, non diu ante obitus sui
horam, Guillelmum, presbyterum, capellanum capellæ de Briquebec, qui fuerat
ejus clericus, assistentem rogavit ut illum versiculum psalmistæ : *In manus tuas,
Domine, commendo spiritum meum, etc.* coram se diceret, quod et fecit, et statim
L spiritus ejus ad suum migravit auctorem. In cujus ore vel corpore nihil apparuit
inhonestum; manus ejus, ac si viveret, agiles extiterunt; caro vero reliqua quæ
fuerat in exercitio continuo, quam vulnerum sive punctionum quas sibi fecerat,
ut præfertur, in argumentum nobilis militiæ, cicatrices ornabant, puerilem præ-

[1] *Vide infra, num. XIII.*
[2] *Bolland.* ante lectum.
[3] Alicia de Tancarvilla, *ut habetur in P. Anselmi Historia geneal.* VI, 691.

tendebat ætatem; quod, sicut credo firmiter, castitas meruerat virginalis. Siqui- A
dem Petrus, presbyter de Boevilla, parochialis suus, et alii presbyteri, quos, de
licentia sive consensu dicti parochialis, variis temporibus, in confessores sibi ele-
git, quibus confessiones humillime faciebat, asserunt quod in suis confessionibus
peccatum mortale nunquam perpendere potuerint.

Obiit autem plenus dierum, anno dominicæ Incarnationis MCCLVII, sexta feria, B
[a] 19 Oct. 1257. in crastino beati Lucæ evangelistæ[a], circa horam nonam.

MIRACULA.

Quamvis, secundum quod dicit beatus Isidorus, majus sit opera bona facere
quam miracula vel signa, quia tamen, ut ait veritas, multi non credunt nisi signa
videant, ad ipsius beati Thomæ sanctitatem, non tantum fidelibus per opera su- C
prascripta, sed infidelibus per miracula sive signa comprobandam, operæ pretium
est de signis in vita sive post mortem per ipsius merita factis a Deo scripturæ
breviter aliqua commendare.

I. Narrat autem Guillelmus de Sancta Cruce, rector ecclesiæ Beati Germani de
Traileio, diœcesis Constantiensis, presbyter juratus[1], qui fuit diu comes laboris D
ipsius, quod, cum quadam nocte pernoctarent in ecclesia de Landelis, ejusdem
diœcesis, et matutinas beatæ Mariæ Virginis decantarent, repente, cum serenis-
simum tempus esset, ventus validus, sive malignus in vento spiritus, irruit in
ecclesiam tanto cum strepitu quod idem presbyter loquelam præ timore amiserit,
nec ipsi potuerit respondere; ille vero constans et intrepidus psalmodiam conti- E
nuavit, nec unam syllabam quidem dimisit. . . . .

II. Item cum beatus vir, anno Domini MCCLV, die quadam septimanæ pœnosæ,
prædicaret in cœmeterio Sancti Georgii juxta Sanctum Laudum, nec enim po-
terat ecclesia populum continere, quidam laicus, nomine Firminus de Mesnil
Oury, terram in quam semen jecerat, herciscebat, juxta ipsum cœmeterium. Quem F
videns beatus vir dixit ipso ostenso: « Ille non vult venire ad sermonem; modo
vadit, modo redit; plus curat de blado quam de anima sua, et tamen non gus-
tabit de blado pro quo laborat. » Cumque dictus Firminus in fine prædicationis
advenisset, sperans assequi indulgentiam quam aliis concedebat, conversus ad
eum beatus vir dixit: « O homo, putasne te habere indulgentiam? Non habebis G
quia non meruisti; sed scias quod de blado, pro quo laborasti, non comedes. »
Quod et verum fuit, ut prædixit: nam prædictus Firminus in crastino Paschæ
sequentis iter arripuit ad Sanctum Jacobum peregrinationis causa, et in via de-
cessit; propter quod patet ipsum prophetiæ spiritum habuisse, et hoc fuit fama
publica. H

III. Rursus cum idem beatus vir in cœmeterio de Moon subdius prædicaret, es-
setque tempus serenum, ascendit nubes aquosa; cumque mulieres ornatæ a futura
pluvia timentes (jam enim nonnullæ cadebant aquæ guttæ) surgerent, ad eccle-
siam properantes, dixit eis: « Sedete, nec timeatis; » tuncque conversus ad nu-
bem, extensa manu, præcepit ei dicens: « Vade ad Deum, ne impedias nos; » sicque J
nubes illa recessit, et ille cœptum sermonem, Domino favente, complevit; sicque
divinis obedienti præceptis obedivit nubes irrationabilis tanta, non sine multorum
admiratione, qui tantam de Deo fiduciam in beato viro mirati sunt, quod etiam
nubibus imperaret.

IV. Petrus, rector ecclesiæ Sancti Petri de Boevilla, duas facturus campanas K
æqualis ponderis, in eadem ecclesia fecit fieri duo æqualis quantitatis proplas-
mata, per quemdam optimum ac fidelem virum campanarium. Facta vero prima
campana, inventum est in residuo quod superfuerat metallo XXV libras ejusdem
metalli deficere, pro secunda campana ejusdem ponderis conflanda. Quare præ-
fatus rector venale fecit perquiri metallum loca per plura. Quo non invento, cum L

[1] *Ex hoc loco aliisque pluribus conjici potest Clementem voce ad vocem descripsisse inquisitionem quæ anno 1261, ut constat ex infra dicendis* (num. XI), *de beati Thomæ vita et miraculis facta fuerat.*

A per dies octo cessassent, contigit beatum Thomam ad prædictam venire ecclesiam,
sciscitavitque causam tantæ dilationis, etc.

V. Acelina, puella, triennis vel circa, filia Petri Fabri, ex parochia de Morsa-
lines, Constantiensis diœcesis, vultum per tres dies habuit adeo inflatum et tu-
mentem, quod nihil videret aut audiret, desperabantque parentes de vita dictæ
B puellæ. Eo tempore, quædam religiosa mulier, Dionysia nomine, quæ beatum Tho-
mam sequi consueverat per loca seu ecclesias in quibus prædicabat, hospitata fuit
penes dictæ puellæ parentes. Quibus ipsa compatiens, detulit infantem ad eccle-
siam dicti loci, ubi, post missam a beato Thoma diluculo celebratam, rogavit
eum devote quatenus ei imponeret manus quibus corpus Christi tetigerat. Atten-
C dens autem beatus vir fidem mulieris et compassionem, vultum puellæ tetigit,
Deum rogans ut sanitatem concedere dignaretur, sicque domum relata, post mo-
dicum temporis spatium fuit omnino curata.

VI. Johanna, Richardi Le Vignon filia, ex parochia Sancti Petri de Boevilla,
maculam in oculo sinistro diu habuit, et circiter per mensem de eo videre non va-
D luit penitus; propter quod pater duxit eam ad beatum virum Dei adhuc viventem,
die nativitatis Dominicæ, cui illam obtulit post secundam missam in ecclesia Boe-
villæ celebratam, rogans ut manum oculo puellæ apponeret, etc.

VII. Mabilia, uxor Petri Guerard, de Boevilla, habuit manum dexteram inuti-
lem et infirmam per annum et amplius, adeo quod nihil per eam operari posset;
E desperabat ipsa et maritus ejus necnon et medici de convalescentia, etc.

VIII-X. Narrat vir nobilis Valvanus, miles, dominus de Vauvilla[1], juratus, in cujus
domo decessit idem servus Dei, quod, cum ipse persuasisset eidem ægrotanti in
domo sua in illa infirmitate ex qua obiit ut de quadam perdice comederet, ne per
nimiam abstinentiam se interficeret, sed aliis profuturum se servaret, atque victus
F ejus precibus acquievisset, idem miles servientes suos cum retibus, canibus et
avibus, prout moris est, misit ad campestria, pro perdicibus capiendis. Alius
servus ad litus maris perrexit, pro piscibus, si qui declinassent, capiendis, ad
quoddam genus retium quod vocant quidellos, ibique reperit perdicem vivam in
quidellis captam, quod hactenus extitit inauditum ut perdices cum retibus in lit-
G tore caperentur.....

XI. Idem narrat quod aqua qua abluta fuit barba ipsius beati viri, radenda post
mortem, ut moris est, quam idem miles habet, et pro reliquiis reservat, adhuc est
mundissima, clarissima et recens, ac si de fonte nuperrime asportata fuisset, licet
anni tres et menses totidem completi sint a tempore quo e vita excessit[2].

H XII. Astantes vero populi pilos barbæ suæ post rasuram capiebant, ut pro re-
liquiis servarent; alii se ejus feretro supponebant; quidam deosculabantur manus
ejus; alii, tam viri quam mulieres, chirothecas, corrigias, monilia, vel annulos
apponebant super ipsum, ut ea exinde pro reliquiis observarent : allatum fuit
corpus ejus a domo Valvani, militis, domini de Vauvilla, presbyteris, clericis,
J nobilibus et plebanis comitantibus multis, ad ecclesiam Sancti Petri de Boevilla,
post missarum solemnia sepultum juxta ecclesiam, ad latus australe, ubi elegerat
sepulturam, ibique Dominus ad honorem sui nominis multa miracula beati viri
meritis operatur.

XIII. Idem narrat quod Enna[3], uxor Alexandri de Vauvilla, diu habuerat
K manum aridam, quæ, dum deferretur corpus beati Thomæ ad tumulum, affuit, et
accipiens idem miles mulieris manum, ipsam in manum servi Dei posuit confi-
denter. Nec mora, curata fuit ad plenum, domumque suam, gaudens et Deo gratias
agens, post humatum corpus sanctum, rediit ipsa die. Hoc idem dicta mulier ju-
rata deposuit.

L XIV. Lucia, filia Rogeri de Henevilla, quadam Dominica, satis mane, anno

[1] *Bolland.* Talvanus, *male quidem, cum idem in quadam anni 1261 charta* (Arch. de la Manche, fonds de l'abb. de Cherbourg) *dicatur* Walwanus, dominus Wauvillæ. — *Alter* Valvanus de Vauvilla et Agnes, ejus filia, monacha de Gomeri Fonte, *conscripti leguntur in regesto confraternitatis cujusdam a. 1317 apud Boevillam erectæ; vid. codicem lat.* 10051, fol. 307.

[2] *Cum beatus Thomas 19 Octobris 1257 mortuus fuerit, his vocibus satis aperte designatur anni 1261 initium.*

[3] *Bolland.* Ennia.

MCCLIX, mense Septembri, loquelam perdidit apud Briquebec; existens autem A muta adeo graviter torquebatur, quod non poterat dormire vel requiescere. Quam videns nobilis mulier, Alicia, domina de Briquebec, de qua superius mentionem egimus, compatiensque monuit eam ut invocaret beatum Thomam et tumulum ejus adiret.....

XV. Johannes Trenchefer, laicus, ex parochia Sanctæ Trinitatis de Cæsaris B Burgo, cum deponeret, in vigilia Sancti Laurentii, anno Domini MCCLX, garbas de quadam quadriga, super unam virgarum, quas suo more messores habent in quadrigis ad garbas tenendas ne cadant, cecidit; eique brachium dextrum perforavit inter os et musculum, sicque pependit aliquantisper brachio perforato. In hac igitur angustia positus, beatum Thomam invocavit dicens : «Domine mi, C sancte Thoma, respice in me, et ego vobis deferam cereum ad longitudinem brachii mei, et sanctæ Honorinæ similiter.....»

XVI. Johanna, filia Odonis Potein, de Esqueurdrevilla, decennis vel circa, ruborem quamdamque telam tenuem super oculos habuit per triennium; de oculo dextro modicum videbat, de sinistro autem minus, imo de eodem quandoque D per tres dies vel plures nihil omnino videbat; cujus mater a multis consilium quæsivit, habuitque annulos cum lapidibus pretiosis, sed nec per medicamenta nec per lapides curari potuit. Audiens autem mater ejus quod, ad invocationem beati Thomæ, Dominus ad ipsius sepulcrum miracula faciebat, eam beato Thomæ devovit, duxitque ad hujusmodi tumulum, ubi, cum semel pernoctasset, utrius- E que oculi lumen accepit, et plane curata recessit.

XVII. Cecilia, uxor Odonis præfati, jurata, narrat quod ipsa manum sinistram habuit inutilem per hebdomadas quindecim, adeoque firmiter clausam ut nullatenus eam posset aperire. Itaque consilium quæsivit a medicis; sed medicamentis nihil ei penitus proficientibus, ad invocationem beati Thomæ se convertit, F ut sibi subveniret, vovens quod ad ejus sepulcrum pergeret cum lineis [1], per tria Sabbata, jejunans in pane et aqua. Voto emisso, statim melius se habuit. Completo autem voto, curata fuit omnino.

XVIII. Theophania, filia Durandi de Toto, ex parochia Cæsaris Burgi, novennis vel circa, maculam habuit in utroque oculo per duos menses et amplius; G quare Petronilla, mater ejus, consilio habito, quæsivit annulos cum lapidibus pretiosis et herbas multas pro remedio, quæ nihil profuerunt. Cumque desperarent parentes de visu puellæ, dicta mater eam devovit beato Thomæ, duxitque ad ejus sepulcrum, ubi fecit oculis ejus admoveri beati Thomæ sotulares quibus calceatus solebat celebrare, sicque perfecte curata evasit. H

XIX. Radulphus dictus Flament, ex parochia Sanctæ Trinitatis de Cæsaris Burgo, valde senex, adeoque debilis effectus quod ire haud poterat absque baculo nec videre sine solis lumine, devovit se beato Thomæ.....

XX. Nicolaus, filius Johannis Tessonis, de Esqueudrevilla, fuit paralyticus ac ita debilis quod non valebat stare super pedes suos nec sedere. Caput erigere non J poterat, nisi ope matris suæ, nec erectum tenere, sed in alteram statim sedebat partem; cujus os torsum erat aurem fere usque dexteram, quam infirmitatem medici torturam vocant; de oculo dextro minime videbat, de neutra manu se juvare seu etiam pascere poterat, etc.

XXI. Sabina, uxor Guillelmi Hugonis, ex parochia Beatæ Mariæ de Flotte- K manvilla, Constantiensis diœcesis, quadam nocte, jacens lecto, surda facta, amisit auditum, etc.

XXII. Margarita, relicta Rogeri Aprilis, de parochia Tonnevillæ, Constantiensis diœcesis, inflata fuit in ore stomachi per quadriennium vel circiter, singulis diebus vomitum agebat usque ad sanguinem et quandoque ter vel bis, ad minus semel, L sicque de remedio per medicos desperata, confugit ad beatum Thomam, cui se devovit.....

XXIII. Alberta La Hecquette, ex parochia de Quierquevilla, ejusdem diœcesis,

[1] *Bolland.* in laneis.

A epileptico morbo per annos circiter XII laboravit, singulis diebus bis vel ter, quandoque quater, palam, in ecclesia diebus festivis, cadere consueta in terram. Voto emisso ad beatum Thomam, ipsius sepulcrum visitavit quodam Sabbatho ante *Isti sunt dies*, ibique vigilavit per noctem, et in crastino rediit sana, nec per mensem cecidit, vel aliquid morbidum sensit. Cumque una dierum quidam ei diceret bene B sibi accidisse quod sic esset curata, respondit non, imo mallet eo laborare morbo sicut prius, quia modo non inveniebat qui sibi subveniret, vel elemosinam daret, prout antea faciebat. Erat enim pauper et mendicans. Quo dicto, statim decidit et per multos dies amplius solito gravata fuit illo morbo, frequentiusque in terram cadebat. Audiens autem magister Radulphus de Bohon, rector ecclesiæ prædictæ, C vir antiquus et magni nominis, quippe qui pœnitentiarius exstiterat Rothomagensis, eam increpavit de ingratitudine, persuadens ei ut iterum se devoveret eidem beato Thomæ, iretque denuo ad ejus sepulcrum, etc.

XXIV. Emma dicta la Galarde, ex parochia de Guiervilla, habuit maculam in oculo sinistro per XVIII annos et amplius, etc.

D XXV. Emma, uxor Radulphi Parvi, ex parochia eadem, amiserat auditum, etc.

XXVI. Mathildis, uxor Roberti dicti Cervi, sexagenaria, ex parochia de Esculleviila, quæ duabus fere leucis distat a Boevilla, per novennium gutta laboravit in sinistro femore, etc.

XXVII. Johanna, filia Johannis Fabri, septennis, de Digulevilla, brachium ha- E bebat sinistrum, inutile, rigidum et lateri suo junctum, nec ipsum poterat movere, etc.

XXVIII. Alicia Johannis David, de Vauvilla, sexagenaria, diu debilis exstitit in cruribus, etc.

XXIX. Guillelmus, filius Rannulphi dicti Bachelier, de Torquetevilla, septen- F nis, duritiem inflatam seu grossitiem in ventre habuit, ita ut non posset comedere, nec pedes suos videre præ nimia ventris grossitate, retro accurvatus remanens, sicque per sex dies continuos laboravit, etc.

XXX. Thomas de Hamello, ex parochia de Treauvilla, paralyticus factus est anno MCCLXX, in festo sanctæ Magdalenæ, etc.

G XXXI. Radulphus, filius Radulphi Hebert, quadriennis, cecidit in alveum molendini de Burnechon, dum moleret, in parochia Sancti Germani le Gaillart, Constantiensis diœcesis, ibique tam diu fuit ut nulli dubium foret quin mortuus esset.....

XXXII. Agnes, filia Roberti Martini, ex parochia Sanctæ Mariæ de Monaste- H riis juxta Pontem Abbatis, ejusdem diœcesis, cecidit, mense Julio, in quoddam fossatum aqua profunda repletum, ibique tam diu jacuit quod pro mortua indubitanter crederetur.....

XXXIII. Guillelmus dictus Haslé, ex parochia Sancti Martini de Videfontaine, ejusdem diœcesis, infirmus, debilis et impotens diu fuit, adeo quod non poterat J operari, nec stare vel sedere....

XXXIV. Thomas Anquetilli, ejusdem parochiæ, de equo cecidit super brachium; exinde nervi læsi duritiem et contorsionem contraxerunt in tantum ut brachium curvum remanserit....

XXXV. Nicolaus de Mara, ex parochia de Boevilla, percussus fuit in sinistra K corporis parte adeo graviter ut cum pede sinistro non poterat terram tangere, habens brachium durum et curvum cum manu sinistra, quam nec valebat extendere vel vestire, sicque per septennium impotens remansit et infirmus. Tandem devovit se beato Thomæ, sepulcrumque illius visitavit et pristinam sanitatem retulit.

XXXVI. Mathildis, filia Johannis, ex parochia de Haya Putei, septennis vel L circa, gibbos duos habuit ex utraque parte gutturis, grossos instar duorum ovorum anseris, per triennium. Multi medici eam visitantes timebant nec audebant illi manus minusque ferrum apponere, quia morbus erat scrophularum, a quo rex Franciæ tactu manuum suarum divinitus curat. Mater vero timens de morte puellæ, pro eo quod habuerat alium puerum masculum, qui morbo consimili M affectus excesserat e vita, eam, præsente marito, devovit beato Thomæ, statimque

dicti gibbi sunt minorati. Quo viso, eamdem duxit ad tumbam beati viri, ubi A
omnino curata fuit.

XXXVII. Emma, uxor Gaufridi dicti d'Helye, ex parochia Sancti Johannis de
Haya Putei, guttam habuit in capite, exinde ad omnia membra descendentem,
unde infirma et impotens adeo graviter reddita est, ut non posset manus ad caput
levare, nec ambulare vel stare, nec se pascere, vel puerum suum quem habebat B
infantem lactare.....

XXXVIII. Juliana, filia Guillelmi Fabri, de parochia Sancti Symphoriani, æta-
tis annorum et mensium duorum, cecidit in quemdam fontem quem vulgariter
vocant *buot*, ubi cum aliquandiu stetisset submersa, extracta fuit frigida et rigida,
sine flatu, sine motu, clausis oculis. Quo adveniens ejus pater, voce magna excla- C
mavit invocans beatum Thomam, ut redderet ei filiam suam, et ut impetraret
adjecit quod non comederet vel biberet donec veniret ad tumbam illius nudis pe-
dibus, moxque discalceatus iter acceleravit : nec mora, post ejus discessum, præ-
sente presbytero loci, qui simul cum multis aliis beatum Thomam invocabat,
exspectans magna cum fiducia gratiam Dei, puella aperuit oculos et revixit; quam D
pater, reversus in crastino, lætus et gratias agens, viventem invenit.

XXXIX. Robertus, filius dicti Consanguinei, de parochia Sancti Thomæ apo-
stoli de Lithaire, clericus scholaris, per malignos spiritus in crepusculo cujusdam
diei detractus et dejectus in bosco loci ejusdem, fractus renes, curvus et surdus
est effectus; et licet antea bonæ fuisset indolis et bonus scholaris, nunc odio scho- E
las et scholares habuit, nec intravit, et reputabatur dæmoniacus. Tandem in
ecclesia Beati Michaelis de Bosco, ubi moniales habitabant, recuperavit in re-
nibus sanitatem; diu tamen postea fuit surdus, scholas abominans et scholares.
Quem mater ejus beato Thomæ devovit, et ad tumulum duxit ipsius, etc.

XL. Guillelmus dictus Magnus, de parochia de Picquauvilla, Constantiensis F
diœcesis, laboravit morbo caduco.....

XLI. Guillelmus de Douvilla, clericus uxoratus, Constantiensis diœcesis, habuit
guttam in renibus adeo gravem quod ad terram non se poterat inclinare, nec
opera sua facere consueta. Præterea duos filios suos eodem tempore contigit adeo
graviter infirmari quod de convalescentia desperaret. Devovit se beato Thomæ, G
vel se pro filiis eisdem : ivit ad tumbam sancti, non solum curatus a gutta ad ple-
num, sed et reversus dictos filios suos sanos invenit.

XLII. Lucia, filia Richardi de Hamo, de parochia de Montis Burgo, habuit
tumorem magnum in crure sinistro, satis alte, sub membro muliebri, per tres
hebdomadas adeo graviter laborans quod nec erigere se nec de lecto poterat H
exire. Tandem mandavit pro medico, qui, viso morbo, dixit quod erat fistula,
quæ non poterat sine scissura curari. Devovit se beato Thomæ.....

XLIII. Germanus Glace, de parochia de Guervilla[1], Constantiensis diœcesis,
percussus in dextra parte, scilicet in pede, manu et lingua, graviter adeo quod
amisit gressum et loquelam, etc. J

XLIV. Robertus dictus Rufus, de parochia de Heauvilla, Constantiensis diœ-
cesis, habebat duodecim bidentes laborantes morbo qui dicitur vulgariter *la ve-
rolle*. Desperabat de convalescentia earum, similiter et omnes vicini sui. Devovit
eas beato Thomæ, sicque fuerunt omnes statim curatæ. In ecclesia dictæ parochiæ
mihi scholastico constat quod nullus erat inter eos qui non expertus fuisset, vel K
in suis personis aut familia sua, vel in pecoribus, beneficia beati viri prædicti.

XLV. Martinus, prior prioratus de Heauvilla[2], monachus de ordine beati Be-
nedicti, laborabat gutta in brachio dextro. Invocavit beatum Thomam, promittens
unum operarium ad ecclesiam quæ de novo fiebat apud Boevillam ad transfe-
rendum corpus ipsius. Misit operarium juxta promissionem suam; cessavit gutta L
per longum tempus. Postmodum, cum per aliquot vices contingeret quod affli-
geret eum gutta, invocabat beatum Thomam, dicens : « Sancte Thoma, nonne
scitis qualiter est? » Et statim cessabat afflictio.

[1] *Bolland.* Guirvilla.

[2] *Eumdem Martinum a. 1256 nominatum invenimus in Regestro visitationum archiepiscopi Rothom. ed. Th. Bonnin,* p. 249.

A XLVI. Radulphus de Treauvilla, faber, cum super quandam massam ferri
candentis igniti percuteret, ut inde duas faceret portiones, subito pars altera ferri
candentis in oculum ipsius insiliit, eumque vehementer afflixit; diuque præ nimio
dolore quiescere non potuit, etc.

XLVII. Radulphus dictus de Toto, de parochia de Vauvilla, laborabat febre
B tertiana, anno Domini MCCLXX, mense Decembri. Devovit se beato Thomæ, etc.

XLVIII. Item narrat idem Radulphus, juratus, quod filia sua septennis vel
circa habebat in aure sibilum continuum. Devovit se beato Thomæ; mater duxit
eam ad tumbam sancti; ibique de aure puellæ cecidit quidam vermis mortuus
instar vermis qui vulgariter dicitur *oreillière*, sicque sana facta domum suam re-
C versa est.

XLIX. Nicolaus, filius Richardi de Gardino, de parochia Sancti Petri de Boe-
villa, quadriennis vel circa, subito morbo percussus, ab ipso mane usque ad
horam fere nonam diei, mense Octobri, laborabat in extremis, etc.

L. Guillelmus Martini habuit jumentum, quod per quatuor dies et amplius
D adeo fuit infirmum quod non erat spes de convalescentia. Nuntiatum fuit relictæ
Radulphi dicti Præpositi quod erat mortuum. Quod audiens, ipsa devovit beato
Thomæ, statimque convaluit ipsum jumentum.

LI. Guillelmus Heberti, de parochia Sancti Germani dicti le Gaillart, habuit
filium biennem vel circa, per annum fere languentem, qui cœpit arefieri. Cumque
E pater et mater viderent ipsum sic ægrotantem multamque materiam tristitiæ mi-
nistrantem, rogaverunt beatum Thomam ut ipsum traheret ad alterum finem,
mortem videlicet vel sanitatem. Detulerunt ipsum ad tumbam beati viri quodam
die Lunæ in crastino Paschæ, anno Domini MCCLXX. Cumque illuc advenissent
post missam, et ignem quærerent ad accendendum candelas offerendas, etc.

F LII. Margarita, uxor Petri Rogeri, de parochia Sancti Germani dicti le Gaillart
prædicta, habuit in mamilla sinistra per tres menses morbum vehementissi-
mum, etc.

LIII. Guillelmus, filius Guillelmi de Valleto, sexdecennis vel circa, de pa-
rochia Sancti Germani le Gaillart, vehementi morbo subito arreptus fuit, etc.

G LIV. Helena, relicta Roberti dicti Præpositi, de parochia Sancti Germani
prædicta, habuit febrem erraticam per tres menses, deinde quotidianam per
quindenam. Devovit se beato Thomæ: perrexit ad tumbam ipsius, statimque ces-
savit febris omnino.

LV. Richardus dictus Præpositus, de parochia Sancti Germani præfata, labo-
H ravit febre tertiana, etc.

LVI. Thomasius, filius Guillelmi de Vergerio, de parochia de Alno, Constan-
tiensis diœcesis, cum esset biennis, laboravit morbo caduco. Stephania, avia sua,
devovit eum beato Thomæ: quem eadem avia, comitante patre pueri, duxit ad
tumbam ipsius, sicque fuit ibi curatus ad plenum.

J LVII. Gaufridus dictus Tolissac, de parochia Sancti Symphoriani, Constan-
tiensis diœcesis, habebat filium biennem et ultra, necnon et filium ætatis unius
anni et quinque mensium: ambo carebant usu pedum, nec poterant super pedes
stare.....

LVIII. Nicolaus, filius Simonis de Bosco, de parochia de Tourquevilla, fuit in-
K firmatus et debilis adeo quod non poterat incedere sine baculo per biennium et
amplius.....

LIX. Hæc de vita, meritis et miraculis beati Thomæ prædicti, de quibus mihi
constitit, ut præfertur, rudi sed fideli stylo, conscripsi. Multa quidem et alia signa
per merita dicti beati viri, quæ non sunt scripta in libro hoc, operatus est Do-
L minus, et adhuc non desinit operari, quæ, si quis vellet scribere, multa volumina
continerent.

LX. Illud autem notitiam posterorum latere non volo, quod bonæ memoriæ
Johannes, episcopus Constantiensis, qui cum fratre Radulpho de Gardinis, tunc
temporis priore Fratrum Prædicatorum Constantiensium, de mandato sedis apo-
M stolicæ, de vita, meritis et miraculis beati Thomæ sæpedicti, me eis assistente,

diligenter et fideliter inquisivit, misit ad eamdem sedem pro negotio canonizationis ipsius duos presbyteros rurales, una cum inquisitione præfatorum. Et licet inquisitio super istis necnon super XIIII vel circiter miraculis, quod ad impetrandam canonizationem sufficere poterat, fuerit approbata, tamen, propter defectum solemnitatis nuntiorum, remisit dominus papa episcopo præfato inquisitionem super miraculis quibusdam, de quibus minus diligenter inquisitum fuerat, necnon super novis miraculis faciendam, quam juxta mandatum apostolicum fecit; sed eam, morte præventus[a], episcopus ad curiam non remisit. Siquidem duo cardinales citramontani, videlicet frater Hugo de Sancher[1], de ordine Prædicatorum, qui fuerat confessor beati Thomæ, et cujus scholaris erat cum idem cardinalis legeret Parisius theologiam, et magister Odo de Castro Radulphi[2], qui fuerat cancellarius Parisius eo tempore quo dictus beatus vir fuerat scholaris Parisius, affectabant summo cum desiderio canonizationem prædictam, ut præfertur, quod et eidem episcopo mandaverunt, et ut solemnes nuntios propter idem negotium mittere festinaret. Quod non fecit, ut dictum est, morte præventus.

[a] 1274.

LXI. Remissa, prout præfertur, ad eumdem episcopum inquisitione, tam super antiquis quam novis miraculis, de mandato sedis apostolicæ, facienda, probata fuerunt coram ipso miracula quæ sequuntur.

LXII. Petrus, filius Sylvestri de Gardino, ex parochia de Boevilla, ætatis unius anni et trium mensium, cecidit in quamdam fossam, in qua erat multa aqua, etc.

LXIII. Johanna, filia Guillelmi dicti Brocquet, ex parochia Sancti Nicolai de Barfluctu, post febrem continuam, in creticatione dolorem passa fuit ingentem; quippe quæ contracta facta sit, caput inter crura habens et genua pectori juncta, non poterat se erigere, nec incedere sine baculo longitudinis dimidii pedis, sicque stetit per annum vel circiter, sine spe convalescenciæ; tandem mater ejus Johanna de Barfluctu devovit eam beato Thomæ, quam et ad tumbam ejus deduxit, ubi cum diutius orasset, erexit se, haud sine omnium qui aderant admiratione, curata ad plenum.

LXIV. Thomasius filius Ausberti, de parochia Sancti Germani le Gallard, Constanciensis diœcesis, in alveum molendini de Gibard, dictæ parochiæ, cum moleret, cecidit.....

LXV. Alicia filia Nicolai de Barra, ex parochia de Taillepied, ejusdem diœcesis, cecidit in fontem, vase ligneo circumdatum, qui vulgariter dicitur *buchot*[3], et ibi submersa fuit.....

LXVI. Radulphus dictus Hericé, ex parochia de Ver, diœcesis Baiocensis, infirmitatem seu debilitatem subito, cum solus deambularet, incurrit, unde contractus effectus et curvatus, rectus stare haud poterat nec incedere absque baculo; caput gerebat valde submissum, genua quasi juncta pectori, gibbum grossum instar capitis hominis subter scapulas habens in dorso, sicque per annum detentus est impotens, quod nihil poterat operari; quique labores manuum suarum manducare consueverat, ostiatim manducans effectus est et pauper. Tandem devovit se beato Thomæ ex toto corde suo et illico convaluit; ac post aliquantulum temporis intervallum omnino curatus fuit, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, qui vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

[1] *Vid. opus cui titulus* Histoire littéraire de la France, XIX, 38-49.

[2] *Vid. eumdem librum*, XIX, 228-232.

[3] *Bolland.* buhot. *Vid. supra*, n. XXXVIII

E CHRONICO ABRINCENSI [1].

A M.CC.XXX. Rex Angliæ Henricus cum comitibus Britanniæ[a], Campaniæ[b], Marchiæ[c], Tolosæ[d], contra Ludovicum, regem Franciæ, convenerunt; sed agente Deo, pueri regis viribus sunt repulsi. [a] Petro. [b] Theobaldo IV. [c] Hugone X. [d] RaimundoVII.

M.CC.XL. Guillelmus de Sanctæ Mariæ Ecclesia episcopus Abrincensis[2] XXII.

M.CC.XLII. Oriuntur contractus inter regem Angliæ[e], et comites Tolosæ[f] et Mar- [e] Henricum III.
B chiæ[g] de guerra facienda regi Ludovico. [f] Raimund. VII. [g] Hugonem X.

M.CC.LIIII. Ricardus Angelus, Abrincensis episcopus[3] XXIII.

M.CC.LVIII. Invenitur corpus beati Saturnini in suo monasterio Tolosæ.

M.CC.LXV[h]. Coronatur Carolus in regem Siciliæ per episcopum Albanensem[i] et quinque alios cardinales. [h] 6 Jan. 1266. [i] Radulfum.

C M.CC.LXIX. Radulphus de Thevilla episcopus XXIIII. Cœpit circa hunc annum; sedit annis XXIII.

M.CC.LXX[j]. Comitatus Tholosæ regi Franciæ devolvitur. [j] 1271.

M.CC.LXXII. Obiit frater Thomas de Aquino, ordinis Prædicatorum. Hic fertur miraculis coruscare.

D M.CC.LXXXIII[k]. Obiit Karolus primus, rex Siciliæ, frater sancti Ludovici. [k] 7 Jan. 1285.

M.CC.LXXXVIII[l]. Oritur discordia inter reges Franciæ Philippum et Angliæ [l] 1289.
Odoardum[m], pro qua sedanda duo cardinales mittuntur; sed parum profecerunt, [m] Eduardum I.
nam Odoardus, bellator strenuus, putabat Normanniam acquirere. Oritur guerra
inter Philippum et Odoardum reges in partibus maxime Vasconiæ, in qua plurimi
E perierunt; sed postea[n] confœderati, accepit rex Anglorum sororem regis Fran- [n] 1299.
corum Margaritam[4], et reddita est regi Anglorum Vasconia, quam in bello per-
diderat; de qua nati sunt Thomas, comes Cornubiæ, et Aymo[o]. [o] Edmundus.

M.CC.XCIII. Gaufridus le Bouchier episcopus XXV. Cœpit anno M.CC.XCIII; sedit annis XIII.

F M.CC.XCV[p]. Canonizatur sanctus Ludovicus et confessorum catalogo annotatur. [p] 1297.

M.CCC.VI. Nicolaus de Lusarchiis episcopus XXVI. Cœpit anno M.CCC.VI.

M.CCC.VII. Captivatio prima Templariorum.

M.CCC XI. Johanna primogenita oritur Ludovico regi Navarræ. Michael de Ponte Ursonis rexit uno anno et quinque mensibus.

G M.CCC.XII. Johannes de Musca anno M.CCC.XII.

M.CCC.XIII. Philippus rex tenuit curiam magnam valde Parisius in festo Pentecostes. Incendium suburbii Abrincensis.

M.CCC.XV. Engelrandus de Marinhé suspendio elevatur. J[ohannes] de Musca in episcopum consecratur.

H M.CCC.XVIII. Motio itineris pastorum ultra mare.

M.CCC.XXI. Combustio leprosorum.

M.CCC.XXVII. Obiit Johannes de Musca episcopus. Johannes de Viana episcopatum tenuit annis II et VIII mensibus.

M.CCC.XXX. Johannes Hautfuney episcopatum regere incipit, et anno M.CCC.XXXI,
J XVII kalendas Maii in episcopum consecratur. Sedit annis XXVII.

M.CCC.XXXIII. Peregrinatio pastorum apud Montem Sancti Michaelis.

M.CCC.XXXIIII. Ruina turris ecclesiæ Abrincensis.

[1] *Exstat hoc chronicon Andreæ Duchesne manu ex cod. Petaviano descriptum, inter Baluziana collectanea, tomo LVIII, fol. 242. A Francisco Duchesne appositus est titulus hic :* Chronicon ab anno DCCCXXXVII usque ad annum MCCCLIX, quo Abrincensium episcoporum ac abbatum Sancti Michaelis series breviter annotatur.

[2] *A. 1236 consecratus.*

[3] *A. 1253 electus, a. 1269 mortuus. Vid.* Gall. christ. XI, 485 et 486, *ubi inconsulte distincti sunt Richardus IV et Richardus V; hunc locum emendaverunt ipsi* Galliæ christ. *auctores, ejusdem tomi XI col. 983.*

[4] *Cod. male* Blanchiam.

M.CCC.XLI. Unio capellæ Beati Eligii, XV kalendas Septembris, cum quatuor A antiquis vicariatibus majoris altaris, et duorum novorum creatio.

M.CCC.XLIIII. Johannes Tesson, Ricardus de Perceio, Guillelmus Bacon, milites, decollantur III nonas Aprilis.

M.CCC.LVI. Comes Haricuriæ[a] decollatur nonis Aprilis, et rex Navarræ[b] incarceratur. Dux Lancastriæ[c] Abrincensem urbem possidet. B

M.CCC.LIX. Obiit Johannes Hauffuné[1] episcopus IIII die Junii.

[a] Johannes.
[b] Carolus.
[c] Henricus.

NOTÆ MONASTERII MONTIS SANCTI MICHAELIS.

MONITUM.

In codice Abrincensi 213, quem olim numero 218 signaverant monachi Montis Sancti Michaelis, fol. 178-182, occurrit breve chronicon, cui præfixus est titulus : *De abbatibus Montis Sancti Michaelis rubrica abreviata.* His verbis incipit : « Anno ab incarnatione Domini DVI, « prima revelatione beati Michaelis archangeli in Oriente facta, » præcipuosque historiæ Montis Sancti Michaelis eventus tangit usque ad mortem Gaufridi de Servon, id est a. 1386. Secunda manu annotata sunt Gesta Petri Regis et Roberti Joliveti, ab anno 1386 ad annum 1444 abbatum. Cui chronico subjunximus : 1° notas nonnullas, e variis codicibus excerptas, quarum ope plures ipsius chronici lacunas supplere licebit; 2° veterem abbatum indiculum, cujus duo exempla, utrumque sæculi XIV exeuntis vel XV ineuntis, nobis exhibet codex 214 Abrincensis; 3° præcipuos locos trium obituariorum, quorum duo priora, sæculo XIII exarata, in eodem codice 214 continentur, tertium vero, sæculo XV descriptum, ultimam codicis 215 partem occupat[2].

I.

E Rubrica abreviata.

Anno M° C° XC° I° cœpit regnare in abbatia ista Jordanus abbas feliciter. Tempore istius, combusta fuit ecclesia a Britannis et item reædificata in tectura, turri et refectorio. Dormitorium et celarium totum fecit novum. Obiit anno M° CC° XII°. C

Radulphus de Insulis, abbas hujus loci. Thomas de Cameris, abbas hujus loci. Radulphus de Villa Dei[3], abbas hujus loci. Isti rexerunt XXIIII annis.

[1] *Obitus Johannis Hautfuné 4 Jun. 1358 ab auctoribus* Galliæ christ. *adscriptus est. Vid. supr.* p. 227, not. 2.

[2] *E laudato codice 215 excerpta sunt ea quæ in Andreæ Duchesne mss. collectaneis, tomi XXII fol. 267 v°, inserta sunt.*

[3] *Idem qui Radulphus de Vallibus non semel dictus est, et de quo hæc in Chartulario* (fol. 129 v°) *annotata sunt :* Radulphus de Vallibus, abbas hujus loci, emit in Bretevilla VI.XX. libras turonensium annui redditus, videlicet de præpositura quam W. de Brae, miles, solebat tenere in dicta villa de dicto abbate et conventu Beati Michaelis; item a Philippo Forestario, in manerio nostro de Domno Johanne, XXV libras turonensium annui redditus, tam in avena quam aliis redditibus. Item apud Ardevon multos emit redditus et apud Brion, et triginta et amplius acras acquisivit in prateriis de inter Sanctum Johannem de Thomas et Brion sitis, et multa alia acquisivit.

A Anno M° CC° XXX° VI° electus fuit Ricardus Tustini abbas hujus loci. Hic multa bona fecit, videlicet perficiendo claustrum monachorum, insuper Bellam Caram[1] et omnes ammiras[a] quæ sunt circa ecclesiam. Incepit etiam novum capitulum et novum opus subtus Bellam Caram, et ad omnes prioratus forenses tam emendo redditus quam nova ædificia ædificando bona contulit infinita. Obiit anno M°CC°LX°III°. [a] sic.

B Nicolaus Alexander, abbas hujus loci. Nicolaus Fanigot, abbas hujus loci. Isti rexerunt XXXIIII annis.

Anno M° CC° LXXXX° VIII° obiit Johannes le Faé, abbas hujus loci, et successit ei Guillelmus de Castro, qui fecit stalla et omnia nobilia[2] quæ erant in choro, quod fuit ustum igne fulmineo, et alia multa. Obiit anno M° CCC° X° IIII°.

C Isti Guillelmo successit Johannes de Porta, qui feliciter ac sub omni tranquillitate[3] rexit. Hic multa bona fecit. Recuperavit prioratum de Sancto Clemente de Gersoyo. Istud monasterium cum omnibus pertinentiis suis retraxit de sub rege Navarræ. Nostras cartas et cirographa confirmari fecit a domino Philippo de Valeys, domino nostro et rege Francorum. Plures redditus etiam monasterio acqui-
D sivit. Valde viriliter restitit[4] contra illos qui tempore guerræ volebant quod monasterium solveret stipendia illorum quos rex ponebat ad custodiendum Montem. Valde profuit in ædificando. Obiit anno M° CCC° tricesimo, et sepultus est in cappella Sancti Johannis nova, quam ipse dotavit cum assensu conventus, et ibi duos cappellanos constituit.

E

II.

E variis codicibus.

II nonas Martii[b]. Anno Domini M.CC.XXVIII compressi sunt in hoc monte a ruina quatuor domorum pauperes utriusque sexus XXXVIII, exceptis multis qui semimortui extracti sunt. (*Ex cod. Abrinc.* 214, *pag.* 38.) [b] 6 Mart.

F M.CC.XXXVI. Obiit Radulphus de Villa Dei [abbas], cui successit Ricardus Tustini XXI abbas. — Obiit Guillelmus de Ostilleio, episcopus Abrincensis, cui successit Guillelmus de Sanctæ Mariæ Ecclesia. (*Ex cod. Abrinc.* 211, *fol.* 77.)

Anno Domini M.CC.XLIIII, in meridie, apparuit in sole crux rubea; et eodem anno, non multo post, cruce signatus fuit excellentissimus rex Franciæ Ludovicus,
G et multi barones cum ipso. (*Ex cod. Abrinc.* 159, *fol.* 3.)

Anno Domini M° CC° XL° quinto, regnante Ludovico rege Franciæ, filio Ludovici, submoneri fecit idem Ludovicus exercitus suos per Normanniam ut irent in expeditionem in terram quæ Provincia nuncupatur[5]. Ad quod servicium Ricardus, abbas Montis tunc temporis, submonitus fuit per ballivum regis, videlicet per
H Johannem de Domibus, ut haberet suos milites quos regi debebat apud Senones certa die, ad quem diem et locum præsentati fuerunt milites dicti abbatis mandato domini regis. Unus militum fuit pro Fulcone Paganelli pro feodo de Briquevilla, et de hoc habemus bonam cartam ab eodem Fulcone Paganelli. Secundus miles fuit pro domino Johanne de Musca, pro Mesnilleio Droeu et pro hoc quod
J tenet de nobis in parrochia de Granvilla. Tercius est quem facit Robertus de Bosco, miles; hamellum de Creoem, quod est in parrochia Sancti Albini, adjuvat eum ad hoc servicium faciendum. Quartus est in Abrincatino, divisus in multis partibus, et istæ sunt partes: Fulco Paganelli facit terciam partem illius militis pro villa quæ Maidreium dicitur; Radulfus de Mesnilleio Adelée, filius domini
K Guidonis, militis, facit tres partes alterius tercii, pro villa quæ dicitur Noiant, quam tenet de nobis, et tunc satisfecit dictus Radulfus pro dictis tribus partibus abbati prædicto in decem libris turonensium pro se et participibus suis; villa vero quæ dicitur Maché facit quartam partem illius jam dicti tercii; villa vero quæ

[1] *In eodem Chronico, Petrus Regis, qui anno 1386 monasterii Sancti Michaelis regimen suscepit, traditur* fecisse multa bona huic monasterio, videlicet portam hujus abbatiæ, infirmariam, balliviam et ædificia ex illo latere a Sancta Katherina usque ad Bellam Caram.

[2] *Fort. corrig.* mobilia.

[3] *Cod.* transquillitate.

[4] *Cod.* resistit.

[5] *Anno 1245, mortuo comite Raimundo Berengario rex quingentos milites in Provinciam transmisit.*

dicitur Thania facit duas partes ultimi tercii; villa vero quæ vocatur Bellus Visus A
facit aliam partem quæ remanet, ita quod Bellus Visus facit duas partes, et feodum
Rogeri Baillart terciam partem istius ultimi tercii. Quintus vero miles fit per homines nostros de Verson et de Bretevilla, ita tamen quod solvunt viginti libras
turonensium et nichil amplius, et hoc est intelligendum quod per quadraginta
dies per quos miles moratur in expeditione habet decem solidos pro stipendiis, B
et sic sunt viginti libræ; verum, si miles infra brevem terminum, videlicet octo
dies vel parum magis vel parum minus, reverteretur de licencia regis, non tamen
propter hoc dicti homines solverent minus quam viginti libras domino abbati vel
ejus mandato. (*E cod. Abrinc.* 210, *fol.* 119.)

[a] 17 Mart. 1249. Anno ab incarnatione Domini M. CC. XLVIII, XVI kalendas Aprilis[a], consecratum C
fuit altare marmoreum de choro in honore beati Andreæ, apostoli, et omnium
sanctorum a venerabili patre Petro, Kalinensi episcopo[1]. (*Ex cod. Abrinc.* 159,
fol. 237.)

[b] 4 Apr. Anno ab incarnatione Domini M. CC. XLVIII, sacro die Paschæ[b], recepimus in
capitulo nostro, præsente abbate nostro domno Ricardo, venerabilem virum dominum Radulfum Fulgeriarum in fraternitate nostra, dominum Guillelmum Soubric, Juhellum de Ardena, Stephanum Gelin, Stephanum de la Ritoure, milites D
ejusdem. Concessimus eisdem benigne ut a modo participes sint omnium bonorum
quæ fiunt et fient in ecclesia nostra, in jejuniis, etc. (*Ex cod. Abrincensi* 214,
pag. 73.) E

[c] 7 Jun. Anno ab incarnatione Domini M. CC. XLIX, VII idus Junii[c], consecratum fuit altare de Cruce, in honore sanctæ Crucis et beati Petri, apostolorum principis, a
venerabili patre Jacobo, Humanatis ecclesiæ episcopo[2]. (*Ex cod. Abrinc.* 159, *fol.*
237.)

[d] 7 Febr. VII idus Februarii[d], [an]no Domini M. CC. XL. nono, submersi fuerunt in [maris] F
hare[nis] multi pauperes utriusque [sex]us, qui ad elemosinam veniebant, quorum
nu[merus] penitus ignoratur, et viginti ex ipsis [in Mon]te traditi sunt sepulturæ.
(*Ex cod. Abrinc.* 214, *pag.* 26.)

M. CC. LII. Obiit Guillelmus de Sanctæ Mariæ Ecclesia, episcopus Abrincensis,
cui successit Ricardus Angelus. (*Ex cod. Abrinc.* 211, *fol.* 77.) G

[e] 9 Sept. V idus Septembris[e], anno Domini M. CC. LVI, in crastino nativitatis beatæ Mariæ,
submersi fuerunt XII peregrini in rapacitate Seunæ[3], et alii quorum numerum et
nomina Deus scit. (*Ex cod. Abrinc.* 214, *pag.* 136.)

[f] 7 Sept. VI[I] idus Septembris[f], anno Domini M. CC. LVIIII, in vigilia nativitatis beatæ Mariæ,
suffocati fuerunt in hoc Monte XIII peregrini, et IIII inventi fuerunt submersi in H
arenis. (*Ibid. pag.* 135.)

Nulli monasterio Sancti Michaelis in Cornubia[4] accedenti vertatur in dubium
quin quædam mulier nomine Christina, de partibus Glastoniæ, per sex fere annos
occulorum luminibus orbata, ad dictum monasterium orationis et peregrinationis
[g] 14 Maii causa cum maxima devotione accedens, II idus Maii[g] anno Domini M°CC°LX°II°, J
ante magnam missam, quadam die Dominica, in conspectu populi, in maxima
fide perseverans, intercessione beati archangeli Michaelis, clausorum recuperavit
divinitus lumen occulorum, testibus præsentibus quamplurimis religiosis et aliis.

[h] 11 Jun. Eodem anno, III idus Junii[h], quædam mulier, nomine Matildis, de parrochia
de Lanescli, quæ per duos dies et duas noctes sensum amiserat et loquelam, a K
parentibus suis ducta ad illud monasterium, die Dominica, statim cum intrasset
ecclesiam, precibus cœlestis militiæ principis sensui et loquelæ fuit restituta. Ego
vidi et interfui. Erat tunc temporis prior illius loci Radulfus Viel.

Eodem anno, quædam juvencula, nomine Aalicia, de partibus de Herefort en
Gales nata, per septem annos elapsos occulorum luminibus orbata, ad dictam ec- L

[1] *Is est episcopus Calinensis* (*vulg.* Carinola, *in provincia Terræ Laboris*), *de quo hæc apud Ughellum :* P. forte Petrus, episcopus Calinensis, translatus est ad archiepiscopalem sedem Surrentinam ab Innocentio IV anno 1250. (*Italia sacra*, VI, 468.)

[2] *Jacobi, Humanatensis episcopi, nomen omissum est in Ughelliano catalogo* (Italia sacra, I, 744), *qui ab a. 1179 ad a. 1252 hiulcus est. Sedes Humanatensis* (*vulg.* Umana) *Anconitanæ a. 1422 unita est.*

[3] *Hodie* la Sélune.

[4] *Monasterium Sancti Michaelis in Cornubia subjectum erat abbatiæ Sancti Michaelis in periculo maris.*

A clesiam orationis et peregrinationis causa cum maxima devotione accedens, IIII ka-
lendas Februarii[a], ante solis ortum, quadam die Lunæ, in maxima fide perseverans, [a] 29 Jan. 1263 (n. s.).
precibus beati Michaelis archangeli, clausorum recuperavit divinitus lumen ocu-
lorum. Erant tunc temporis socii illius loci Petrus de Vallibus, Engerrannus
de Baiocis, Mauricius Taboeier, quando illa miracula in illa ecclesia acciderunt.
B (*Ex cod. Abrinc.* 159, *fol.* 3.)

Anno M. CC. LXIIII obiit Ricardus Tustini abbas; rexit XXVIII annis. Cui successit
Nicolaus Alexandri XXII abbas. (*Ex cod. Abrinc.* 211, *part.* II, *fol.* 11 v°.)

Anno Domini M. CC. LXIIII, XIII kalendas Augusti[b], fuit capella nostra de Sancto [b] 20 Jul.
Paterno consecrata et dedicata in honore beati Thomæ, martyris, et omnium sanc-
C torum, a venerabili patre Johanne, Dei gratia Constantiensi episcopo, fratre Ni-
cholao Fanegot tunc ejusdem loci priore existente. (*Ex cod. Abrinc.* 159, *fol.* 237.)

Anno M. CC. LXV, VI kalendas Novembris, in vigilia apostolorum Simonis et Judæ[c], [c] 27 Oct.
circa tertiam, feria III, luna XIV, factus est ventus vehemens et horribilis, turres
et domos dejiciens, et silvas eradicans et virgulta confringens, ab hora prædicta
D usque ad mediam noctem et amplius ultra mensuram flavit. Nemo potest nume-
rare nisi solus Deus quanta dampna illa nocte, Aquilone vehementissime flente,
fecerunt ventus et mare. Eadem nocte, mare, terminos suos nimis ultra solitum
egrediens, multas bestias diversi generis submersit et terras juxta se positas, cul-
tas et incultas, debacchatione sua occupavit. Multæ naves, quæ afferebant vina
E de pago Wasconiensi, illa die et nocte prædicta perierunt. Eodem anno, post
complectorium duo monachi viderunt quamdam stellam in occidente quasi comas
luminis portantem, quod genus sideris, quando apparuerit, aut pestilenciam aut
famem aut bellum significat. Non multo post, IIII° kalendas Marcii, Karolus, frater
Ludovici excellentissimi regis Franciæ et rex Siciliæ, pugnavit cum Mainfredo;
F gracia Dei obtinuit contra ipsum. (*E cod. Abrinc.* 159, *fol.* 8 v°.)

Anno Domini M. CC. LXV, in vigilia .... Domini vidimus lunam rubeam quasi
flammam ignis comburentem in camino:

Esse suo luna tunc minorata fuit.

(*Ex cod. Abrinc.* 159, *fol.* 238.)

G Anno M. CC. LXIX obiit Ricardus Angelus, episcopus Abrincensis, cui successit
Radulfus de Thevilla. (*Ex cod. Abrinc.* 211, *fol.* 77 v°.)

Anno Domini M° CC° septuagesimo, die Martis ante Cineres, XIII kalendas Martii[d], [d] 17 Febr. 1271.
cum essent post matutinales horas juxta consuetudinem suam fratres seu conventus
Montis beatissimi archangeli Michaelis de periculo maris in dormitorio, et esset
H nimia serenitas in aere, subito, voluntate Dei permanente, tres strepitus toni-
truum cum grandine et nimia abundancia pluviæ auditi fuerunt ab omnibus qui
aderant in Monte, nec audivit aliquis alius extra Montem. Horribilitatem vero
eorum os non sufficit ad loquendum, manus ad scribendum, cor ad cogitandum,
nec est qui possit hoc factum totaliter enarrare. Quorum audito primo, omnes cum
J clamosa voce pariter ad monasterium concurrerunt, et a pluribus visa fuit quædam
figura in specie ignis circum circa magnum altare prædicti monasterii ire intus
monasterium ac redire. Campanis pulsatis et nomine Domini nostri Jhesu Christi
invocato, quidam ex fratribus intraverunt porticum monasterii et respicientes
desuper viderunt in specie ignis astantes angelos super turres. Quo viso, illi qui
K aderant absentibus nunciantes ad monasterium properarunt, laudantes beatis-
simum archangelum et Deo gratias referentes. Postea omnes, prout moris est,
dormitorium intraverunt, sed voluntate Dei et precibus archangeli Michaelis exi-
gentibus, erant sonitus quidam super jam dictum dormitorium, nec potuit quis-
quam quiescere, ymo pluries surrexerunt. Quid hoc esset nequivit a quoquam
L videri, sed credimus hoc fore propter ignem absconditum in cruce, Dei gratia me-
diante. Mane autem facto, more solito, ad primam accesserunt, et ea decantata
ad claustrum causa studendi pervenerunt, et quidam ex eis respiciens desuper
monasterium vidit flammam ignis exeuntem de cruce, quæ crux erat supra mag-
nam turrem. Hoc nunciato fratribus, cum gemitibus et lacrimis oraverunt beatum

Michaelem et sanctos quorum reliquiæ erant appositæ in prædicta cruce. Erat enim A
flamma ardens in medio sæpedictæ crucis, reliquiæ ab utraque parte, et exarsit
utramque partem crucis usque ad reliquias, nec potuit quicquam ultra malefa-
cere, immo gratia Dei et sanctorum ejus inventæ fuerunt reliquiæ super monas-
terium ab igne intactæ; tamen nequiens alicui quicquam nocere erat undique
ignis ardens. (*Ex codd. Abrincensibus* 159, *fol.* 1; 211, *fol.* 45; *et* 213, *fol.* 149 v°.) B

Anno Domini M.CC.LXXV, die Sabbati in octabis Sancti Michaelis in monte Gar-
[a] 5 Oct. gano[a], submersi fuerunt peregrini in arenis utriusque sexus, sed nescimus quot;
tamen III reperti fuerunt. (*Ex cod. Abrinc.* 214, *pag.* 151.)

[b] 28 Sept. IIII kalendas Octobris[b], anno Domini M.CC.LXXXI, extin[c]ti fuerunt sex peregrini
utriusque sexus in hoc Monte. (*Ex cod. Abrinc.* 214, *pag.* 146.) C

Anno Domini M.CC.LXXXIIII, audita fuerunt non minima tonitrua. (*Ex cod. Abrinc.*
159, *fol.* 237 v°.)

VI kalendas Octobris, anno Domini M.CC.LXXXXI, die [Mercurii] ante festum beati
[c] 26 Sept Michaelis in monte Gargano[c], submersi fuerunt..... peregrini utriusque sexus.
(*Ex cod. Abrinc.* 214, *pag.* 145.) D

Anno M.CC.XCI obiit Radulfus de Thevilla, episcopus Abrincensis, cui successit
Gaufridus le Boucher. (*Ex cod. Abrinc.* 211, *fol.* 77 v°.)

Anno Domini M° CC° nonagesimo nono, die Lunæ ante festum apostolorum
[d] 26 Oct Symonis et Judæ[d], apud Asnerias juxta Regalem Montem, ubi tunc erat dominus
Philippus, rex Francorum, Nicolaus de Gorgiis, rector ecclesiæ de Sancto Pan- E
cratio, solvit magistro Johanni dicto Clersens, clerico cameræ denariorum domini
regis, de mandato domini Petri de Chambliaco, militis, senioris, cambellani do-
mini regis, decem libras parisiensium, ratione fidelitatis factæ domino regi a do-
mino Guillelmo, Dei gratia abbate hujus monasterii Sancti Michaelis, pro quo
fidejusserat magister Robertus Faber, phisicus domini regis, quanquam non de- F
berentur nisi X libræ turonensium, secundum quod solverant prædecessores dicti
domini abbatis et a pluribus dicebatur. Præsentibus ad hæc in bassa capella de
Asneriis fratre Nicolao, confessore domini regis, et ejus socio, prædicto magistro
Roberto, Johanne de Noerio clerico, Guillelmo de Sancto Petro armigero, Johanne
de Abrincis, apothecario domini regis, et dicto l'Aloé, garcifero prædicti Nicolai G
de Gorgiis et custode carceris domini regis Constanciis. (*Ex cod. Abr.* 210, *fol.* 135 v°.)

Anno Domini M.CC.LXXXXVIIII, die Mercurii in vigilia Nativitatis Domini[1], ve-
nerabilis pater dominus Guillelmus, Dei gratia abbas hujus monasterii, venit
noviter ad prædictum monasterium, et juravit in capitulo se servare dicti mo-
nasterii consuetudines. (*Ex cod. Abrinc.* 214, *pag.* 196.) H

[e] 1 Apr. 1305. Kalendis Aprilis. Anno Domini M.CCC.IIII° obiit Johanna, regina Franciæ et Na-
varræ. (*Ibid. pag.* 49.)

[f] 20 Sept Anno Domini M.CCC.IIII, in vigilia beati Mathæi apostoli[f], extincti fuerunt in
hoc Monte septem peregrini utriusque sexus. (*Ibid. pag.* 142.)

[g] 18 Sept. Anno Domini M.CCC.V, die Sabbati ante festum beati Mathæi apostoli[g], submersi J
fuerunt in harenis quinque peregrini utriusque sexus. (*Ibid. pag.* 142.)

IX kalendas Octobris, anno Domini M.CCC.V, die [Jovis] post festum beati Mathæi
[h] 23 Sept apostoli[h], submersi fuerunt in vado de ..... Paluel XIII peregrini utriusque sexus,
qui redibant de Monte ad partes suas in Britanniam. (*Ibid. pag.* 143.)

Anno Domini M.CCC.V, die Lunæ in festo sancti Valentini[2], obiit Gaufridus bonæ K
memoriæ Abrincensis episcopus. (*Ex cod. Abrinc.* 130, *fol.* 3.)

[i] 1 Dec Anno Domini M.CCC.VI, die Jovis post festum sancti Andreæ apostoli[i], recepta
fuit nobilis domina domina Nicholaa, uxor nobilis viri domini Oliveri Paganelli,
militis, in capitulo nostro, de consensu totius capituli, et audita ipsius morte fa-
ciemus pro ipsa sicuti pro una de sororibus nostris. (*Ex cod. Abr.* 214, *pag.* 73.) L

Anno Domini M.CCC.VI, die Jovis et die Dominica ante festum Decollationis beati
[j] 25 et 28 Aug. Johannis Baptistæ[j] submersi sunt in arenis sex peregrini, quorum animæ re-
quiescant in pace. (*Ibid. pag.* 129.)

[1] *Anno 1298, non autem 1299, vigilia Nativitatis Domini, 24 Decembris, in diem Mercurii incidit.*

[2] *Anno 1306 n. st. festum sancti Valentini, id est 14 Februarii, incidit in diem Lunæ.*

A Anno Domini M.CCC.XI, causa peregrinationis, venit ad Montem Sancti Michaelis in periculo maris dominus rex Francorum nominatus Pulcher Philippus, et obtulit majori altari beati Michaelis archangeli imaginem auream majorem beati Michaelis supradicti et unam capellam de serico deauratam[1]. (*Ex cod. Abrinc.* 214, *pag.* 336.)

B VIII idus Junii[a], [obiit] Ludovicus, rex Francorum, filius Philippi excellentissimi et pulcherrimi regum Francorum. (*Ibid. pag.* 83.) [a] 6 Jun. 1316.

XV kalendas Octobris, anno Domini M.CCC.XVIII, die Sabbati ante festum sancti Mathæi apostoli[2], submersi fuerunt XVIII peregrini utriusque sexus. (*Ibid. pag.* 140.)

C IIII idus[3] Januarii, anno Domini M.CCC.XXI obiit princeps excellentissimus dominus Philippus, rex Francorum, filius magni Philippi, qui dedit nobis C libras annui redditus. (*Ibid. pag.* 11.)

IIII kalendas Februarii[b]. Obiit Johanna, regina Franciæ, uxor quondam bonæ recordationis domini Philippi, filii excellentissimi regis Philippi quondam dicti D le Bel, qui simul vita comite dederunt nobis C libras annui redditus. (*Ibid. pag.* 21.) [b] 29 Jan. 1329.

III.

Indiculus abbatum[4].

Mainardus I abbas hujus loci, XVI kalendas Maii.
E Mainardus, II idus Julii.
Ildebertus, VIII idus Januarii.
Ildebertus, II kalendas Octobris.
Almodus, Theodericus, } XVI kalendas Junii.
F Suppo, II nonas Novembris.
Radulfus, IIII kalendas Augusti.
Ranulfus, XIIII kalendas Januarii.
Rogerius, XV kalendas Novembris.
Rogerius, IIII nonas Aprilis.
G Richardus, II idus Januarii.
Bernardus, VIII idus Maii.
Gaufredus, III kalendas[5] Januarii.
Robertus, VIII kalendas Julii.
Martinus, XI kalendas Marcii.
H Jordanus, VIII idus Augusti.
Radulfus de Insulis, II idus Februarii.
Thomas de Cameris, III nonas Julii.
Radulfus de Villa Dei, XV kalendas Aprilis.
Richardus Tustini, IIII kalendas Augusti.
J Nicholaus Alexandri, XV kalendas Decembris.
Nicholaus Fanigot, XIIII kalendas Aprilis.
Johannes dictus le Faé, III idus Julii.
Guillelmus de Castro, III idus Septembris.
Johannes de Porta[6], XVIII kalendas Maii.
K Nicolaus le Vitrier, III kalendas Novembris.
Gauffridus de Servone, II kalendas Marcii.
Petrus Regis, XVI kalendas Marcii.
Robertus Joliveti, XVI kalendas Augusti.

[1] *Vide infra*, p. 581 g.
[2] *Anno 1318* dies Sabbati ante festum sancti Mathæi apostoli *incidit in XVI kal. Octobris, id est in 16 Sept.*
[3] *Pro* idus *legendum* nonas, *cum Philippum V 3 Jan. 1322 obiisse constet.*
[4] *Ex cod. Abrinc. 214, prioris partis pag. 197, et posterioris partis pag. 74. Conf. Andreæ Duchesne collectanea, tomi XXII fol. 267.*
[5] *Alterum exempl.* IIII kalendas.
[6] *Quæ sequuntur desunt in priori exempl.*

 A

IV.

E tribus obituariis[1].

[a] 1031. 1 Jan. Martinus abbas. [Guillermus, abbas Fiscannensis[a].]
2 Jan. Leduinus abbas. Petrus abbas. Johannes miles. B
[b] 1452. 3 Jan. *Martinus, episcopus Abrincensis*[b].
[c] Post a. 1182. 4 Jan. Johannes, abbas Sancti Benigni[c]. [Gaufredus, abbas hujus loci[d].]
[d] 1150. 5 Jan. Conudion abbas.
[e] Post a. 1147. 6 Jan. Ansbertus abbas. Hugo abbas. Guillelmus abbas Tironensis[e].
[f] 1133. 7 Jan. Ulgerius abbas. Teodericus abbas. [Turgisus, episcopus Abrincensis[f]. C
[g] 1017. Heldebertus, tertius abbas hujus loci[g].]
[h] 1031. 8 Jan. Fromondus abbas. [Gognor, comitissa Normanniæ[h]. Letscelinus abbas.]
9 Jan. Walerannus abbas. Geraldus abbas.
10 Jan. Henricus abbas. Vivianus, abbas Rothomagensis[2].
[i] 1131. 12 Jan. Guillelmus, abbas Fonteneti[3]. [Ricardus, abbas hujus loci[i].] D
13 Jan. Robertus abbas. [Robertus archiepiscopus.] *Mauricius, archiepiscopus*
[j] 1235. *Rothomagensis*[j].
14 Jan. Robertus abbas.
15 Jan. Richardus abbas. [Maria, regina Franciæ[4].]
16 Jan. Cavallonus abbas. E
17 Jan. Tescio abbas. [Rivallonus abbas.]
18 Jan. Guillelmus abbas.
19 Jan. [Joudoinus de Suligneyo.]
21 Jan. Felix abbas.
[k] 107. 22 Jan. Robertus abbas. Item Robertus, abbas Cadomensis[k]. F
23 Jan. [Th. clericus, qui dedit nobis unam bibliothecam[5] et xx libras ad obitum suum.]
24 Jan. Gaufredus episcopus. Robertus abbas. [Radulfus, episcopus Abrin-
[l] 1292. censis[l].] *Guillelmus de Villa Dei.*
25 Jan. Gregorius abbas. G
[m] 1094. 26 Jan. [Michael, Abrincensis episcopus[m].]
[n] 1187. 27 Jan. [Johannes, Dolensis episcopus. Willelmus, episcopus Cenomanensis[n]. Johannes de Passibus.]
[o] Post a. 1120. 28 Jan. Eudo abbas. [Guillermus, abbas Sancti Petri Cerneliensis[o]. Johannes, episcopus Dolensis.] H
2 Febr. Hamelinus episcopus.
[p] 1110. 9 Febr. Guillelmus, archiepiscopus Rothomagensis[p].
[q] 1134. 11 Febr. Guillelmus abbas. [Robertus, comes Normannorum[q].]
12 Febr. Felix abbas. [Radulfus de Vallibus, abbas hujus loci[6]. Johannes de Aucey, miles.] J
13 Febr. Johannes abbas.
[r] 1306. 14 Febr. Johannes abbas. [Briendus comes. Gaufridus, episcopus Abrincensis[r].]
16 Febr. Johannes abbas.
[s] 1208. 17 Febr. Vivianus, episcopus Constantiensis[s]. Guillelmus de Corbrogne, dic-
[t] Sic. tus Milles[t]. K
18 Febr. Rodericus abbas.
[u] 1191. 19 Febr. Nicolaus[7] abbas. Martinus, abbas hujus loci[u]. Guillelmus, episcopus
[v] 1252. Abrincensis[v].]
[x] 1171. 20 Febr. Conanus comes[x]. Richardus de Humez[8].

[1] *Primum obituarium ultimam codicis 214 Abrinc. partem tenet; secundum constat notis quæ Usuardino martyrologio in eodem codice 214 intermixtæ sunt; tertium codice 215 continetur. Quæ uncis inclusimus ad secundum pertinent obituarium; ad tertium vero ea quæ italicis characteribus distinximus.*

[2] *Corrig.* Rothonensis. *A. 1187 Vivianus Rothonensi abbatiæ præerat.*

[3] *Cod.* Fonten. *adjecta compendii nota.*

[4] *Uxor Philippi III, a. 1321 mortua.*

[5] *Id est* bibliam.

[6] *Idem qui in Rubrica abreviata* Radulfus de Villa Dei *dicitur, cujusque obitus in superiori indiculo* xv kal. Aprilis *annotatus est. Obiit a. 1237*

[7] *Cod.* Nicolus.

[8] *Constabularius Normanniæ, anno 1180 mortuus.*

A 21 Febr. Thomas Barbou, abbas de Lucerna[a]. [Aymericus Guenart, archiepiscopus Rothomagensis, anno XLII° [b].] [a] 1333. [b] 1343.

22 Febr. [Magister Guillelmus de Bloville.]

23 Febr. Faricius abbas. [Rogres de Ardena. Orieut, mater Ricardi Tustini abbatis.]

B 27 Febr. Albericus abbas. Judicalis abbas.

28 Febr. Petrus abbas de Savignyé[c]. [c] C. 1286

1 Mart. [Magister Guillelmus Glane.]

4 Mart. Hugo abbas. Adela abbatissa.

5 Mart. Mainerius abbas. Guillelmus, abbas de Exaquio[d]. [Willelmus de Kardip. [d] Post a. 1222.
C Robertus de Harcort, episcopus Constantiensis[e].] [e] 1315.

6 Mart. Vivianus abbas.

9 Mart. Fulbertus abbas. Eremboldus abbas. Otheboldus abbas.

10 Mart. Turstinus[1] abbas. Vidricus abbas. Robertus abbas Cerasiensis[2].

12 Mart. [Rollandus, archiepiscopus Doli[f].] [f] C. 1187

D 13 Mart. [Johannes, episcopus Abrincensis[g].] [g] 1327.

14 Mart. Lanbertus abbas.

16 Mart. Godefredus abbas. Rotbertus abbas. [Rotbertus, archiepiscopus Rothomagensis[h].] [h] C. 1036.

17 Mart. Hugo abbas. Jofredus abbas. [Guillelmus, episcopus Abrincensis[i].] [i] C. 1194.

E 18 Mart. [Sebilla, comitissa Normannorum[j]. Radulfus de Insula[3], abbas hujus loci,] *qui fecit refectorium.* [j] C. 1104.

19 Mart. *Nicholaus Fanigot, abbas hujus loci*[4].

20 Mart. Philippus abbas. Rogerius abbas.

21 Mart. Godefredus abbas. Haimo abbas.

F 22 Mart. Alveredus abbas. [Rotgerius, abbas Fiscanni[k]. Petrus de Passibus sacerdos.] [k] 1139.

23 Mart. [Johannes Paganelli.]

26 Mart. Hunaldus abbas.

28 Mart. Avesgaudus abbas[5]. Guillelmus de Brae. [Alveredus, quondam rector
G ecclesiæ de Quernet.]

29 Mart. Vincentius abbas. [Johannes de Tania.]

30 Mart. [Acardus, episcopus Abrincensis[l].] [l] 1171.

31 Mart. Gilo de Gorram laicus.

1 Apr. Moraldus abbas. Johannes abbas. *Johanna regina Franciæ et Navarræ*[m]. [m] 1305.

H 2 Apr. [Rotgerius, abbas hujus loci[n].] [n] 1124.

3 Apr. Mainerius abbas.

5 Apr. Adamus abbas. [Hugo, episcopus Abrincensis[o]. Fulbertus, episcopus Carnotensis[p].] [o] C. 1055. [p] 1029.

7 Apr. [Joscerannus, abbas Sancti Benedicti[q]. Bernardus, abbas Majoris Mo- [q] Post a. 1095.
J nasterii[r]. Richardus, rex Anglorum[s].] [r] 1100. [s] 1199.

9 Apr. Ingebaldus abbas. Hunfredus abbas. Robertus, abbas Cadomensis[t]. *Guillelmus, archiepiscopus Rothomagensis*[u]. [t] 1196. [u] 1306.

10 Apr. Guillelmus, comes Pictavensis. [Guillelmus de Carteret.]

12 Apr. Hingethenus abbas. Bernerius abbas.

K 13 Apr. Hingethenus abbas. Guillelmus abbas. Ludovicus, comes Carnotensis[v]. [v] 1205.

14 Apr. Heldebertus abbas. [Odo de Passibus, rector ecclesiæ de Ponte Ursonis. Maria de Sancto Martino. Obiit bonæ memoriæ pater dominus Johannes de Porta, abbas hujus loci, anno Domini M.CCC.XXXIIII.]

15 Apr. [Henricus de Olivo.]

L 16 Apr. Guillelmus, abbas Beci[x]. [Mainardus I abbas hujus loci[y].] [x] 1124. [y] 991

[1] *Cod.* Trustinus.

[2] *Cod.* Cer. *adjecta compendii nota. Robertus Cerasiensi abbatiæ anno 1190 præerat.*

[3] *Vel* de Insulis, *ut legimus in Rubrica abreviata et in superiore indiculo, cujus auctor obitum ejusdem Radulfi* II id. Febr. *celebrandum male notavit. Radulfus de Insula monasterio Sancti Michaelis præfuit ab a. 1212 ad a. 1228 vel circ.*

[4] *A. 1280 abbatia Montis Sancti Michaelis vacabat per resignationem fratris Nicolai Fanigot, ut constat litteris in Neustria pia, p. 391, editis.*

[5] *S. Vincentii Cenomannensis abbas, 1037-1064.*

17 Apr. Petrus abbas. A
18 Apr. Macharius abbas. Ulvaldus abbas.
20 Apr. Robertus abbas. [Avia, mater N. Fanigot, abbatis hujus loci.]
21 Apr. Robertus episcopus. Petrus abbas. Ascelinus abbas. Petrus Abarlardus monachus.
22 Apr. Constantia abbatissa. B
[a] Post a. 1177. 24 Apr. Philippus, abbas Divionensis[a]. [Nicholaus, episcopus Abrincensis[b].
[b] 1311. [c] 1336. Guido de Haricuria, episcopus Lexoviensis[c].]
[d] 1142 vel 1143. 26 Apr. Guillelmus abbas. [Richardus, episcopus Abrincensis[d].]
27 Apr. Anfridus abbas. [Radulfus Ogeri, sacerdos. Nicholaus de Sartilleio.]
28 Apr. Robertus abbas. C
29 Apr. Annes mater R. de Quernet.
30 Apr. Petrus abbas. Araudus abbas.
[e] 1118. 1 Maii. Ingebaldus abbas. Matildis, regina Anglorum[e].
2 Maii. [Rannulfus, abbas Sancti Vincentii[1].]
3 Maii. Hervardus abbas. D
[f] 1221. 4 Maii. [Robertus, archiepiscopus Rothomagensis[f].]
7 Maii. [Philipus de Landa, prior hujus loci.]
[g] 1149. 8 Maii. [Bernardus, abbas hujus loci[g].]
9 Maii. Constantinus abbas.
11 Maii. Gaufredus abbas. E
12 Maii. Erchembaudus miles.
[h] 1280. 13 Maii. Eholarnus abbas. [Johannes Mahé, episcopus Dolensis[h].]
17 Maii. Herveus abbas. Guunbaldus abbas. [Theodericus, Almodus, abbates
[i] 1033. hujus loci[i].]
18 Maii. Penesius abbas[2]. F
19 Maii. Rogerius abbas.
20 Maii. Gaufredus abbas.
21 Maii. *Johannes de Dumo, legum professor.*
22 Maii. Albericus abbas. Mathæus abbas.
23 Maii. Garnerius abbas. G
24 Maii. Odo abbas.
25 Maii. Petrus abbas. Guillelmus abbas.
26 Maii. Rotbertus archiepiscopus. [Radulfus de Campo Repulso.]
28 Maii. Gervasius abbas.
29 Maii. Hugo abbas. H
[j] 1118. 30 Maii. Giequellus miles. [Guillelmus, abbas Sancti Florentii[j].]
31 Maii. Aimo episcopus.
1 Jun. Fulcrannus abbas.
2 Jun. Arnulfus abbas.
4 Jun. Gisbertus abbas. [Isabel quondam regina Anglorum, mater Henrici re- I
[k] 1245. gis[k]. Obiit Johannes Hautfuney, episcopus Abrincensis, anno Domini M. CCC. LVIII.]
5 Jun. Josfridus abbas. Conradus Imperator, monachus. Johanna Fulebech.
[l] 1316. 6 Jun. Robertus abbas. *Ludovicus, rex Francorum*[l].
7 Jun. Gislebertus abbas.
10 Jun. Robertus abbas. K
[m] 1183. 11 Jun. [Henricus tertius, rex Anglorum[m].]
12 Jun. Sigo abbas. Emmeno abbas. Sigifridus abbas. Radulfus abbas.
15 Jun. Raimbaldus abbas.
16 Jun. [Gorselmus, abbas Sancti Benedicti[3].]
18 Jun. Rogerus de Marcillé, armiger. L
19 Jun. Radulfus abbas. Albertus abbas. Rogerius abbas.
[n] 1169. 23 Jun. Rannuldus abbas. [Silvester, abbas Sancti Salvatoris Rothonensis[n].]
[o] 1318. *Ægidius, archiepiscopus Rothomagensis*[o].

[1] *Ranulfus, abbas Sancti Vincentii Cenomannensis, ab a. 1080 ad a. 1100 vel circ.*
[2] *Fort. corrig.* Genesius.
[3] *Non apparet in Floriacensium abbatum indice.*

A 24 Jun. Boso abbas. [Robertus *de Torigneio*, abbas hujus loci[a].] [a] 1186.
26 Jun. Mainus archiepiscopus.
27 Jun. Ebullus abbas. Paulus abbas.
28 Jun. [Judita, comitissa Normanniæ[b]. Conanus, comes Britanniæ[c],] *qui jacet in capella Sancti Martini in ista ecclesia.* [b] 1017. [c] 992.
B 30 Jun. Nigellus miles.
1 Jul. Adelerius abbas.
2 Jul. Audoenus episcopus. [Robertus, dux Normannorum quartus[d]. Odo, Rothomagensis archiepiscopus[e].] [d] 1035 [e] 1275.
3 Jul. Flaaudus miles.
C 5 Jul. Aubertus episcopus. Heliseus abbas. [Th. de Cameris, abbas hujus loci[f].] [f] C. 1230.
6 Jul. Osmundus episcopus.
7 Jul. Henricus secundus, rex Anglorum[g]. [g] 1189.
8 Jul. Gaufredus abbas.
11 Jul. Gaufridus abbas. [Maurilius, archiepiscopus Rothomagensis[h].] [h] 1067.
D 12 Jul. Gauterius abbas.
13 Jul. [Johannes le Faé, abbas hujus loci, anno Domini M.CC. nonagesimo octavo.]
14 Jul. [Philippus, rex Franciæ[i].] *Mainardus II abbas hujus loci[j]. Johannes de Marne, episcopus Constantiensis[k].* [i] 1223. [j] 1009. [k] 1418.
E 15 Jul. Tono abbas. [Bovo, abbas Sancti Taurini[1] et monachus.]
16 Jul. Johannes abbas.
17 Jul. [Magister Ricardus Galon.]
18 Jul. Henricus abbas. *Ricardus, episcopus Abrincensis[l].* [l] 1153?
19 Jul. Adelerius abbas.
F 20 Jul. Bovo abbas. [Richardus, episcopus Abrincensis[m].] [m] 1182?
24 Jul. [Andreas de Monteneio.]
25 Jul. Giraldus abbas. Rainerius abbas. Gaufridus comes.
26 Jul. [Ricardus de Porta.]
27 Jul. Hunbertus abbas.
G 29 Jul. Hoellus, episcopus Cenomanensis[n]. Domnus Radulfus, abbas hujus loci[o]. Anno Domini M.CC.LXIIII obiit Ricardus Tustini, nobilis abbas hujus loci.] [n] 1096. [o] 1058.
30 Jul. Herveus abbas.
2 Aug. Hilgodus abbas.
3 Aug. [Guillelmus, rex Anglorum, secundus[p].] [p] 1100.
H 5 Aug. Radulfus abbas.
6 Aug. Radulfus abbas. Gaufridus abbas. [Richardus comes tertius[2] Normannorum[q]. Jordanus, abbas hujus loci[r].] [q] 1028. [r] 1212.
7 Aug. Guillelmus Rusel.
9 Aug. Guido abbas.
I 11 Aug. [Hugo, abbas Sancti Salvatoris Constantini[3].]
12 Aug. [Gaufridus de Sancto Pancracio.]
13 Aug. Gauterius abbas.
16 Aug. Rogerius abbas. Hugo abbas.
17 Aug. Johannes abbas. [Maugisus, Abrincensium præsul[s].] [s] C. 1027.
K 18 Aug. Hildeardis abbatissa.
19 Aug. [Donoaldus, episcopus Aletensis et monachus[t].] [t] 1144.
21 Aug. *Fulco, episcopus Abrincensis[u].* [u] 1380.
22 Aug. Alfrida comitissa.
23 Aug. [Robertus, abbas Cerneliensis ecclesiæ[4]. Richardus II, comes Normannorum[v], et Gaufridus comes[5].] L [v] 1027.
24 Aug. Gurloenus abbas. Symon abbas.

[1] *Nulla hujus Bovonis mentio occurrit in Gallia christiana.*
[2] *Intellig.* Richardus tertius, comes Norm.
[3] *Memoratus annis* 1147, 1153 *et* 1154.
[4] *Robertus de Sancto Pancratio, monachus Montis Sancti Michaelis, tempore Henrici II (1154-1189) monasterio Cernellensi* (Dorsetshire) *præfuit.*
[5] *Cod.* comites.

25 Aug. [Dominus Guillelmus de Sancto Bricio.] A
26 Aug. Herluinus abbas. Richardus abbas.
28 Aug. Gausbertus abbas. Matildis comitissa.
29 Aug. Radulfus abbas.
30 Aug. Johannes de Columba.
a 1210. 31 Aug. [Guillelmus Tholomæus[1], episcopus Abrincensis[a].] B
2 Sept. Herveus abbas.
4 Sept. Gauterius abbas. [Robertus, natus Otritorii, prior hujus loci. Tustenus le Monnier, pater domni R. abbatis.]
5 Sept. Vivianus et Hubertus, abbates. [Almodus, abbas Sancti Salvatoris[2].]
b 1161. 6 Sept. Drogo abbas. [Herbertus, episcopus Abrincensis[b]. Ricardus, episcopus C
c 1269. Abrincensis[c].]
7 Sept. Gaufridus comes[3]. Guillelmus miles.
8 Sept. Donvallonus abbas. Herbertus comes.
d 1079. 9 Sept. [Johannes, archiepiscopus Rothomagensis[d]. Guillelmus, rex Anglorum
e 1087. et dux Normannorum[e]. Scollandus, Sancti Augustini abbas[4].] D
10 Sept. [Mathildis, primi Henrici regis Anglorum filia[5], secundi Henrici regis
f 1167. mater[f].]
11 Sept. Gaufridus comes. [Guillelmus de Castro, abbas hujus loci, anno Domini M. CCC. XIIII.]
12 Sept. Guarinus abbas. Lanbertus comes. E
13 Sept. Bernardus abbas.
16 Sept. Herbertus abbas.
17 Sept. [Dominus Guillelmus, miles et dominus de Siliaco.]
19 Sept. [Radulfus de Filgeriis.]
22 Sept. Gaufredus abbas. F
24 Sept. Alexander abbas. Raginaldus[6] abbas.
25 Sept. Eudo, abbas Rothomagensis[7].
26 Sept. Colunbanus abbas.
27 Sept. Hugo episcopus. Fredericus abbas[8].
29 Sept. Mabilia comitissa. G
g 1023. 30 Sept. Guillelmus abbas. [Helbertus, abbas IIII hujus loci[g].]
h 1040. 1 Oct. [Alanus, dux Britannorum[h].]
2 Oct. Petrus abbas. Johannes Chiffrevast.
3 Oct. Genesius abbas. Henricus comes.
4 Oct. Teibertus abbas. H
5 Oct. Adroldus abbas.
9 Oct. Urso abbas. [Haimo, abbas de Mildentone[9].]
10 Oct. Justinus[10] abbas.
11 Oct. Odo abbas.
12 Oct. Guillelmus, comes de Arundel. J
13 Oct. [Johannes de Sancto Johanne.]
14 Oct. Gausbertus abbas. [Norgodus, episcopus Abrincatensis et postea mo-
i Post a. 1020. nachus hujus loci[i].]
17 Oct. Rotbertus, Ingelbaldus, abbates.
j Post a. 1106. 18 Oct. [Rogerius, abbas hujus loci[j]. Johannes, rex Anglorum[k].] K
k 1216. 19 Oct. Radulfus, Durandus, abbates.
20 Oct. Theoldus episcopus. [Mathias abbas.]
22 Oct. Herluinus abbas.

[1] *Cod.* Tholom. *adjecta compendii nota.*
[2] *Almodus, abbas Rotonensis, ab anno 1062 ad annum 1080, vel circ.*
[3] *Gaufridus dictus* Plantagenet, *comes Andeguvensis, 7 Sept. 1151 mortuus.*
[4] *Scollandus, abbas Sancti Augustini Cantuariensis, a. 1087 obiit.*
[5] *Vocem* filia, *quæ in cod. desideratur, supplevimus.*
[6] *Cod.* Rag. *superaddita compendii nota.*
[7] *Vel fort.* Rothonensis. *Cod.* Roth. *adjecta compendii nota.*
[8] *Fredericus, Sancti Florentii abbas, qui 28 Septembris 1055 decessisse dicitur.*
[9] *Auctores Monastici anglic.* (II, 345) *nullum Haimonem memorant abbatem Middeltanensem* (Middleton, Dorsetshire).
[10] *Fort. Justinus, Rothonensis abbas, ab anno 1092 ad annum 1105.*

A 23 Oct. Gausbertus abbas. [Obitus cardinalis Michaelis.]
28 Oct. Hugo comes. [Hugo, episcopus Constantiensis[a]. Guillelmus, episcopus Abrincensis[b].] [a] 1238. [b] 1236
29 Oct. Hugo abbas. Gervasius abbas.
30 Oct. Rogerius abbas.
B 31 Oct. Hugo decanus. Robertus comes.
1 Nov. [Radulfus de Barnevilla.]
2 Nov. Guillelmus de Colle. [Mathildis, regina Anglorum[c].] [c] 1083
3 Nov. Gauterius abbas.
4 Nov. Judicalis abbas. [Suppo, abbas hujus loci[d]. Robertus le Peletier, decanus Abrincensis[1].] [d] 1061.
C
6 Nov. Rotbertus comes. [Robertus de Moleyo.]
7 Nov. [Robertus, abbas Sancti Laurentii.]
8 Nov. Justinus abbas. [Thomas Gontir, prior in monte Tumba Helenæ.]
10 Nov. Rogerius abbas. [Hugo, Rothomagensis archiepiscopus[e].] [e] 1164.
D 11 Nov. Algarus episcopus[2]. [Magister Michael de Malo Conductu.]
13 Nov. Abdo abbas.
15 Nov. Durandus abbas. [Ludovicus, rex Franciæ[f].] [f] 1226.
16 Nov. Emma comitissa. [Guarinus, abbas Sancti Vigoris[3].]
17 Nov. Tustinus abbas. Beatrix abbatissa. [Galterus, archiepiscopus Rothomagensis[g]. Rainaldus, episcopus Aletensis[h]. Nicholaus, abbas hujus loci[i].] [g] 1207.
E
18 Nov. [Ivo, abbas Rothomagensis[4].] [h] 1081. [i] 1271.
19 Nov. Hilgodus abbas. Garinus abbas. [Robertus, abbas de Lucerna[j].] [j] 1326.
20 Nov. Rotbertus abbas.
21 Nov. Berengerius abbas. [Richardus I, dux Normannorum[k], et Gaufridus, comes Britanniæ[l].] [k] 996. [l] 1008.
F
23 Nov. [Theobaldus, Rothomagensis archiepiscopus[m].] [m] 1229.
25 Nov. [Rotroldus, archiepiscopus Rotomagensis[n].] [n] 1183.
26 Nov. Alfredus abbas.
27 Nov. [Blancha, Franciæ quondam regina[o].] [o] 1252.
G 28 Nov. Ingelbaldus abbas. Gerardus abbas.
29 Nov. Andreas abbas. Berardus abbas. [Mainardus et Gerardus abbates. Obiit[p] Philippus, excellentissimus rex Francorum, qui ymaginem auream beati Michaelis et capellam sericanam isti monasterio erogavit. Radulfus, abbas Fontis Danielis.] [p] 1314.
H 30 Nov. Gislebertus abbas. Raginaldus, pater Garini de Passibus. [Johannes le Henapier, burgensis Cadomi.]
1 Dec. Michael archiepiscopus. Gundraldus abbas. Ingelbaldus abbas. Berta comitissa. [Henricus, rex Anglorum et dux Normannorum[q].] [q] 1135.
3 Dec. Arnulfus abbas.
J 4 Dec. Josfredus abbas.
7 Dec. Guillelmus abbas.
8 Dec. Hubertus episcopus.
9 Dec. Gosbertus abbas.
10 Dec. Otgerius abbas. Rogerius abbas.
K 11 Dec. Adalardus abbas.
12 Dec. [Michael, episcopus Abrincensis[r]. Guillelmus de Tyevilla, episcopus Constantiensis[s].] [r] 1312. [s] C. 1345.
17 Dec. Richardus abbas.
18 Dec. [Berengaria, regina Anglorum[t].] [t] Post a. 1229.
L 19 Dec. [Ranulfus, abbas hujus loci[u].] [u] 1085.
20 Dec. Laurentius abbas.

[1] *Hujus decani nomen omissum est in* Gallia christ.
[2] *Algarus, Constantiensis episcopus, a. 1151 mortuus.*
[3] *Guarinus, abbas Cerasiensis, quem Mabillonius perperam abbatibus Sancti Vigoris Baiocensis adscripsit, quique anno 1066 adstitit dedicationi monasterii Sanctæ Trinitatis Cadomi. Vid.* Gall. christ. XI, 409.
[4] *Corr.* Rothonensis. *Yvo Rothonensis abbas, ab anno 1144 ad annum 1157 memoratus.*

22 Dec. Folradus abbas. A
23 Dec. Godefredus abbas. [Domina Johanna, regina Franciæ[1], M. CCC. XLIX.]
24 Dec. [Radulfus de Versun.]
26 Dec. Theodericus abbas.
27 Dec. Adam episcopus. Theudo abbas.
29 Dec. Robertus abbas. B
30 Dec. Henricus abbas. Gauterius abbas.
[a] 1178. 31 Dec. Adalardus abbas. [Stephanus, Redonensis episcopus[a]. Ranulfus, abbas Longiledi[2].]

EX OBITUARIO ECCLESIÆ MORETONIENSIS.

MONITUM.

[b] Archives de la Manche à Saint-Lô.

E Sanlaudano archivo[b] nobis transmissa sunt sex folia membranacea quibus continetur obituarium ecclesiæ Sancti Ebrulfi Moretoniensis[3] medio sæculo XIII, si notas recentius adjectas exceperis, exaratum. Inde pauca excerpsimus nomina, uncis includentes ea quæ in codice, manu secunda, sæculo XIII exeunte vel XIV ineunte descripta sunt. Lacerata est tertii folii pars inferior, quæ ultimis Maii et Junii diebus respondebat.

---

[c] 1259. 14 Jan. Obiit Maltildis, comitissa Boloniæ[c], quæ dedit M libras reparationi istius ecclesiæ. C
[d] 1234. 18 Jan. Obiit Philippus, comes Boloniæ et Moretonii[d].
20 Jan. [Obiit Raginardus du Hamel, vicecomes Moretonii.]
25 Jan. Obitus Rogerii de Conchis.
28 Jan. [Obitus Ludovici, regis Francorum[4].]
2 Febr. [Obitus magistri Johannis le Queu, canonici[5].] D
4 Febr. Obiit Jacobus de Bello Fuissello.
5 Febr. Obiit Richardus de Sancto Johanne.
25 Febr. Obiit magister Michael de Haya.
2 Mart. Obiit Jocelinus de Sancto Bartholomæo.
4 Mart. [Obitus magistri Nicholai de Tribus Montibus, decani ecclesiæ Moretonii.] E
5 Mart. Obiit Guillelmus de Heucon, miles.
23 Mart. [Obiit dominus Th. canonicus Sancti Mederici de Lineys, pro cujus anima Johannes de Longuo Ponte, canonicus istius ecclesiæ, dedit nobis, etc.]
29 Mart. Obiit Guillelmus de Conchis, decanus Moretonii. F
[e] 1305. 1 Apr. [Obiit Johanna, regina Francorum et Navarræ[e].]
3 Apr. Obiit Thomas le Blanc, archidiaconus Lexoviensis.
10 Apr. Obiit Michael de Maigné.

[1] *Fort. Johanna de Burgundia, Philippi VI uxor, 12 Dec. 1348 mortua.*
[2] *Ranulfus Lonleiensi monasterio a. 1078 præsidebat.*
[3] *De hac ecclesia vid.* Gall. christ. XI, 508.
[4] *Hæc nota ad Ludovicum X referenda est, sed nescimus cur in ecclesia Moretoniensi hujus regis anniversarium die 28 Jan. celebratum fuerit.*
[5] *Cod.* canonicus.

A 16 Apr. [Obiit Petrus de Gonnesse.]

18 Apr. Obiit Sapiencia, uxor Ricardi de Baillolio.

22 Apr. [Obiit dominus Johannes de Calmis, presbiter et canonicus istius ecclesiæ.]

26 Apr. [Obiit Thomas de Colonbeyo, cantor Abrincensis.]

B 30 Apr. [Obiit Dyonisius de Bello Fuissello, rector Sancti Paterni.] Die Martis ante Ascensionem Domini, obiit Matillis, uxor Herberti, tunc baillivi Moretonii[1].

5 Maii. Obiit Stephanus, presbiter et succentor.

13 Maii. Obiit magister Johannes Peilegant.

19 Maii. Obiit Gervasia, uxor Ricardi Albi.

C 20 Maii. Obiit Johannes Claudus de Byon. [Obiit magister Guillelmus de Thu reio, canonicus Morethonii et archidiaconus Abrincensis.]

21 Jun. Obiit Garganus Romanus, canonicus.

24 Jun. [Obiit R.[2] bonæ memoriæ quondam Abrincensis episcopus, qui dedit tringinta solidos pro anniversario faciendo.]

D 3 Jul. Obiit Jacobus cantor[3].

5 Jul. [Missa de Sancto Spiritu pro magistro Guillelmo Britonis, quondam canonico istius ecclesiæ quandiu vixerit, et de Requiem post ejus obitum[4].]

12 Jul. [Obiit Guillelmus de Cheseyo, cantor et canonicus istius ecclesiæ.]

25 Jul. [Obiit G. de Confflanz, condam vicecomes Moretonii.]

E 24 Aug. Obiit magister Ricardus de Bruncio.

25 Aug. [Obitus Ludovici regis[a].] a 1270.

3 Sept. [Obiit magister Symon de Bello Fuissello, canonicus Moretonii.]

8 Sept. Obiit Rogerius le Gouz, canonicus.

9 Sept. [Obiit Johannes de Longuo Ponte, canonicus istius ecclesiæ.]

F 10 Sept. [Obiit Vincentius, canonicus Moretonii.]

15 Sept. Obiit uxor Guillelmi de Yvreseio.

17 Sept. [Obiit Almaricus de Haricuria. Et eodem die Petrus Loret, canonicus.]

18 Sept. Obiit Theobaldus, canonicus, clericus domini regis.

30 Sept. [Obitus illustrissimi Philippi, regis Francorum, qui obiit in Arra-
G gonia, filii Ludovici regis[b].] b 1285.

2 Oct. [Alicia dicta la Borgeyse . . . elegit suam sepulturam in cimiterio Sancti Firmati.]

6 Oct. [Obiit Philippus, rex Francorum, in Arragonia[c], pro quo habemus LXV solidos apud Sanctum Petrum super Diva.] c 1285.

H 14 Oct. [Obiit Guillelmus de Villaribus, miles.]

25 Oct. Obiit Richardus præcentor.

10 Nov. [Obiit bonæ memoriæ vir Stephanus de Granchiis, quondam decanus istius ecclesiæ.]

8 Dec. Obiit Robertus, comes Moretonii, fundator istius ecclesiæ[5].

J 12 Dec. [Recepimus tringinta libras turonensium a domino Johanne de Angulo, presbytero, pro faciendo anniversarium bonæ memoriæ viri G. quondam Rotomagensis archiepiscopi[6].]

[1] *Herbertum de Tria, Moretonii ballivum, in chartis Savigneiensis et Troarnensis monasteriorum invenimus annis 1241 et 1251 memoratum.*

[2] *Fort.* Radulfus de Thevilla, *qui a. 1292 obiit.*

[3] *In chartulario monasterii Frigidi Montis (cod. lat. 5471, p. 356) ad a. 1250 occurrit* Jacobus de Vitriaco, cantor Moritonii, *qui in quadam anni 1238 charta (ibid. p. 254)* Drocensis capicerius *dicitur.*

[4] *Hæc clausula sæculo XIV ineunte adjecta est.*

[5] *Robertus, frater uterinus Guillelmi I, regis Angliæ.*

[6] *Guillelmus de Flavacuria, ut conjicimus, qui anno 1306 mortuus est.*

E CHRONICO SAVIGNIACENSI.

MONITUM.

Chronicon Savigniacense, quod Baluzius (*Miscell.* II, 315; noviss. edit. I, 326) primus in lucem emisit, cujusque duæ priores partes supra, tomo XII, p. 781, et tomo XVIII, p. 350, recusæ sunt, constat notis quas nonnulli Savigniacenses monachi conjecerunt in codice Bibl. Imp. latino 4862 (olim Colb. 1058), fol. 132 et 133, necnon in codice ejusdem bibliothecæ latino 7596 A (olim Colb. 1050), fol. 1-5. Ultimam hujus chronici partem damus ad fidem codicum et editionis Baluzianæ. Subjunximus fragmenta opusculi cujusdam, regnante sancto Ludovico compositi, cui titulus *Liber de miraculis sanctorum Savigniacensium*, cujusque exemplum, circ. annum 1250 exaratum, d. Badiche, Parisiensis presbyter, nobiscum anno 1846 communicavit.

Huic[1] vero viam universæ carnis ingresso successit vir devotus, magnæ matu- A
ritatis et religionis, Lucas Baiocensis, et per tres annos abbatizavit, et anno Do-
[a] 24 Maii. mini M.CC.XXIX in die Ascensionis Domini[a] cessit. Huic successit et eodem die est
electus venerabilis pater domnus Stephanus de Lixinthonia, abbas de Stanleia[2],
vir doctrina et scientia præditus. Hic multa bona tam in hac domo quam in tota
generatione fecit, fervorem religionis ibidem amplius excitavit, conventum Savi- B
gniacensem usque ad XL monachos et eo amplius augmentavit, ipsam abbatiam
multis ædificiis decoravit. Hic bonus vir, undique circumspectus, corpora sanc-
torum præsentis monasterii, Spiritu Sancto edocente, de capella Beatæ Katerinæ,
ubi multo tempore quieverant, ad majorem ecclesiam cum multo honore repor-
tavit[3]. Qua occasione Dominus multa et crebra miracula ostendere dignatus est. C
Facta est autem hæc sanctorum Savigniacensium reportatio prima die mensis
Maii anno gratiæ M.CC.XLIII. Eidem vero abbati a capitulo generali, eodem tempore
quo dictam rexit abbatiam, concessum est ut ante corpora dictorum sanctorum
de oblationibus fidelium continue ardeat luminare. Insuper et in dicta ecclesia Sa-
vigniacensi duas lampades pro satisfactione cujusdam militis, qui enormiter dictam D
læsit ecclesiam, et tertiam lampadem ante altare in quo cantatur missa cotidiana
de beata Virgine Maria, in cujus honore consecratum est dictum altare, de ele-
mosina cujusdam canonici Abrincensis, qui ad hoc specialiter dedit, eidem ab-
bati concessum est ardere die ac nocte a capitulo generali. Necnon et aliam lam-
padem, eodem tantummodo tempore quo conventus est ad matutinas, ante ostium E
dormitorii, eidem permissum est ardere de elemosina cujusdam amici præfatæ
abbatiæ sacerdotis. Memoratus autem pater, cum strenue domum Savigniacensem
[b] 6 Dec. 1243. annis XIIII gubernasset, in sollempnitate beati Nicholai hyemalis[b] electus est in ab-
[c] 22 Febr. 1244 (N. S.). batem Clarevallensem. Et eodem anno in Cathedra[c] beati Petri apostoli[4] electus
est in abbatem Savigniacensem domnus Stephanus de Castro Duni, abbas Belli F
Becci, qui fuerat quondam decanus Rothomagensis, vir admodum litteratus, et
religionis amator strenuissimus.

[1] *Rogerio, abbati Savigniacensi.*
[2] Stanley (Angleterre, Wiltshire).
[3] *Vide infra*, p. 587 et seqq.
[4] *Vocem* apostoli *omisit Baluzius.*

A Anno Domini M.CC.XXIX, III kalendas Junii, saisivit Radulphum Filgeriarum dominum et heredem de terra sua Petrus comes Britanniæ. Et quia idem Radulphus infra annos erat[1], ipse primo de novem milibus librarum turonensium prædicto Petro comiti satisfecit ad unguem.

Anno gratiæ M.CC.XXX quinto, in vigilia[a] Omnium Sanctorum, Ludovicus[2] Dei a 31 Octobr.
B gratia Francorum rex illustris Radulfum dominum Filgeriarum cingulo militiæ
sublimavit. Eodem anno, die sancti Nicholai[b], peperit ei Ysabella[c], uxor dicti Radulphi, filium, nomine Johannem. Eodem die quo natus est, statim baptizatus est et migravit ad Dominum. b 6 Dec. c de Craon.

Anno gratiæ M.CC.XXX. sexto, in festo sanctorum Symonis et Judæ apostolorum[d], d 28 Oct.
C bonæ memoriæ Willelmus, quondam Abrincensis episcopus, migravit ad Dominum
apud Abrincas. In crastino, cum multo honore est delatus Savigniacum, et ibidem die tertia est sepultus.

Eodem anno, in crastino octavarum beati Andreæ apostoli[e], magister Willelmus de Sanctæ Mariæ Ecclesia, Abrincensis ecclesiæ tunc decanus, divino nutu e 8 Dec.
D ad eandem ecclesiam in episcopum est electus.

Anno M.CC.XXX.VIII obiit Johanna uxor Amalrici de Creon, IV kalendas Octobris.

Anno M.CC.XLI, VII kalendas Januarii, obiit Guetenton de Vitreio, miles, et sepultus in capella Sanctæ Katerinæ.

Eodem anno, XVI kalendas Februarii, obiit Nicholaus Avenel, miles, dominus de
E Chalandreio, et sepultus in claustro Sanctæ Katerinæ versus infirmitorium.

Anno Domini M.CC.XLII, idibus Octobris, obiit Philippus de Meautis, monachus Savigniacensis, vir valde religiosus et compositus.

Anno Domini M.CC.XLII, nonis Novembris, obiit Maria uxor Lupilli, militis et castellani Domni Frontis[3].

F Anno Domini M.CC.XLII, in die Epyphaniæ[f], circa auroram diei, obiit Petrus de Sancto Severo, monachus et confessor Savigniacensis, vir vitæ laudabilis et mire contemplativus. Hora qua cantabatur versus *Cœli aperti sunt super eum* intravit ecclesiam. f 6 Jan. 1243 (N. S.)

Anno M.CC.XLIX, obiit Hugo de Baselliis, miles, XVIII kalendas Maii, et sepultus
G est juxta matrem suam in claustro ante capitulum.

Anno gratiæ M.CC.L, V kalendas Septembris, obiit Robertus le Gendre, noster benefactor, et requiescit in claustro Sanctæ Katherinæ.

Anno gratiæ M.CC.LII, obiit Theophania filia Willelmi le Gendre, quæ jacet juxta fratrem suum, in claustro Sanctæ Katerinæ, quæ obiit XVI kalendas Martii.

H Eodem anno, scilicet XIII[4] kalendas Martii, magister Willelmus de Sanctæ Mariæ Ecclesia, episcopus Abrincensis, migravit a seculo, vir admodum litteratus et timens Deum necnon et religionis amator. Magister Ricardus dictus Laneus[5], canonicus Abrincensis, qui tunc erat Romæ, canonice electus est, et a domino papa Innocentio consecratus episcopus Abrincensis.

J Anno Domini M.CC.LIII, IV kalendas Februarii, Hugues, comes Marchiæ, desponsavit Johannam, unicam filiam Radulfi, domini Fulgeriarum, in dicto castro, præsente venerabili patre Stephano, tunc abbate Savigniacensi, qui officium illius sacramenti solempniter celebravit, et multis aliis nobilibus utriusque sexus.

Anno gratiæ M.CC.LVI, die Veneris[g] proxima post Pascha[6], receptus fuit illus- g 21 April.
K tris Ludovicus rex Franciæ apud Savigniacum cum honore magno; et ibidem die
illo pernoctavit cum magno exercitu, et in refectorio comedit cum conventu. Et in

[1] *Hinc conjicere licet erravisse laudatissimos auctores qui hunc Radulphum anno 1222 Petro duci Britanniæ contra quosdam milites Britannos pugnanti adhæsisse memorant* (*cf.* Art de vérifier les dates, t. II, p. 900); *neque enim anno 1222 militare potuit is qui anno 1229 adhuc* infra annos *esse dicebatur. Iidem præterea auctores filiam Gaufridi I domini Filgeriarum sororemque hujus Radulphi nupsisse perhibent Fulconi Painel : exstant tamen in regiarum chartarum thesauro litteræ anno 1230, mense Martio, datæ, quibus Falco Radulphum, non sororium, sed nepotem suum dicit* (*conf.* Teulet, Layettes du Trésor des chartes, II, 202, n. 2129). *Nonnihil igitur in hac genealogia emendandum esse videtur.*

[2] *In cod. 4862, pro voce* Ludovicus, *scripta fuerat vox* Ph. *quæ erasa fuit.*

[3] *Anno 1211 Philippus Augustus Lupillo, balistario suo, 40 l. t. annui redditus contulit.* (Catal. des actes de Phil. Aug. p. 293, n. 1277.)

[4] XII. *Cod. 7596 A.*

[5] *Melius* Angelus *dictus in litteris capitali Abrincensis, quas tomo nostro XXI, p. 576, typis mandavimus.*

[6] *Cod. 4862* die Veneris in feriatis Paschæ

diebus illis plurima monasteria in Normania visitavit, et pannos plurimos olose- A ricos eisdem obtulit. Necnon et multas elemosinas in eadem provincia fecit.

Anno gratiæ M.CC.LVI, sexto kalendas Martii, obiit Radulphus, dominus Filgeriarum, filius Gaufridi, domini Filgeriarum; et in crastino sepultus est ante capitulum Savigniacense juxta patrem suum.

[a] 24 Martii.

Anno gratiæ M.CC.LVII[1], in vigilia[a] dominicæ Annuntiationis nata est Yolent, filia B primogenita Hugonis comitis Marchiæ et Engolismæ, de uxore sua Johanna, filia unica Radulphi domini Filgeriarum.

[b] S. André en Goufer (Calvados).

Anno Domini M.CC.LVII, obiit magister Gaufridus de Maieto, episcopus Sagiensis, et sepultus est in ecclesia Sancti Andreæ de Goferno[b], Cisterciensis ordinis, coram majori altari. C

Anno Domini M.CC.LVIII, obiit Matildis, comitissa Boloniæ. Comitatus devenit in manu regis.

Eodem anno, III nonas Januarii, hora matutinali, paries quidam in abbatia Sanctii Dyonisii in Francia cecidit in ecclesia et duodecim monachos suffocavit.

Eodem anno, dominus Henricus de Lexinthona, Lincholiensis episcopus, obiit. D

Eodem anno, universi fructus terræ, qui fertiles apparebant, perierunt. Nam segetes, vineæ et arbusta grandine grosso et cornuto sunt percussa; quæ remanserunt segetes, in mediis campis inundatione pluviarum putruerunt.

Eodem anno, obiit magister Guillelmus, dictus Rollant, episcopus Cenomanensis apud Januam civitatem. Corpus ejus delatum fuit ad abbatiam Campa- E niensem.

[c] 25 Jun.

Anno Domini M.CC.LIX, in crastino Nativitatis sancti Johannis Baptistæ[c], natus est Hugues, filius primogenitus prædictorum Hugues comitis Marchiæ et Johannæ uxoris suæ; et obiit M.CCC.III, in mense Novembris[2].

Eodem anno, II nonas Decembris, pax longo ante tempore prolocuta et diutius F præoptata inter regem Ludovicum Franciæ et regem Henricum Angliæ super reclamio Normanniæ et Aquitaniæ tandem facta est apud Parisius, actore pacis et amatore Domino id agente.

Eodem tempore, [Ludovicus,] primogenitus filius regis Franciæ, mortuus est.

Anno Domini M.CC.LX fuit annus bissextilis. In mense vero Aprilis fuit apud nos G gelu urens et asperum, atque glacies, flante aquilone. Circa medium ejusdem mensis grando et nix terram cooperuerunt contra naturam temporum, cum in tota hyeme transacta nix visa non fuisset, gelu autem raro.

Anno Domini M.CC.LXIIII capti sunt a Symone, comite Montis Fortis, Henricus, rex Angliæ, et Houdardus, filius suus. H

[d] 28 Jun.

Anno Domini M.CC.LXIIII, in vigilia[d] apostolorum Petri et Pauli, obiit Agatha, domina de Basselliis, et sepulta est in claustro juxta virum suum.

Anno Domini M.CC.LXXX sexto, mense Augusto, III kalendas Septembris, prandente primo conventu ad cœnam, factus est terræ motus apud Savigniacum absque tonitru, et etiam per totum mundum universaliter, ut credimus, regnante J Philippo rege Francorum, nepote Petri Arragonensis, anno regni sui primo.

Anno Domini M.CCC. tertio, prima die Maii, in festo beatorum apostolorum Philipi et Jacobi, qua die levata fuerunt corpora[3] sanctorum Savigniacensium et reposita circa majus altare, præsente innumerabili multitudine laicorum, clericorum et aliorum prælatorum. Quorum sanctorum reverentia et honore fecit lu- K minare magnum frater Guillelmus dictus Corteis, et professus fuit, et habitum sanctæ religionis cum magna devotione suscepit. Qui prædictus Guillelmus a primævæ juventutis suæ exordio fidelis extitit et irreprehensibilis, et etiam pro negotiis domus hujus ingentibus periculis se exposuit, et mare ad partes Angliæ pluries transfretavit. Qui per duos dies plenarie et septimana successive pitancias L duas nobis fecit, et diebus ceteris emendationes condignas. Quicunque vero hanc superscriptionem[4] legerit et in[n]uerit[5] oret pro eo Salvatorem omnium et etiam re-

[1] MCCLVI. *Cod. 4862.*

[2] *Voces* et obiit *etc. in codice 4862 manu recentiore additæ sunt.*

[3] *Bal.* capita.

[4] *Bal.* subscriptionem.

[5] *Hanc vocem omisit Baluzius.*

A demptorem, ut in vita ista prædictum Guillelmum conservare dignetur et ad vitam perducere sempiternam. Amen.

Anno Domini M.CCC. quinto, obiit Gaufridus, ecclesiæ Abrincensis episcopus, II kalendas Februarii.

Eodem anno abbatizavit primo frater Thomas Morch..... de Furcardi Monte,
B et multum laboravit contra comitissam[1] pro conventu ejus domus.

Anno Domini M.CCC.LXXVIII obsessum fuit castrum Moretonii et alia castra regis Navarræ[2] per Francigenos, et patria devastata per guerras.

L, bis X, mille, C ter, octo congerat ille
Qui castrum mire versum bene vult reperire[3].

EX LIBRO DE MIRACULIS SANCTORUM SAVIGNIACENSIUM[4].

C Prœmium in libro de miraculis sanctorum Savigniacensium.

Veritas ait in evangelio : « Nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut qui ingrediantur lumen videant. » Qua occasione assumpta, venerabilis pater Stephanus, abbas Savigniacensis, vir auctoritatis eximiæ, eminentis litteraturæ, in utraque lingua facundissimus, vita et doctrina conspi-
D cuus, et inter abbates Cisterciensis ordinis de majoribus unus, impetrata licentia a capitulo generali Cistercii, non sine revelatione divina, ut credimus, anno Domini M.CC.XLII, curavit cum omni reverentia et honore reportare corpora sanctorum Savigniacensium, videlicet Vitalis, Hamonis, Petri, Guillelmi, Gaufridi, de basilica Sanctæ Katarinæ, ubi multo tempore jacuerant, ad majorem ecclesiam, in qua
E primitus fuerant tumulata. Dictas siquidem reliquias olim de suis tumulis primis elevatas, viri venerabiles coram Deo et hominibus pro immensæ sanctitatis suæ titulo plurimum commendati, Petrus[a] et Symon[b], de Clara Valle et de Savigneio abbates, præsentibus quibusdam coabbatibus suis, necnon et Radulfo, domino Filgeriarum, aliisque magnatibus, militibus multisque religiosis et sæcularibus,
F cum reverentia transtulerunt a veteri ecclesia, quæ diruta fuit tunc temporis, pro nova quæ nunc est construenda, et in capella Beatæ Katarinæ, in uno sepulcro lapideo, decenter exciso, honorifice collocaverunt. Sed quia jam dictus Stephanus abbas, vir admodum diligens et circumspectus, dubius et timens ne pignora sanctorum confuse essent posita, nec unum posset discerni invicem altero, cum nullus
G hominum superesset qui hoc sciret, quadam die Veneris, vocato conventu, exhortatus est obnixe singulos ad orationem, et indutus sacris vestimentis, cum baculo pastorali, accensis cereis, cum cruce, incenso et aliis necessariis ordinata decenter processione præcedens, cum timore et tremore adiens locum, erectis sursum cordis oculis, monachis cum singultibus et lacrymis in orationem prostratis, fecit
H mausoleum aperiri, et invenit desideratum thesaurum, corpora scilicet sanctorum, singula per se posita, quodlibet in suo scrinio ex asseribus quercinis dolato, et lameam plumbeam super unumquodque positam, nomen sancti litteris discrete cælatis lucidente continentem. Qua inventione ostensa, vir Dei, ultra quam credi potest exhilaratus et in Domino confortatus, cum omni devotione et reverentia
J pretiosissimas reliquias quinque sanctorum elevavit, collocans sigillatim honorifice in pannis olosericis, factis subscriptionibus, in quinque capsulis ligneis ad hoc

[a] 1179-1186
[b] 1179-1186

[1] *Fort. Yolandem, Marchiæ comitissam, Filgeriarum dominam. Conf.* Morice, Preuves de l'hist. de Bretagne, I, 1251.

[2] *Karoli valgo* le Mauvais *dicti.*

[3] *Ii versus in editione Baluziana omissi sunt.*

[4] *Vide supra pag. 584.*

præparatis, quas monachi tollentes, cum hymnis et laudibus, psallentes et flentes, A reposuerunt eas in tuto loco et signato, una cum aliis domus reliquiis, quousque omni solemnitate et honore debito in sepulcris suis in magnam ecclesiam transferrentur. Ad quod faciendum vir providus, Deo plenus, qui omnia ejus opera diligebat, congruas fecit pro posse præparationes, et diem solemnem præfixit, videlicet prima[m] die[m] mensis Maii apostolorum Philippi et Jacobi, anno dominicæ B incarnationis M.CC.XLIII. Fama igitur dictæ præparationis longe lateque circumvolitante, cœpit in mentibus tam cleri quam populi dictorum sanctorum recordatio renovari, et ex memoria devotio excitari, cœpit fides fervescere, orationes crebrescere, et ad Dei laudem gloriosa effici et multiplicari miracula in translatione sanctorum, ante et post, de die in diem, quæ præ multitudine jam non possunt nu- C merari vel scribi. Quia sicut mandavit Dominus Johanni : Cæci vident, surdi audiunt, muti loquuntur, pauperes evangelisantur, claudi ambulant, paralytici curantur, possessi a dæmonio liberantur per merita sanctorum, et (quid est excellentius?) mortui suscitantur; cateryatim, Deo inspirante, ruunt populi, cernere cupientes quæ ad honorem Dei et sanctorum suorum fiunt mirabilia hiis diebus. D

Apologia notarii.

Cum igitur ad hæc scribenda et annotanda miracula monachi litteratiores fuerint deputati, mihi vero indigno monacho et omnium ultimo mandatum fuerit a patre recolligere saltem micas dulcis manna de mensa Domini de pignoribus sanctorum effluentes undequaque, fore me ad ista ydoneum penitus desperavi, quia F materia est impar viribus, puteus altus et in quo hauriam non habeo; tamen quia obedientia me cogit, ad illum spem erexi per quem aperta est lingua sanctorum, qui linguas infantium facit disertas, qui immensos brutosque asinæ ruditus per sensatos humani eloquii distinxit modos. Quid igitur mirum si intellectum ydiotæ et simplici monacho præbeat, qui veritatem suam, cum voluerit, etiam per F ora jumentorum narrat? Et in regula nostra scribit nobis quoddam capitulum beatus Benedictus : « Si fratri impossibilia injunguntur; » et alter doctor noster beatus Bernardus sic ait: « Nil credentibus impossibile, nil amantibus difficile, nil asperum mitibus, et obedientiæ devotio lenit imperium. » Jam ad propositum vertatur stilus noster, et meritis et precibus nostrorum humiliter recommendati, G magnificet anima nostra Dominum cum Maria, laudemus eum in sanctis ejus, laudemus in miraculis et virtutibus ejus, benedicamus Dominum in omni tempore, semper sit laus ejus in ore nostro. Amen.

Explicit procemium. Sequitur de miraculis quæ acciderunt die translationis sanctorum Savigniacensium, videlicet beati Vitalis, primi abbatis Savigniacensis, Gaufridi secundi abbatis, Hamonis H monachi, Petri Abrincensis, monachi, Guillelmi cognomento Niobe, novicii Savigniacensis.

Primo loco occurrunt nobis miracula quæ in solemnitate translationis sanctorum acciderunt. Dies vero illa tota coruscat miraculis, tota dulcedine plena est, tota effluit cœlesti nectare, tota angelico balsamo fragrat, cujus odore suscitatæ sunt plures animæ mortuæ in peccatis. J

De igne cœlitus emisso super corpora sanctorum.

Vigilia præcedente, circa meridiem, reliquiis sanctorum positis in capella Beatæ Katarinæ, dum venerabilis pater Gaufredus, Dei gratia Sagiensis episcopus, vir per cuncta venerabilis, nobili prosapia oriundus, eminenti litteratura præditus, fide et devotione imitabilis, se coram altari in orationem pronus dedisset, populo K multo ibidem orante, Spiritus Sanctus, qui super apostolos in linguis igneis, a superiori testudine basilicæ in speciem flammæ lucidissimæ et rubeæ descendit super capsulam beati Hamonis, quæ prior erat, lambens eam circumquaque, et abinde per ordinem transiens per capsulas aliorum quatuor sanctorum, similiter

A lambens eas et inflammans et quasi urens, deinde visa est intrare sepulcrum ubi
eorum corpora prius condita fuerant, et adhuc sunt reliquiæ beatæ Adelinæ virginis[1], et tunc visa est disparere in modum coruscationis ante tonitruum. Quam
visionem viderunt plures quibus donatum fuit desuper, clamantes alter ad alterum, admirantes divinæ bonitatis miracula super corpora sanctorum : «Videtis
B «quæ video? Videtis quæ video?» Inter quos unus erat qui clamavit cuidam
monacho, nomine Guillelmo Artur, tunc custodi capellæ deputato et vacanti cuidam puero cui Dominus meritis sanctorum gressum reddiderat : «Domine mo-
«nache, domine monache, nonne videtis quæ video?» Dictus vero monachus, ut
erat simplicis et bonæ conscientiæ, sicut socii sui opinantur, elevans oculos, vidit
C nude et aperte præfatam claritatem igneam, modo præscripto procedentem. Qua
visione ita fuit spirituali dulcedine refectus et exhylaratus quod tota die illa, sicut
veraciter asseruit, de cibo corporali non curavit. Nihilominus notandum est quod
eadem die, hora qua diximus, viderunt populi undecumque per nemus Savigniaci
advenientes flammam igneam in claritate ineffabili de abbatia Savigniaci ad cœlos
D ascendentem.

Præterea res mihi videtur admirabilis quod in tanta multitudine populi quæ
æstimata fuit usque ad centum millia hominum utriusque sexus, non fuit læsus
parvulus, non prægnans mulier in tanta oppressione, non debilis aut fortis, non
senex aut juvenis; nusquam pro aliqua re exortum jurgium, seu inter pueros mi-
E litum et clericorum, ut quandoque evenit, sed omnia in omnibus locis ita fuerunt
in pace quod liquido claruit verum Salomonem hiis sacris solemniis affuisse.

Puella quædam, Agnes nomine, de Thaonaria, percussa fuit gutta arthetica in
renibus et genibus et pedibus, ita quod, nervis desiccatis et contractis, toto corpore incurvata, juncturis genuum et pedum rigescentibus, etc.

F Emma, uxor Hervei Mercatoris de Lachon, Baiocensis diocesis, varicosa erat
fere per annum, et sicut canis versa ad terram facie miserabiliter incedebat.....

Vigilia festi translationis sanctorum, quidam monachus Savigniacensis morbo
rupturæ graviter infirmatus, ita quod intestina in magna copia in bursa inferiori
descenderant, hujus modi dolore tristis et anxius.....

G In civitate Abrincensi erat quidam civis Johannes Baron, et uxor ejus Nicolaa,
nobiles genere et bonæ famæ inter primos civitatis. Hii habebant filiam, Thomassam nomine, quæ quasi filia et heres prophetæ Job occulto Dei judicio percussa
fuit miserabiliter et afflicta gutta fistula, quæ vulgo dicitur malum Sancti Eligii,
ita quod a planta pedis usque ad verticem ipsius erant amplius quam quinqua-
H ginta foramina, sanie defluentia, per omnia ipsius puellæ membra, et quod est
horribilius, amplius in ea grassavit immanis ægritudo, quod in uno oculorum
ipsius foramen unum putredine effluens apparebat. Hæc habuit quamdam sororem, quæ cum simili ægritudine laboraret, abiit ad Sanctum Eligium pro obtinenda sanitate, et cum domum regressa fuisset, viam universæ carnis ingressa est...

J Adolescens quidam, Nicolaus nomine, de Villa Dei de Saltu Capri, Constantiensis diocesis, ab infantia sua morbo caduco laborabat.....

Quidam puer de Viezvi, non longe a Savigniaco, dictus Jacobus filius Gaufridi
Bacon, a Dominica in Ramis palmarum usque ad translationem sanctorum nimia
ægritudine amiserat lumen dextri oculi.....

K Quædam mulier de Montigné juxta Sanctum Hilarium, nomine Osanna, habebat filium nomine Jordanum, tredecim annorum vel amplius, a nativitate sua
claudum et mutum. Die translationis sanctorum vovit eum mater ipsius et attulit
Savigniacum. Qua die, benedictus Deus, meritis sanctorum, dictus puer usum
gradiendi quem nunquam antea habuerat recepit. Iterato autem mater ejus
L adduxit dictum puerum Savigniacum die Dominica proxima post Ascensionem Domini, et votum solvit quod mater ejus pro eo fecerat coram altari majoris ecclesiæ, et eadem die meritis sanctorum solutum est vinculum linguæ ejus
et cœpit loqui, ita ut audientes mirarentur, laudantes magnalia Dei. Præsentes

[1] *Adelina, beati Vitalis soror, circa a. 1125 mortua; vid.* Gall. christ. XI, 555.

tum temporis erant nobiles viri Radulphus, dominus Filgeriarum, Willelmus Paganelli junior et plurima multitudo. A

Johannes le Rasle, de Basocha, multo tempore habuerat artheticam in renibus, quæ ita eum incurvaverat, etc..... Erexit se, stans super pedes suos, incedens libere quo volebat, sine ductore, sine apodiamento baculi.....

Die translationis sanctorum, in regressu processionis, dum capsulæ sanctorum per porticum majoris ecclesiæ introducerentur, conventu præcedente et canente et domino episcopo Sagiensi[a] subsequente, multitudo permaxima quæ coartata fuerat in monte versus stabula equorum viderunt quasi desuper et circa capsulas sanctorum claritatem ineffabilem in speciem flammæ igneæ, quasi plures soles essent ibi, sicut ipsis videbatur. Et licet sol materialis illa die et illa hora radios lucis suæ clarius ubique spargeret, in comparatione claritatis visæ circa corpora sanctorum, videbatur eis quasi nube subobscura obvolveretur, unde, sicut a multis refertur, clamabant alterutrum : « Videte! Videte! Videte! Ecce tot soles circumdant corpora sanctorum! » B C

[a] Gaufredo.

Eadem die, quædam domina de Molinis, nomine Gervasia, quondam uxor Johannis de Fonteneto, militis, audita fama sanctorum Savigniacensium, adduxit quamdam filiam suam apud Savigniacum, nomine Aaliz, xx annorum, a nativitate sua surdam et mutam..... D

Puella quædam, Maria nomine, de villa quæ vocatur Maidré, Abrincensis diocesis, filia Gervasii Bloin, percussa fuit paralisi in pede et manu..... E

De miraculis quæ fecit Dominus die translationis sanctorum pauca e pluribus prænotavimus. Scire volumus qui hæc legerint vel audierint quod ea die fecit Deus multa miracula circa diversas personas, corporaliter et spiritualiter, visibiliter et invisibiliter, quæ non potuerunt ad notitiam notariorum pervenire propter occupationem diei festi et oppressionem turbæ irruentis. Multa enim milia populi pro foribus astiterunt, qui nullo modo intrare potuerunt, sed in nemore et in campis orationem devotam Domino offerentes, ad propria remeabant. F

Radulfus de Latei, de parochia Sancti Petri de Desertinis, Cenomannicæ diocesis, habebat filium circiter annorum xii, qui vocabatur Garinus. Hic habuit apostemata in pede sinistro; postea perforata sunt in quinque locis, et apparuit morbus Sancti Eligii. Qui puer anxius præ dolore nimio, cotidie interpellabat cum lacrimis patrem suum, dicens : « Pater mi, pro amore Dei, vovete me sanctis « Savigniacensibus; credo quia statim sanabor. » Tandem pater, fidei filii adquiescens, vovit eum, proferens hæc verba : « Deo et beato Vitali et sociis suis voveo te, « fili, » et mensuravit cum lichino ad candelam faciendam. Statim eadem die duo foramina quæ sanie putida defluebant, siccata sunt et sanata, et alia tria similiter post paucos dies, et tandem penitus convaluit. G H

Adolescens quidam, Johannes nomine, filius Radulphi de Guillac, annorum circiter xviii, de villa quæ dicitur Gahart, Redonensis diocesis, laboravit per annum et dimidium ægritudine miserabili, gutta scilicet arthetica, quæ eum occupaverat per genua et per renes, ita quod non poterat non solum alicubi ire, sed nec stare aut sedere. Insuper præfatus puer ardoribus febrium gravissime cruciatus fuit, a Pascha usque ad festum apostolorum Petri et Pauli..... J

Johannes Polein, clericus, de Chooignoles juxta Vilers Quenivet, Sagiensis diocesis, grandem ægritudinem per quinque septimanas incurrerat, quod vocari æstimo fastidium stomachi, quia quicquid alimenti ore sumpsisset statim incontinenti cum magno dolore, vomendo, seipsum discerpendo, rejiciebat. Insuper omnino amiserat officium membrorum inferiorum, scilicet digerendi et mingendi, ita quod omnes qui eum videbant morti proximum judicabant..... K

Johannes Repanel, de Sancto Jacobo de Bevron, percussus fuit gutta arthetica in renibus..... L

Emma de Marcé juxta Abrincas, uxor Ricardi le Crep, infirmata est gravi ægritudine. Habuit enim faciem ita mirabiliter inflatam quod præ tumore nimio faciei fuit deformata quasi non esset facies hominis, et nihil poterat videre. Tali dolore cruciata nocte et die usque diem Veneris subsequentem, vovit se sanctis nostris, M

A mensurans se cum lichino ad candelam faciendam. Mira res! Statim cœpit fluxus sanguinis et putredinis exire et fluere de cute ejus et de duabus naribus et de genchiviis ejus a parte dextra et sinistra, quasi fuisset lanceola in vena percussa, et sic, benedictus Deus! eadem die omnis tumor sedatus est, et mulier ad plenum curata est.

B Guillelmus Beleth, de Bonis Domibus juxta abbatiam de Alneto, laborabat dissenteria per septem menses; habebat insuper vivum radunculum intus in corpore, insuper ardoribus febrium cruciabatur.....

Margarita de Ebronio, Cenomannensis diocesis, patiebatur in dentibus.....

Ascelina de Ebronio habebat manum sinistram aridam per unum annum, ita C quod non poterat aperire vel claudere, nec se signare, vel etiam cibum ori apponere, nec poterat dormire aut quiescere præ doloris magnitudine. Vovit se sanctis et arripuit iter. In via sanata est.

Johanna filia Eudonis de Duxé habuit manus clausas occulto Dei judicio et recurvas versus pectus suum et quasi aridas, ita quod nullo modo poterant aperiri D vel a pectore separari. Johanna, matertera ejus, vovit eam sanctis, astantibus multis, et in continenti usum manuum et digitorum recuperavit et ad plenum curata est.

Gaufridus Poucier, de Pontibus subtus Abrincas, habebat filium parvulum octo annorum, Martinum nomine, qui laborabat febre continua per quindecim dies. E Extremis octo diebus ita fuit debilitatus quod nihil omnino comedit, sed parum aquæ aliquando distillabatur ei in ore cum cocleari, et desperabant omnes de eo. Pater ipsius vovit eum sanctis, et statim terminata est ægritudo. Puer sumpsit cibum et convaluit.

De quadrigario super quem inversa est quadriga cum tribus doliis vini et mi-F nime est læsus. — Gaufridus Rualendi oneraverat quadrigam suam tribus doliis vini, iter agens juxta Haiam Josleni in Andegavia.....

Johannes de Contevile, clericus, percussus est paralisi in lingua. Contigit eidem, mense Septembri ultimo præterito, quod ipse legebat grana fagi, et de eis comedebat.....

G Armiger quidam nobilis, dictus Henricus Godart, de Lovigné, non erat credulus miraculis et virtutibus quæ audiebat fieri multipliciter per merita sanctorum, sed cervicosus et obstinatus corde, ut fieri solet in illo hominum genere, sæpissime multis audientibus deridebat, et verba blasphemia proferebat. Quadam die, quidam filius ejus, quem tenerrime diligebat, percussus est subito miserabili passione H et intolerabili quod non poterat comedere vel bibere, dormire aut quiescere, sedere aut stare, vel aliquo modo se continere.....

In pago Abrincatino, in parochia Sancti Laurentii de Terra Gasta, erat quædam mulier, Heremburgis nomine, uxor Guillelmi Tosé, quæ habebat filiam parvulam, ætatis circiter unius anni et dimidii. Quæ quadam die perrexit portans secum in-J fantulam, et ascendit in arborem cerasum, ut comederet et legeret de cerasis, relicta parvula sub arbore. Quæ cum non haberet tutorem seu didascalum, pergens huc atque illuc errabunda, tandem devenit ad quemdam fontem qui non longe erat, et cadens in eum, nullo præsente qui videret et eam relevaret, exspiravit. Mater hærens adhuc arbori, reminiscens filiæ suæ nec eam usquam videns, K concito descendit, currens huc atque illuc et quærens, filiam suam minime invenit. Tandem casu ad fontem veniens, intro prospiciens, vidit parvulam resupinam, fluctuantem super aquam et mortuam. Quam levans de aqua et tollens, clamore horribili replevit aera, flens et ejulans et crines suos discerpens. Ad cujus clamorem convenientes vicini et cognati, videntes infantulam jacentem in terra, L rigidam et frigidam, dicebant: « Quia mortua est, sepeliatur. » Alii accedentes propius, et certius scire volentes, tentabant aperire os ejus et disjungere dentes, et minime poterant. Quidam autem suspenderunt eam per pedes, et nihil valuit. Tandem advenit quidam armiger cum uxore sua, Philippus de Landa nomine, qui videns miseram matrem flentem, ait ei: « Vove cito filiam tuam beato Vitali M « et sociis suis sanctis Savigniacensibus, qui faciunt hiis diebus multa miracula;

« forsitan reddet eam tibi Deus. » Quæ credens verbis illius, vovit filiam suam, di- A
cens. « O beate Vitalis, cum sociis vestris, sicut estis magni meriti apud Deum,
« voveo vobis filiam meam; reddite mihi filiam meam. » Quod sæpius replicabat,
cunctis qui aderant pro ea exorantibus et quid accideret expectantibus. Cumque
quasi per quatuor horas diei ibidem in terra mortua jacuisset, mira res! subito
infantula suspirans semel et oscitans, viva reddita est matri suæ. Quod videntes B
cuncti qui aderant, immensas Deo gratias referebant, ipsum in sanctis suis mi-
rabilem prædicantes, cui est honor et gloria in secula seculorum.

Quidam faber lignarius dictus Herveus de la Crèche, filius Galteri de la Crèche,
construebat quamdam domum in burgo de la Basoge, Redonensis diocesis, ad
opus Johannis de la Basoge. Ad quam domum levandam congregata erat magna C
pars hominum villæ, cumque jam elevassent postes cum pannetis et laqueis simul
conjunctis et concavillatis, et dictus Herveus ascendisset altam scalam usque ad
summitatem ita quod supereminebat toti ædificio, inimico humani generis pro-
curante, una pannarum corruente super alteram, et tota structura pariter ad
terram descendente, excussa scala quam dictus Herveus ascenderat, ad terram D
cecidit miserabiliter super faciem..... Omnes dolebant super eo, timentes de
morte, desperantes de vita; qui tollentes eum tanquam mortuum portaverunt in
porticum Radulfi de Toschet, cooperientes eum.....

Puer quidam de Veteri Savigniaco, filius Durandi Doé, habebat tibiam perfo-
ratam in quatuor locis a morbo Sancti Eligii..... Pater ipsius vovit eum beato Vitali E
et sociis suis et sine mora detulit Savigniacum ad sepulcrum in quo sanctorum
corpora quieverant in capella Sanctæ Katarinæ, et eo dimisso recessit. Puer vero,
fide plenus, quantum talis ætas capere poterat, per intercolumnas interius intrans
sub sepulcro, nullo sciente, ibi se abscondit ....

Miles Joie de Landevico per tres annos et amplius habebat ægritudinem maxi- F
mam in una tibia, ita quod nervis siccatis et contractis, pede suspenso, claudus
cum potentiis incedebat.....

Puer quidam de Basochis, Johannes nomine, habebat morbum gravem in genu:
inflatum siquidem erat plurimum et tanta ægritudine infectum, etc.

Guillelmus Boissel, de Mesnillo Aelart, occasione cujusdam puncturæ in digito G
diu usum manus sinistræ amiserat omnino, nec super hoc consilium invenire
poterat. Vovit se sanctis nostris, et die sancto Ascensionis pro voto suo unam
manum ceræ ad sepulcra sanctorum obtulit, et usum manus recepit, quod cum ea
poterat operari.

Mathæus filius Gaufridi Durel, de Auceio juxta Pontem Ursonis, fere per annum H
lumine amborum oculorum privatus fuerat.....

Rualein de Sancto Briccio juxta Sanctum Hylarium per tres annos et dimi-
dium, occasione fluxus sanguinis continui per os ejus et per nares tantam incur-
rerat ægritudinem quod de vita ejus omnes desperarent. Insuper quoddam magnum
apostema increverat in gutture ejus, ita quod non poterat comedere..... J

Johanna uxor W. de Fierevile, de Barnevilla super mare, Constantiensis diocesis,
habebat filiam nomine Dionisiam, circiter XX annorum, quæ a dæmonio vexabatur,
et in tanta amentia inciderat quod quidquid ei occurreret lapidibus et manibus
interficere conaretur, ita quod nec etiam matri propriæ parceret. Amici et vicini
fortissimis anulis ferreis manus ejus et brachia et etiam pedes ejus compedibus K
ferreis astrinxerunt.....

Robertus Heraut, de Barnevilla, Constantiensis diocesis, longo tempore ha-
buerat morbum Sancti Eligii in locis pudendis, videlicet prope anum et genitalia
cum magna inflatura et foraminibus tribus, sanie putida fluentibus, unde inæs-
timabiliter torquebatur, et quando mingebat, urina, relicto naturali cursu virgæ, L
per foramina erumpebat.....

Guillelmus de Grihunderia, de Parrigné, habebat filium trium annorum et di-
midii, qui laborabat quinancia per tres dies: habebat enim guttur ita inflatum
quod non poterat loqui, comedere, vel bibere. Pater vovit eum sanctis nostris, et
mensuravit collum ejus cum lichino, et ecce infans qui per duos dies minime lo- M

A cutus fuerat, ait patri suo tenenti lichinum : « Pater, ecce hoc est mea sanitas, » et deinceps sanus et incolumis factus est.

Aaliz de Sancto Briccio, uxor Juhelli de Plessiaco, habebat filiam nomine Laurentiam, circiter IX annorum, quæ habebat sinistram manum curvam et clausam a cunabulis.....

B Andreas de Lavalle, faber, manens apud Meduanam, per quatuor annos lumen amborum oculorum amiserat.....

Remir le Tallandier, de Gratoor, in parochia de Chasteillon, in terra Meduanæ, habebat filiam, nomine Lejardam, quæ amens effecta ita amiserat sensum quod non solum extraneos sed etiam patrem et matrem videre abhorreret.....

C Guillot Burnel, de parochia Sancti Patricii, Abrincensis diocesis, fere per sex annos paralyticus jacuerat in grabato.....

Eremburgis, uxor Crestien Sauvé, de Herneia, a dæmonio vexabatur. Quæ ligata et constricta manicis et compedibus ferreis allata est Savigniacum. Amici ejus pro ea in orationibus et vigiliis persistebant.....

D Juhellus de Veteri Savigniaco laborabat gutta fistula, a festo Omnium Sanctorum usque ad festum beati Marcæ evangelistæ. Habebat enim ulcus sub ascella, saniem putidam emanans; habebat nihilominus femur sinistrum supra genu inflatum et perforatum in interioribus usque ad os et putridum, emanans horribiliter saniem fœtidam, usque ad terram decurrentem. Plures super hoc medicos consuluerat, E sed frustra.... Pluribus se sanctis voverat, et pignora eorum cum magno labore corporis adierat, et nullum, sicut asserebat, assecutus fuerat remedium. Tandem reversus ad propria, audiens famam miraculorum sanctorum nostrorum, eisdem fideliter se devovit.....

Infans parvulus unius anni filius Garini le Torneor, de Buhais, dum de pisce F comederet, quædam arista ejusdem piscis in gutture dicti parvuli ex transverso infixa est. Tunc cœpit gosillare et vehementer anxiari et lac evomere quod recenter suxerat ac si deberet spiritum exhalare.....

Ivo de Guingam, de Sancto Hylario, lumine amborum oculorum privatus fuerat per unum annum et amplius.....

G Heremburgis de la Basoge, Redonensis diocesis, filia Michaelis Giles, gravi et periculosa infirmitate quæ dicitur quinancia miserabiliter laboravit.....

Johanna, uxor Michaelis Reimbaut de Romigneio, a prima ebdomada Quadragesimæ percussa fuit manibus et pedibus gutta arthetica.....

Petronilla, uxor Johannis Avenel, de parochia Sancti Dionisii de Gastines, Ce- H nomanensis diocesis, acuta graviter vexabatur.....

Aaliz de Vilers Quenivet, uxor Galteri Bonart, per multum tempus loquelam amiserat.....

Mathæus le Perrier, de Monte Morelli, usum dextri brachii et manus quatuor annis jam elapsis amiserat.....

J Maria uxor Petri de la Gaudichère, de Villa Canis, die Jovis absoluti cœpit febre acuta ægrotare, et die Jovis post in feriatis Paschæ, occasione cujusdam filii sui ea die mortui, in tantam incidit amentiam quod, omni sensu amisso, firmissimis vinculis oportuit eam coartari.....

Robertus de Villa Dei de Saltu Capri, filius Johannis Aelart, gutta fistula per K duos annos laborabat in duabus tibiis, in quibus erant inflaturæ maximæ et XI foramina horribiliter fœtentia et fluentia putredine. Mater vero ejus Maria la Torgise et Hamo, frater ejus, videntes nullum humanum auxilium ei posse subvenire, sanctis Savigniacensibus puerum humiliter devoverunt. Quo facto, deveniens Savigniacum, vigilavit ad sepulcrum sanctorum et sanatus est.

L In civitate Abrincensi, quædam mulier, Ada nomine, habebat quemdam puerulum, nepotem suum, Hamonem nomine, qui circa Natale Domini cœpit febre quartana graviter cruciari, postea vero cotidiana et acuta. Ad ultimum incidit in ydropisim, ita quod venter ejus, pectus, facies, crura, brachia et totum corpus inflarentur, et etiam visus plurimum esset obscuratus. Dicta vero mulier, compa- M tiens puero (tenerrime enim diligebat eum ob amorem et memoriam Gaufridi,

filii sui, patris ejusdem, qui nuper Jerosolimis defunctus fuerat), audita fama A
sanctorum nostrorum, etc.

Puer quidam, filius Raginaldi le Baudrier, de Vitreio, habuerat fistulam in collo et pede per duos annos, ita quod in collo habebat quatuor foramina sanie fluentia, et in pede unum.....

Ermengardis Tison, vidua, de Sancto Medardo supra Coisnun, Redonensis B
diocesis, per xv annos percussa paralysi per omnes artus et maxime in renibus et tibiis et pedibus graviter fuit afflicta.....

Stephanus Chavin, de Telleio, quartana laborabat. Quadam die hebdomadæ Pentecostes, dum in quadam biga veniret Savigniacum orationis obtentu, ut super ægritudine sua a sanctis aliquam gratiam recipere mereretur, dum appropin- C
quaret nemori Savigniaci, nullo modo potuit obtinere nec virga nec stimulis quod equi qui bigam trahebant in qua æger jacebat forestam Savigniaci intrarent. Nec mirum, quia, sicut multis audientibus postea confessus est, primam uxorem suam prægnantem et gravidam una cum fructu ventris suffocaverat, nec unquam hoc confessus fuerat alicui sacerdoti, secundam uxorem suam ab se abjecerat et effu- D
gaverat, et sicut fama super eo laborabat, flagitiosus homo erat et propter facinora sua excommunicatus. Videntes hoc sex homines vicini ejus, qui cum eo veniebant, sustulerunt eum de biga et imposuerunt super equum, urgentes latera virgis et stimulis, et nullo modo nemus intrare potuerunt. Quid plura? Homo ille confusus et sine honore, vellet, nollet, ad propria remeavit. E

Hugo de Angulo, de Sancto Hylario, habebat filiam circiter annorum quatuor, Aaliz nomine, quæ, [dum] casu accidente cum aliis pueris luderet, incidit in quamdam foveam, aqua plenam, profundam fere ad staturam unius hominis.....

De muliere quæ habebat morbum hyspanicum. — Quædam mulier, Odie nomine, de civitate Dolensi, per quindecim dies et amplius in sinistra parte colli F
et capitis habuit gravem ægritudinem quæ vulgo dicitur *felon*, in physica anthrax, cum maxima inflatura.....

Adelina uxor Ricardi Bricon[1], de parochia Sancti Stephani Silleii Guillelmi, per annum et amplius, per totum corpus et omnes artus gutta arthetica graviter torquebatur..... G

Stephanus filius Clarel, de villa quæ vocatur Feins juxta Albigneium, Redonensis diocesis, habebat fistulam fere per annum, prius in dextera tibia, post insiliit in sinistram, cum maxima inflatione et cum sex foraminibus sanie putida fluentibus.....

Thomas de Manseleria lumen unius oculi per septem annos amiserat omnino..... H

Ascelot de Sancto Helyerio juxta Pomanum, filia Mariæ Feucoine, gravissima gutta per novem menses et amplius in sinistra tibia et crure affligebatur, ita quod a Natali usque ad Pascha a lectulo non valuit exire. Morbus eam ita incurvaverat et contraxerat quod vix miserabiliter incedere aliquando vel stare frustra attentabat; insuper os cruris, de loco suo egressum, renes et spinam dorsi saliendo J
transilierat, ita quod, quando cum baculo incedere incurva cernebatur, os illud quasi quidam gibus videntibus eam a tergo apparebat.....

Guillelmus, presbyter et persona de Logis juxta Breceium, habebat quemdam nepotem nomine Jaquet, circiter annorum novem, acuta per quindecim dies laborantem..... K

Vidua quædam pauper, dicta Aelais la Randoine, in parochia de Logis, apud Abitum, penes..... am[2] la Grafarde diu hospitata, habebat filium nomine Galterum, circiter quinque annorum, per quindecim dies gravi ægritudine laborantem. Nam per dictum tempus nihil aut parum comedit, fluxum sanguinis passus est per nares continue una die et nocte, et per tres dies loquelam amisit. L
Tandem mortuus est. Mater ejus palpans eum et sentiens rigidum et frigidum et sine sensu et anhelitu, exclamans, aiebat : « Heu! me miseram! Filius meus mor- « tuus est! » Ad clamorem ejus venerunt vicini, et tentabant aperire os pueri, et

[1] *Vel fort.* Bercon. — [2] *Nomen in codice fere exesum*

A non poterant. Inter quos erat Petrus Roges, qui ait matri flenti : « Mulier, sepeli
« mortuum tuum, et effer Savigniacum, quia monachi libenter et caritative tra-
« dent eum sepulturæ. » Interea, mater, divinitus inspirata, sciens quia omnia
possibilia sunt credenti, cum deberet involvere mortuum sudario, flexis ad terram
genibus, manibus versus cœlum expansis, cum fideli devotione ait : « O sancte
B « Salvator, et vos omnes sancti Savigniacenses, voveo vobis filium meum ; reddite
« michi miseræ filium meum. » Et cum hoc dixisset, in præsentia multorum qui
ibi convenerant, puer cœpit movere membra et revixit.....

Guillelmus de Londevico et Nicolaa, uxor sua, habebant filiam annorum qua-
tuor, nomine Gervasiam, quæ gravi ægritudine detenta laborabat ad mortem.....

C Puer quidam, filius Mathæi Genchon, de Marchis, morbo gravissimo contractus,
per annum et amplius usum gradiendi omnino amiserat. Parentes ejus voverunt
eum sanctis nostris, et Savigniacum attulerunt. Eadem hora contigit quod major
campana in ecclesia pulsaretur pro infirmis miraculose sanatis, sicut mos est.....

Petronilla, filia Guillelmi Malduit, de Saint Briz, per tres annos et dimidium
D fistulam in tibia et crure dextro habuit, cum maxima inflatura et novem forami-
nibus sanie fluentibus. Insuper nervis desiccatis, contracta erat et incurvata, quod
vix et cum magna difficultate cum duobus baculis incedebat.....

Matildis, filia Gervasiæ la Paumière, de Cortiz, longo tempore ægrotavit. Primo
laboravit acuta, et per totum corpus pustulis turgentibus operiebatur, fœtidum
E habens anhelitum. Tandem incidit in hydropisim.....

Gaufridus Molendinarius, de Lovigné, per longum tempus febre quartana gra-
viter afflictus, vovit se sanctis nostris..... Qui attulit secum in cunis infantem
unum tenerum, circiter trium mensium et dimidii, qui per octo dies non suxerat
mammas, nec aliquod edulium in ejus corpusculum introivit..... Monachus custos
F reliquiarum infudit in os infantuli paululum distillando de illa aqua benedicta in
qua sanctorum reliquiæ fuerant ablutæ. Statim cœpit palpitare. Mater obtulit ori
ejus mamillam, quam infans suxit et sanus factus est.

Garinus Forrel, de Exclusa, per tres annos et amplius continue in dextro latere
fistulam habuerat, cum maximo apostemate et uno foramine horribili ad viden-
G dum, sanie putida defluente.....

Quidam puer juxta Pasbren, nomine Ricardus Karesmel, quindecim annorum,
a nativitate sua manum dexteram habebat cum brachio recurvam modo mirabili
retro tergum, contractis in eadem digitis et inclusis.....

Osanna de Sancto Hylario, nata de Chacegeu, per decem annos habebat ti-
H bias torsas et cancellatas in modum crucis, ita sibi invicem cohærentes ut quasi
firmiter ligarentur, sese modo mirabili, imo miserabili innectentes, uno pede
torto, non poterat incedere.....

Circa mediam noctem Sabbati proximi post Ascensionem Domini, Rollandus de
Logis, armiger domini Philippi de Sancto Hylario, et uxores dictorum Philippi
J et Rollandi, cum pluribus aliis qui venerant vigilare et orare ad portam Savi-
gniaci, ad reliquias sanctorum, apertissime viderunt flammam igneam in magna
quantitate egredientem de clocherio ecclesiæ et usque ad cœlos recto itinere as-
cendentem. Unde super hoc valde admirantes, ædificati et in fide Domini roborati
et sanctorum reverenti frequentia lætificati recesserunt.

K Circa mediam noctem, Sabbato Pentecostes, similiter multi viderunt flammam
igneam egredientem de ecclesia et ad cœlos ascendentem.

Die sancto Pentecostes, dum subprior Savigniaci fecisset sermonem ad populum
ante portam abbatiæ, dum hora prima inciperetur in ecclesia, maxima multitudo
populi, recedentes a sermone finito, viderunt flammam igneam in similitudinem
L maximæ manus hominis extentæ super ecclesiam et exinde ad cœlos ascen-
dentem.....

Robertus Tyberge, de Maisnillo Bos, versus Breceium, in crastino Pentecostes
venit Savigniacum, ferens candelam longitudinis corporis sui, cum magna devo-
tione.....

M Houdeard, filia Gaufridi Tescelin, de Teleio juxta Meduanam, digitos unius

manus coadunatos per octo dies habuit et totam manum versus brachium recur- A
vatam.....

Thomas de Musca, Abrincensis diocesis, habuit tria foramina in maxilla, sanie
defluentia.....

Quidam homo, Oriol nomine, lecto decubans, gravissime infirmatus est, mor-
bique magnitudo ad manum sinistram descendit, quæ vehementer intumuit. Vo- B
cavit igitur quemdam in hujusmodi[1], ut credebat, peritum, qui manum in aqua
calida balneavit, et illam fortiter traxit, sicque junctura manus amplius læsa et
fortius est inflata, ita quod movere manum vel brachium minime poterat.....

Puer quidam de parochia de Verniz, annorum septem, Johannes nomine, cujus
pater vocabatur Guillelmus Granum Ordei, mater vero Hersendis, ægrotavit C
usque ad mortem. Primo quidem arripuit eum morbus in maxilla, postea des-
cendens usque ad collum, guttur stringens vehementius, vitales meatus obturabat,
ita quod oculi ejus in capite verterentur, et loquelam amisit. Quem mater intuens,
flexis genibus, fusis lacrimis, vovit sanctis in hæc verba : « O boni sancti Savi-
« gniacenses, sicut potentes erga Deum estis, reddite mihi filium meum. » Quod D
iterum et iterum replicabat. Interim fiebant candelæ quæ de nocte circa corpus-
culum defuncti ardere deberent. Tunc mater pueri et quædam femina, nomine
Iveta, fecerunt lichinum ut puerum mensurarent. Quo facto, in continenti puer
locutus est, et blande consolans matrem suam, ait : « Domina mea, nolite lugere. »
Et ita per merita sanctorum sanus factus est. E

Garnerius et Theophania de Maisnilleio Gisleberti habebant filium, Nicolaum
nomine, qui Dominica proxima ante festum Johannis Baptistæ mortuus jacuit in
terra, sicut credebant omnes qui eum videbant. Fuit autem in eo statu per spa-
tium itineris leugæ unius. Parentes voverunt eum sanctis nostris, et statim voto
emisso revocatus est ad vitam. F

Tescelina uxor Roberti le Pitos, de Marcilleio, laborabat arthetica.....

Guillelmus dictus Graverenc, de Estovi.....

Armiger quidam de terra Vitreii, dictus Radulphus de Maceriis, habebat uni-
cum filium, Andream nomine, per quindecim dies febre acuta graviter labo-
rantem..... G

Johanna filia Hervei de la Rollate, de parochia de Lovigné, per novem dies
fuit muta.....

Radulphus Alleart de Veteri Savigniaco......

Ricardus de Cuves, habens unum gibum in brachio juxta manum, qui vocatur
a vulgo *wenc*, consilio amicorum suorum, a quodam medico fecit amputari. Qua H
occasione tribus diebus et tribus noctibus fluxum sanguinis passus est continuum,
ita quod nulla arte vel medicina poterat restringi, imo manus cum brachio erat
nigra et quasi emortua. Vovit se sanctis et statim cessavit fluxus sanguinis, et
manus meritis sanctorum sanitati pristinæ restituta est.

Nobilis mulier, Matillis nomine, de Roongeria, Abrincensis diocesis, perdiderat J
omnia ludicra sua, videlicet anulos aureos cum saphiris et aliis lapidibus pre-
tiosis, monilia aurea et argentea et magnam summam pecuniæ pariter.....

Gaufridus dictus Faurel de Pomano et Johannes Faber.....

Guillelmus le Bret, de Romaigné.....

Guillot de Huechon..... K

Nobilis mulier uxor Guillelmi Sabric, militis.....

Maria de Chasteigners.....

Johanna quondam uxor Roberti de Juvigné, burgensis Moretonii, prægnans
erat, et collidebantur gemini in utero ejus. Cumque advenisset tempus pariendi,
peperit filiam, alterum nequaquam, sed remansit gravida magis quam ante, et L
laboravit postea per novem dies. Venerunt vicinæ mulieres et matronæ; uxor Her-
berti[2], baillivi Moretonii, et aliæ multæ, nescientes consilium, timentes ne fœtus
mortuus esset in ventre mulieris. Tandem in hoc consenserunt quod scinderetur

[1] *Sabaud.* rebus. — [2] *Herbertus de Tria, de quo supra*, p. 583 b.

A mulier et extraheretur infans mortuus sive vivus..... Voverunt dictam mulierem
sanctis Savigniacensibus. Quid plura? Mulier absque mora, sine incisione vel læ-
sione corporis sui, peperit alteram filiam..... Unde plurimi mirantur et merito,
quia, secundum Augustinum[1], magnum est hoc et arduum et contra solitum cur-
sum naturæ. Quæ enim una hora, ut dicunt physici, conceperat geminos, se-
B cundum cursum naturæ una hora debuisset ambos peperisse, sicut in Jacob et
Esau..... Paulo post eidem contigit quod gravem ægritudinem habuit in tibia, et
facta est tota quodam loco nigra, ita quod dicerent multi hoc esse malum Sancti
Laurentii. Corrosa erat tibia et cavata, quod posset ibi ovum unum condi. Alii vero
dicebant quod erat sacer ignis quem dicunt physici erysipila.....

C Guillelmus Mansel, de parochia de Buais, Abrincensis diocesis, gravissima in-
firmitate corporis correptus, decubuit in lectulo per quinque septimanas. Habebat
enim in collo a posteriori parte morbum aspectu horribilem, ubi apparebant novem
foramina, ita quod etiam per ea videbatur anhelitus exire. Dicebant autem aliqui
qui eum visitabant quod hic erat morbus regius, id est lupus, alii morbus Sancti
D Eligii, alii ignis Sancti Laurentii.....

Duo homines de parochia Sancti Briccii, Abrincensis diocesis, eodem tempore,
consimili infirmitate correpti sunt. Unus illorum vocabatur Guillelmus Martini,
alter Philippus de Plessiaco. Isti per quinque dies inflati fuerunt circa pectus, etc.
Cum igitur jam nulla spes esset vitæ, amici et vicini, ipsis annuentibus et prout
E poterant submurmurantibus, voverunt eos beato Vitali et sociis suis, assumptoque
lichino, mensuraverunt eos per pectora et per colla.....

Johannes Bolart, de Sancto Simphoriano, per quinque ebdomadas et amplius
percussus gutta gravissima, etc. Idem habebat filium, Stephanum nomine, qui
morbo hyspanico per totum corpus percussus fuit, torsionibus, doloribus, infla-
F tionibus tam graviter oppressus quod de vita ejus nulla spes patri vel matri ejus
circa eum flentibus remaneret.....

Robertus de Loqueré, de parochia de Logis, Abrincensis diocesis.....

Alanus de Campis, de parochia de Navetel, Abrincensis diocesis.....

Johannes Brusart, de Sancto Jacobo de Bevron.....

G Guillot de Landellis, Abrincensis diocesis, habuit brachium ægrum, misera-
biliter inflatum, et per unum foramen putredinem emanans. Quod quia non po-
terat præ grossitudine et ponderositate sustinere, per fasciam suspensum a collo
deportabat. Vovit se sanctis et brevi tempore sanatus est.

De homine qui habebat morbum hyspanicum qui dicitur antrax in brachio et
H in tibia. — Jacobus de Abbatiola habuit morbum hispanicum in brachio, et ibi
apparebat foramen unum; ab hoc loco insiliit in tibiam, et ibi fecit quinque fo-
ramina.....

De muliere curata a morbo hispanico. — Uxor Guillelmi Tardif, de Sancto
Jacobo de Bevron, casu calcans super quoddam ferramentum acutum, vulnerata
J est graviter in pede, sed in brevi, prout ei videbatur, sanata est. Processu vero
temporis pes intumuit, humores ibi occurrerunt, ægritudo periculosa insiliit; mu-
lier dolore intolerabili cruciabatur. Quidam dicebant quod hic erat morbus
qui dicitur vulgo *porfil*, alii antrax, alii lupus, id est morbus regius. Consuluit
cerurgianos, qui dixerunt quod oportebat pedem uri et secari vel omnino ab-
K scindi. Quæ cum videret ferramenta ad hoc faciendum parari, et vincula ad ipsam
ligandam, timore perterrita, ab ipsorum consiliis declinavit.....

Nicolaus Milon, de Ferré, Redonensis diocesis, habebat filiam circiter annorum
quatuor, quæ miserabiliter laborabat febre cotidiana ardenti per XV dies pariterque
dissenteria..... Quadam die, dum infans haberet accessionem suam et ægrotaret
L vehementer, etc.

Odo Auboin, clericus, diaconus, de Moretonio.....

Guillelmus Malescot, de Parringné, Abrincensis diocesis.....

Robinus de la Serée et Emmeta, uxor ejus, de parochia de Parrigné, Abrin-
censis diocesis.....

[1] *Pro* Augustinum, *fort. legendum* Avicennam.

Johannes Mallart, de Sancto Hylario..... A

Guillelmus le Bigot, de la Dorée, et uxor ejus Thebelina.....

Clericus quidam, Nicolaus nomine, filius Radulphi Brool, de Tornoor, Baiocensis diocesis.....

Puer quidam, Robinus nomine, filius nobilis viri Roberti de Praeles, domini
de Columbé, ægrotavit usque ad mortem..... Ad extremum toto corpore inflari B
cœpit, ita quod pater et[1] mater ipsius desperarent, suspicantes etiam ne per
odium et cupiditatem forsitan invenenatus fuisset, quoniam magnum dominium,
terræ et homines ad ipsum jure hereditario pertinebant.....

Mulier quædam de Biardis, potens et dives, Alexandra nomine, uxor Ranulfi
Burgensis..... C

Thomassa uxor W. Mercatoris, similiter de Biardis.....

Vidua quædam nobilis, Matillis nomine, relicta nobilis viri Petri Rouaut,
ægrotavit febre acuta, et in tantum fuit afflicta quod nulla spes de ejus vita haberetur. Confessa fuerat, viaticum receperat, et etiam per manum cujusdam fratris
de ordine Fratrum Minorum sacramentum receperat extremæ unctionis, loquelam D
amiserat, signa mortifera apparebant, candela accensa observabatur ut transiret.
Tandem Hasculfus Roaut, miles, filius ejus, vovit eam sanctis. Voto emisso, statim
locuta est, et ad se reversa et confortata paucis diebus sana et incolumis per merita
sanctorum effecta est.

Maria, uxor Petri dicti Fabri, de Pontibus juxta Abrincas..... E

In pago Abrincensi, in villa quæ dicitur Maidré, juxta Pontem Ursonis, erat
quidam adolescens Stephanus nomine, vicesimum primum ætatis suæ habens
annum, nobilis genere, sed miser corpore. Pater ipsius Ricardus de Monmoron,
mater vero Aalicia de Signé dicebantur. Hic, occulto Dei judicio, tertio a nativitate sua anno percussus fuit ita mirabiliter quod, nervis siccatis et contractis, F
viciata varica, factus est varicosus, incedens versa ad terram facie manibus et pedibus, more canis vel simiæ, in languore et ærumna et abjectione, parentum suorum abominatione et opprobrio permanens per XVII annos, nullum valens invenire
remedium per aliquorum peritiam medicorum.....

Ambrosius Barbot, de Mesnillo Gisleberti, Abrincensis diocesis.....

Guillelmus Brodin, filius Stephani Brodin, de Hautonaria.....

Johannes de Houssea, de Baillol, Abrincensis diocesis.....

Radulphus de Marches et Petronilla, uxor ejus.....

Herveus Rufus, de Varavile.....

Guillot de Landevico, quem satis novimus, filius W. Osmunt, a dæmonio H
vexabatur.....

Michael le Manant, de Aguerné, Baiocensis diocesis.....

Alveredus de Mara, de villa quæ dicitur Sancta Crux supra mare, Baiocensis
diocesis, et uxor ejus, Maria nomine, habebant filium XV annorum, qui, occulto
Dei judicio, per XIII dies a dæmonio vexabatur..... J

Gaufridus Thomæ de Vallibus, de parochia de Grae, Baiocensis diocesis, habebat filium circiter annorum XVI, qui, occulto Dei judicio, mutus fuerat per sex
annos. Audita fama miraculorum beati Vitalis Savigniacensis, reminiscentes illius
loci incolæ quod ille esset Vitalis qui in pago illo, in villa quæ vocatur Tyrgeville,
oriundus fuerat, fidem et gaudium concipientes, etc. K

Gregorius de Bosco Roberti, de Lovigné.....

Johannes de la Rète de Sancto Aniano, Baiocensis diocesis.....

Radulfus de Maresiis, de parochia dicta Curlé, Baiocensis diocesis, habebat filiam nubilem, quæ per tres septimanas continue ægrotavit mirabiliter, more inaudito..... Vocatus fuit presbiter parochiæ illius, dictus Ricardus, ut puella confi- L
teretur et communicaret more christiano.....

Nobilis mulier, castellana Falesiæ, habebat quemdam filium, circiter trium annorum, qui erat ruptus: intestina siquidem pueri descenderant in inferiorem

[1] *Voces* pater et *in cod. omissæ sunt.*

A bursam. Cum vero mater nimium abhorreret filium suum per manum medicorum scindi, consilio bonorum vovit eum sanctis.....

Radulfus Taboer, de Landevico.....

Armiger quidam nobilis genere, dictus Guillelmus Gaidun, de Poillé, Abrincensis diocesis, habebat filium parvulum, circiter quinque annorum, qui ægrotabat B dissenteria..... Nobilis mulier Johanna, uxor Gervasii de Buat, militis, atavia pueri, præsens erat.....

Gaufridus de Chantelou, de Macé, Abrincensis diocesis.....

Maria de Landellis, Abrincensis diocesis, uxor Guillelmi de Merleto, habebat ægritudinem in poplite, quæ dicitur *rapis*, quæ in tantum corroserat carnem et C nervos quod erat concavum, ita quod posset capere pugnum hominis. Vovit se sanctis.....

Nobilis mulier Nicolaa de Villebaudun, uxor Hugonis de Haya, militis, Constantiensis diocesis.....

Johanna, uxor Roberti Juhel, de Chalandré, Abrincensis diocesis.....

D Herveus Tabur, de Pomano, Cenomannensis diocesis.....

Andreas Auguin, de parochia de Landevico.....

Ricardus de Ponte, civis Constantiensis, ægrotavit acuta usque ad mortem. Narravit siquidem nobis quod quinquies recidivavit, et quod parentes ejus de ejus convalescentia omnino desperati, jam in extremis laborantem, trina vice posue- E runt eum super cineres ut ibidem moreretur more christiano. Tandem voverunt eum sanctis, nec mora febris creticavit in bonum et convaluit.

Adolescens nobilis, Johannes, filius domini de Tillé, ægrotavit usque ad mortem. Siquidem virtutes naturales in ipsius corpore bellum inierant intestinum: appetitiva se victam fatebatur; retentiva impotens erat et invalida; digestiva con- F spiraverat in auxilium expulsivæ, et ita sola expulsiva dominans, velut immitis et barbara, etc.

Nobilis miles, Juhellus de Logé, Cenomannensis diocesis.....

Gales de Torchamp, miles... Idem habebat filium, Henricum nomine, circiter sex annorum.....

G Petronilla, filia Johannis de Landivico.....

Stephanus le Monnier, de parochia Sancti Lupi juxta Abrincas, ægrotavit ad mortem et in tantum debilitatus fuit quod amici omnes de eo desperarent..... Amoverunt igitur stramenta lectuli et linteamina in quibus jacebat, ut super cilicium moreretur.....

H In pago Abrincensi, in villa quæ dicitur Pressé, erat quidam homo dictus Radulphus Hoirel.....

Petronilla, filia Petri Rufin, de Passeis, militis, multo tempore habuerat maculam in oculo, et in tantum creverat et impissata erat quod nihil eo videbat.....

Alexandra de Parrigné, uxor Hervei de Baon.....

J Guillelmus Gratet, de Vallibus Galteri, et Jordana, uxor ejus, de parochia de Logis, Abrincensis diocesis, habebant filium parvulum, nundum trium annorum, nomine Robinum, qui, carens tutore, casu cecidit in aquam quæ vocatur Arou[1]......

Apud Poillé juxta Duxé, Abrincensis diocesis, Guillelmus Faber et Osanna, ejus K uxor.....

In eadem villa, Ricardus Gaidun et Bienvenue.....

Apud Marcillé juxta Pasbren, Abrincensis diocesis, Ricardus Karesmel.....

Puer quidam de Exclusa, Cenomannensis diocesis, Robinus nomine, filius Rogeri.....

L Miles quidam nobilis, dictus Petrus de Hamarz.....

Anno gratiæ M CC XL IIII erat quædam puella Thomasia nomine, filia Roberti de Bosco Yvonis, militis.....

Dionisia puella de Tiliolo, Abrincensis diocesis, incommodo laboravit, morbo videlicet qui dicitur ignis Sancti Laurentii.....

[1] *Quæ sequuntur secunda manu in codice exarata sunt.*

Alia itidem puella ejusdem villæ, Denisa nomine, dum quadam die curreret A
post pecora sua, habens colum sub ascella et fusellum in manu, offendit et corruit ad terram cum impetu, et factum est quod nocha fuselli infixa fortiter in manu ipsius frangeretur et ibidem remaneret.....

Symon, filius Guillelmi de Breceio.....

Theobaldus, filius Brodin de Fougeroles..... B

Guillelmus de Loie, ultra Domnifrontem, Cenomanensis diocesis.....

Thomas de Muscha, Abrincensis diocesis.....

Michael, filius Roberti Jordani, de Teillol.....

Mauritius de Veteri Villa, de parochia de Molinis.....

Guillelmus Ysembart, de Tilliolo..... C

Thomas de Capri Villa.....

Johannes, filius Rogeri Sauvage, de Sancto Quintino juxta Abrincas, longo tempore ægrotavit: tysicus enim erat. Pater vovit eum et sanatus est.

Stephanus Mauleon, de Biardis.....

Johanna, uxor magistri Rogerii, civis Constantiensis..... D

Petrus de Quarnet, de Sancto Jacobo de Bevron, rediens a Burdegala civitate, existens in navicula in fluvio qui dicitur Gironda, periclitabatur.....

Johannes de Teillol, de Herneia.....

Miles nobilis de Andegavia dictus Paganus Cahors.....

Johannes filius Ranulfi, de Karenten, Constantiensis diocesis..... E

Rusticus quidam de parochia de Toschet, non longe a Savigniaco, dictus Renaldus Dure teste.....

Guillelmus Joscelin, de ponte de Duxé, Abrincensis diocesis.....

Garinus de Angulo de Sancto Brictio.....

Ricardus Guimont de Rochella, faber lignarius, etc. Priorissa Moretonii vovit F
eum et commendavit beato Vitali.....

Adelina de Croilon, Abrincensis diocesis.....

Nobilis mulier uxor Juhelli de Ardena, militis, Redonensis diocesis.....

Symon Gohyr, burgensis Cadomi.....

Theophania, filia Johannis le Rasle, de la Basoche, frenetica fuit, per septem G
dies habens ambas manus clausas et busculam fagi in una manu.....

In parochia Sancti Quintini, uxor Radulphi Guitecoc.....

In eadem parochia, Ricardus de Valle d'Oer, habe[ba]t filiam circiter novem annorum, Emmelot nomine, quæ dum incaute pergeret super plancham cujusdam aquæ quæ dicitur Oer, in aquam cecidit et vi aquæ rapta in majorem et profun- H
diorem fluvium qui vocatur Senuna exanimis ferebatur.....

Apud Poillé, Ricardus Gaudin.....

In eadem villa, puer quidam quatuor annorum, filius Guillelmi Fabri.....

In civitate Abrincensi, duæ mulieres, uxor Nicolai Nonain et uxor Nicolai dicti
Pihanou..... J

In Valle Sancti Petri subtus Abrincas, Andreas Igeri.....

Petronilla filia Guillelmi Malduit, de parochia Sancti Briccii de Landellis.....

Frater Guido, monachus Savigniaci, e micraneo laborabat in capite vehementer.....

Nicolaus de Logis..... K

Willelmus Bigot.....

Ansgerus de Sancto Symphoriano.....

Quidam homo de Logis.....

Radulphus Carupel, de Buhais.....

Quidam homo de eadem villa, nomine Coelauge..... L

Robertus de Plesseiz.....

Nicolaus Dibler, de Landevico..... — Mater dicti pueri, nomine Genovefa.....

Guillelmus Berath, de Chastaigners.....

Quædam famula Godefridi de Fougeroles.....

Johannes Guillelmi, de villa Sancti Laurentii..... M

A Quædam mulier apud Domnifrontem.....

Theophania de Landeain.....

Margarita de Argogiis juxta Sanctum Jacobum de Bevron.....

Juhellus filius Anfridi de Marches.....

Philippus de Riveria juxta Meduanam, miles, habebat filium adolescentem, no-
B mine Johannem.....

Quidam civis Abrincensis amiserat equum suum valentem x libras vel amplius. Post xv dies fecit votum Deo et sanctis nostris quod si Deus ei equum suum redderet, de longitudine equi candelam offerret ad corpora sanctorum. Equum in brevi invenit et candelam Savigniacum attulit.

C Guillelmus Rosa, de Ascigniaco, Redonensis diocesis.....

Guillot, filius Rogeri Garin, de Pasbren.....

Robertus Durant, de Valle Sancti Petri Abrincensis.....

Johannes de Grimauderia.....

Hugo Gohier, de Septem Forgiis.....

D Aalicia, uxor Galteri Bonart, de Vilers Quenivet.....

Radulphus Vetulus, de Vilers Quenivet.....

Radulphus de Carpiquet, burgensis Cadomi.....

Gaufridus Dobé, talland[arius], longo tempore usum dextri brachii et manus fere amiserat, ita quod non poterat illud levare ad caput.....

E Filius Galteri Salé, militis.....

Ascelina filia Mariæ de Tosches, de Biarz.....

Symon de Larchant juxta Herneiàm.....

Gaufridus le Telier, de Sancto Briccio.....

Robin de Estaus, de Landean.....

F Robertus l'Estornel, de Columbeio.....

Johannes Garmout, de Ambreriis.....

Galiena de Tyrgevilla et multi alii de Tyrgevilla, qui peregre venerunt Savi-
gniacum, quasi ex uno ore acclamabant quod in loco in quo manserunt pater et
mater sancti Vitalis et ipse natus est, mulier quædam, gravibus febribus afflicta,
G obdormivit et ibidem sanata est.....

Osanna de Novo Burgo Moretonii..... — Filia ejusdem, Amelina.....

Mulier quædam de parochia Sancti Germani de Cogleis, Maria nomine.....

Johannes de Ponte Aubaut.....

Guillelmus Sutor, de Sancto Hylario.....

H Robertus de Valle Sancti Petri et Ricardus Lepus, præpositus domini episcopi Abrincensis.....

Guillot de Veteri Savigniaco.....

Guillelmus Aelart, de Landevico, percussus est nefresi, scilicet gutta in renibus.....

I Ernol le Vanier, de la Dorée.....

Mater Guillelmi Parvi, de Columba.....

Die Lunæ ante Ascensionem, hora tertia, armiger quidam, Johannes nomine,
frater domini Guillelmi de Exclusa, dum esset in claustro Sanctæ Katerinæ, pro-
spexit in pratellum, et vidit de sub tumbam in qua corpora sanctorum jacuerant
K fumum igneum in maxima quantitate exeuntem de terra et ascendentem per vi-
tream fenestram, ut sibi videbatur, et dixit Garino, fratri suo: « Videsne fumum
quem video? » Et dictus Garinus videre non potuit... Eundem vero fumum vidit
frater Radulphus de Corcé, monachus Savigniaci, qui ibidem præsens erat.....

Thomas des Pins, clericus, de Sancto Jacobo.....

L Petrus l'Oreillu, de Ardevun.....

Robinus, filius Johannis de Bosco, de Mesnillo Aielart juxta le Repast.....

Filius magistri Radulphi Latomi.....

Homo quidam de Intramio, Redonensis diocesis, nomine Herbertus de Sancto Jacobo.....

M Quidam juvenis de Cenilleio, Constantiensis diocesis, in fabrica Savigniaci la-

borans, quadam die subito morbo correptus, ad mortem timebatur; per merita A sanctorum sanatus est.

Apud Buhais, Ernol filius Johannis Coelangé.....

Herbertus le Ramendoor, de Sancto Jacobo.....

Famulus domini episcopi Abrincensis, nomine Guillelmus de Paris.....

Johannes Coret, de parochia Sancti Patricii..... B

Johannes Passedoit, de parochia Sancti Albini.....

Filius Guillelmi de Bosco Freout et Agnetis de Lacei.....

Mulier quædam de Coismes juxta Waxeium, nomine Emmelina, uxor Nicolai Galteri.....

Renalt le Mercier, de parochia de Lovigné..... C

Rogerus de Alneto, de eadem parochia. ...

Guillelmus Corbin, de Millé.....

Ranulfus la Vace, de Maigné, Baiocensis diocesis.....

Johannes le Bloi, de Valle Sancti Petri subtus Abrincas.....

Renalt Viel, de Logis, Abrincensis diocesis..... D

Johannes de Sancto Simphoriano, Abrincensis diocesis.....

Tescelinus de Veteri Savigniaco.....

Johannes dictus Porcus, de Verniz.....

Johannes de Pressé, Abrincensis diocesis.....

Albereda filia Laurentii de Rubeo Monasterio..... E

Willelmus Hagron, de Sancto Hylario.....

Roger Bagot, de parochia Sancti Auvini.....

Richeldis, de Ardevon juxta Montem Sancti Michaelis, uxor Nicolai Artur..... — Eadem mulier habebat filium adolescentem. Hic jam per multum tempus habuerat apostema carneum grossum, quod vulgo dicitur *wenc*, in locis pudendis, F videlicet inter crus et genitalia.....

Maria, uxor Mathæi de Noonei.....

Guillelmus de Navetel.....

Guillelmus de Fougeré, de parochia Sancti Martini de Monte Gaudii.....

Radulphus Chiroisme, de Appenticio, Abrincensis diocesis..... — Ranulphus G Chiroisme similiter, frater ipsius.....

Guillelmus le Selier, de Bochachart, Rothomagensis diocesis, habuit maculam in oculis ambobus, qui fecit se carminari a vetulis, et voluntate Dei factus est orbus.....

Johannes de Argogiis, Abrincensis diocesis..... H

Adam, de parochia de Landellis, Abrincensis diocesis..... — Hic homo habebat quemdam nepotem qui dicebatur Guillot de la Meslerée.....

Guillot Cabot, de Valle Segiæ, Abrincensis diocesis.....

Juliana, uxor Rogeri Cognati, de Baillol, Abrincensis diocesis.....

Petrus Gauguein, de Duxé..... J

Guillot dictus Piscis, filius Ruaut, de Biardis.....

Guillot Biset, de la Dorée.....

Johannes dictus Præpositus, de Parrigné.....

Presbiter de Toschet graviter ægrotabat; mandavit presbitero de Molinis et aliis amicis ut in crastino summo mane ad eum venirent, quia timens sibi volebat tes- K tamentum suum facere.....

Johannes Figulus, de Sancto Hylario, laboravit febre cotidiana multis diebus. Tandem habuit aliam ægritudinem quam vocant vivum radunculum.....

Guillelmus de Hamel, de Appenticio.....

Renalt Blancvilein, de Huisnes juxta Montem Sancti Michaelis..... L

Rogerus de Livonnée, de Valle Sancti Martini, Abrincensis diocesis.....

Dionisia, filia Clementis, de Burgo Novo juxta Meduanam, habebat morbum Sancti Eligii, ita quod in corpore ipsius erant septem foramina sanie fluentia.....

Hugo Pichart, de Nogent le Rotrou.....

Matillis, filia Roberti Bordeth, de Sancto Germano de Mesnillo Goth..... M

A Gaufridus dictus Miles, de Haia Paganelli.....
Guillelmus Fautrart, de l'Apentiz.....
Guillelmus de Boislibout, de Villa Canis.....
Nicolaus Furetel, de Teillol, Abrincensis diocesis.....
Ricardus Simphorie, de Teillol.....
B Ricardus Foillol, de Teillol, et Johanna, uxor sua.....
Rogerus Ase, de Sancto Hylario, infirmatus est febre et jaunicio et vivo raduncolo.....
Ysabella la Telière, de Sancto Hylario.....
Johannes de Bosco, de parochia de Viré.....
C Dionisia, uxor cujusdam armigeri vocabulo Nicolai Ferrum.....
Guillelmus Galubrin, de Tilliolo.....
Hubertus de Hamel, de parochia de Logis.....
Robinus le Franc, filius Willelmi le Franc, de Sancto Hyllario.....
Haois, uxor Rualeni de Doitis..... — Eadem mulier habebat in pede magnum
D aposteuma, jam quasi putrefactum, quo dolore cruciata laboravit clamans et ejulans fere continue per octo dies; amici ejus procuraverunt trino ictu hachæ minutoriæ et etiam rasorio pedem perforari, et nihil inde exivit.....
Laurentia de Veteri Savigniaco.....
Johanna, uxor Guillelmi Hubout, de Touschet.....
E Monachus quidam de Alneto laborabat dolore dentium. Qui accipiens unam crucem de ligno illo super quod positæ erant reliquiæ in capella Sanctæ Katerinæ quando flamma cœlitus emissa descendit, tetigit illum dentem in quo dolorem sentiebat et sanatus est..... Item memorandum quod de ablutionibus ligni prædicti de quo fiunt cruces sanati sunt febricitantes apud Breceium quatuor homines.
F Ricardus de Hous, de parochia de Buhais.....
Herveus Ansgot, de Sancto Medardo.....
Petrus Rufin, de Millé.....
Filia Johannis Rossel, de Brecé.....
Johanna, filia Johannis Gase, de Capella as Orgerens, Cenomannicæ diocesis.....
G Richeldis, filia Johannis le Monnier, de eadem villa.....
Johanna la Costurière, de Sancto Martino de Landellis.....
Robinus Pivet, de parochia de Landevico.....
Herveus Chantel, de Parrigné.....
Michael de Monasterio, de l'Apentiz.....
H Petrus Morin, de Mesnillo Aelart, habebat filium, Alanum nomine, qui caligabat ambobus oculis.....
Guillelmus Quadrigarius de Sancto Jacobo de Bevron, habuit morbum hispanicum in tota facie et genis usque ad guttur, et inflata erat facies vehementer. Vovit se sanctis nostris.....
J Ricardus Lestre, de eadem villa.....
Andreas de Pasbren.....
Ranulfus dictus Senescallus, de parochia Sancti Lupi.....
Renalt Garnier, de Pressé, Abrincensis diocesis.....
Thomas filius Potière, de Sancto Briccio.....
K Geislun Tungart, de Mongotier.....
Renalt Gaudin, castrensis Sancti Jacobi de Bevron, laborabat febre cotidiana, qui dum rediret a Pictavia, ubi merces suas venumdandas detulerat, una cum aliis negociatoribus sociis, et valde affligeretur a febre, nec ulterius posset itinerare cum sociis, vovit se sanctis Savigniaci.....
L Uxor Willelmi Chauvin, de Maidré, Abrincensis diocesis.....
Uxor Radulfi de Exclusa, non longe a Savigniaco.....
Robertus presbiter de Moretonio.....
Ricardus Bochart, de Logis.....
Johannes de Tertre, de Sancto Johanne de Heza juxta Abrincas.....
M Robertus Maillart, de Veteri Savigniaco.....

Guillelmus Peset, de Nafetel, presbiter..... A

Hamelinus Gohier, de Logis.....

Anfrei de Mesnil, de Passeis.....

Armiger quidam nobilis Constantiensis diocesis, vocatus Robinus Rossel.....

Andreas de Veteri Savigniaco habebat filium et filiam parvulos. Quadam nocte
dum dormirent secum, pariter percussi sunt duo infantes gravi ægritudine quæ B
vulgo dicitur *prison*, et dum dies illucesceret, comperit dictus Andreas filiam suam
ægrotare, qui statim vovit eam sanctis.....

Symon de Sancto Patricio, clericus.....

Robertus dictus Brachium Ferri, de Yseigné.....

Johannes dictus Paumier, de Fougeroles..... C

Johannes Barrel, de Melé.....

Jacobus de Viezvi.....

Nobilis vir Fulcho Paganelli febre quartana per merita sanctorum sanatus est, et filius ejus a gravi infirmitate.

Dominus Guillelmus de Exclusa, miles..... D

Nicolaus filius W. de Millé.....

Petronilla, uxor Garin Geraut, de Sancto Hylario.....

Petrus Susanne, de Plessiaco Marchis.....

Guillelmus de Desertinis, Cenomannensis diocesis.....

Guillelmus, filius Andreæ de Parco, civis Constantiensis..... E

Petronilla de Romaigné.....

Ranulfus de Longua Toscha.....

Radulfus de Veteri Savigniaco.....

Tiescelinus de Veteri Savigniaco.....

Hamelinus Saxier, de Domno Fronte..... F

Martinus de Laignelet juxta Filgerias, Redonensis diocesis.....

Guillot Duret, de Molinis.....

Johannes Brito, de Landevico.....

Jacobus Herbelin, de Taonaria.....

Robertus Poterelle, de Marcillé..... G

Alanus de Valle de Logis habuit morbum hispanicum in digito, qui inflatus est ad quantitatem unius ovi; postea computruit ita quod os apparebat. Tandem vovit se sanctis et sanatus est.....

Herbertus Fromont.....

Guillelmus Goe de l'Apentiz excoriabat quandam vaccam morticinam, et subito H
morbus, ut credo, hispanicus arripuit eum in brachio et ibi fecit vulnus magnum; deinde insiliit in spatulam, postea arripuit in latere, et cum cruciaretur ad mortem, vovit se sanctis et sanatus est.

Hamelot Marechal, de Teillol.....

Robertus de Larcheis..... J

Adelina de Logis.....

Aales de Landean.....

Robinus de la Tanesie, de Landean.....

Odiun, filia Triguel de Landevico.....

Gaufridus, dominus de Orengia, acuta ægrotavit graviter; qui vovit se sanctis, K
et per eorum suffragia se credit fuisse sanatum.

Adam Farsi, de Paluel.....

Gaufridus Marbré, de Montigné.....

Herveus Repanel, de Logis.....

Jacobus de Chaaglant..... L

Guillelmus Bastart, de Lovigné.....

Philippus de Poillé.....

Petrus Bellant.....

Tustenus de Montgant, de Logis.....

Robinus Orri, de Landa de Dorea. M

A Radulphus Lavendarius, de Veteri Savigniaco, habebat filium trium annorum, quem arripuit sacer ignis in locis genitalibus.....

Guillelmus, filius nobilis viri Roberti de Corcé et Matillis, uxoris ejus, habuit fistulam in crure.....

Heremburgis, filia Michaelis Giles, de la Basoge, Redonensis diocesis.....

B Ysabella, domina Filgeriarum, habebat aristam piscis in gutture ex transverso; ad invocationem sanctorum sanata est.

Frater Robertus de Bello Becco conversus.....

Colinus de Veteri Savigniaco.....

Stephanus Noel, de Appenticio.....

C Frater Stephanus, monachus Savigniaci.....

Guillelmus de Ponte de Sae juxta Andegavum.....

Frater Nicolaus, sacrista Savigniaci.....

Frater Robertus, monachus Savigniaci.....

Frater Ricardus, monachus Savigniaci.....

D Mater Guillelmi Goher, de Camba versus Vada Viriæ.....

Hamericus de la Buisnache, de Ceaus juxta Abrincas.....

Rogerus Chauvin, de Telleio.....

Duo filii Ranulfi le Bedel, de Ardevone.....

Filius pauperis mulieris Nicolaæ nomine de Saint Helyer.....

E Stephana de Logis, filia Alani Pelichon.....

Maria, soror Johannis Gastel, de Abrincis.....

Andreas de Abrincis.....

Abbas Belli Loci juxta Dinannum.....

Heremburgis la Holière, de Ponte Alberée.....

F Bartholomæus le Comte, de Sancto Jacobo de Bevron.....

Prior Veteris Villæ in Britannia ....

Quædam femina de Braiose juxta Falesiam.....

Hubertus de Rochis, de parochia de Aron.....

Filius Huguet Perleparii, de Theleolo.....

G Aalicia, filia Roberti Guichart, a morbo hispanico per merita sanctorum se sanatam credit et confitetur.

SCRIPTA DE FEODIS AD REGEM SPECTANTIBUS

ET DE MILITIBUS AD EXERCITUM VOCANDIS,

E PHILIPPI AUGUSTI REGESTIS EXCERPTA.

MONITUM.

Cum in hac serie edendi essent nonnulli rotuli, quibus tempore sancti Ludovici ejusque successorum, inscripti sunt milites regi obnoxii, facere non potuimus quin ibidem in lucem proferremus paulo antiquiora monumenta ad eamdem rem spectantia, quæ a nostris prædecessoribus omissa sunt. Posteriora enim cum prioribus tam arcte cohærent, ut separatim edita vix intelligi queant, cum præsertim

posteriora, mendosis exemplaribus sæpius deformata, priorum ope multis in locis emendare oporteat. In unum igitur collegimus varios catalogos, sæculo XIII et XIV ineunte conscriptos, e quibus nobis constabit quot et quanta feoda regnantibus Philippo Augusto, sancto Ludovico ejusque successoribus in regis essent potestate, quotque subsidia sive, ut dicebant, servitia ratione feodorum regibus tempore belli præstanda essent.

Nostri operis capiemus exordium a variis indicibus quos nobis exhibent sex Philippi Augusti regesta. De singulorum regestorum ætate et auctoritate jam disputatum est in libro cui titulus *Catalogue des actes de Philippe-Auguste*. Nunc satis erit si breviter commemoraverimus signo A notari regestum inter annos 1204 et 1212 exaratum, Romæ inter codices Ottobonianos n. 2796 asservatum[1]; — signo B, vetus apographum regesti A, olim in Bibliotheca imperiali inter Chartularia, nunc in Thesauro chartarum (reg. VIII); — signo C, regestum anno 1211 incœptum, ad annum 1220 continuatum, olim in Bibliotheca imperiali inter Chartularia, nunc in Thesauro chartarum (reg. VII); — signo D, regestum sæculo XIV e regesto C confectum, sæpius Herouvallianum dictum, olim in Bibliotheca imperiali n. 9852 A, nunc in Thesauro chartarum n. XXIII distinctum; — signo E, regestum anno 1220 curante Garino, Silvanectensi episcopo, incœptum et ad annum 1270 vel circiter perductum, olim Bibliothecæ imperialis cod. 8408.2.2. B, nunc Thesauri chartarum reg. XXVI; — signo F, regestum anno 1247 e regesto E descriptum, in Bibliotheca imperiali inter codices latinos n. 9778 asservatum.

Indices qui e supra laudatis regestis excerpti sunt ita disponendos censuimus ut priori parte contineantur amplissimi catalogi initio regestorum E et F descripti, posteriori vero breviores indiculi quos hic et illic in cæteris regestis reperimus. Quæ quo lucidius cernerentur, omnibus in capita et articulos distributis, numeros apposuimus, sicut in sequenti tabula notatum habes.

PARS PRIOR.

[1] Hoc regestum evolvere nobis non licuit.

Initio cujuscumque capitis, codices adhibitos prioresque editiones designavimus. Feodorum nominibus quæ in regestis diligenter et recte inscripta sunt, quæque satis rare mutila occurrunt, paucas tantum adjecimus annotationes, cum singulorum locorum recentiora vocabula necnon situs ad calcem hujusce tomi in indice geographico, ut moris, explicanda sint.

PARS PRIOR[1].

I. [BALLIVIA CONSTANTINI.]

1. [*Tenentes in capite.*]

Robertus Bertran tenet baroniam de Briquebec per servicium quinque militum. — Ricardus de Harecort tenet baroniam Sancti Salvatoris, quæ debet servicium quinque militum.
— Ricardus de Vernone tenet baroniam de Neahou per servicium quinque militum. — B
Willelmus de Hometo tenet honorem de Hometo per servicium quinque militum, et honorem de Rumilli per servicium duorum militum et dimidii. — Abbas Montis Sancti Michaelis debet servicium trium militum de hoc quod tenetur de eo in Constantia[2]. — Fulco Paganellus debet servicium unius militis de Ovilla et Mesnillo Roges, et tenet Haiam Paganelli per servicium unius militis, et tenet Brahal et Hambée, de quibus non debet nisi C
graveriam. — Episcopus Constanciensis debet servicium quinque militum. — Guillelmus Paganellus tenet Perciacum per servicium unius militis. — Honor de Plesseiz, quem rex tenet in manu sua, debet servicium quatuor militum. — Honor de Luthehare debet servicium duorum militum et dimidii. — Robertus Malet tenet Montem Acutum de comite Alanconis per servicium duorum militum et dimidii, quod regi facit per manum comitis. D
— Karantan, quam habet rex in manu sua, debet servicium duorum militum et dimidii. — Guillelmus de Argenciis tenet quartam partem unius feodi militis apud Orlondam. — Domina de Quesnaio[3] tenet Quesnaium per servicium unius militis. — Cartrait debet servicium unius militis. — Bohon debet servicium unius militis. — Moeon debet servicium quinque militum, cujus servicii medietas est in ballivia Baiocensi. — Radulphus de Tevilla, E
Guillelmus de Ver, Agnes de Valancé et Guillelmus de Monte Acuto debent servicium trium militum et dimidii ad custodiam Gavraii. — Hoc quod tenet rex apud Nicorp et Torvillam et Moncarvillam et Girartot debet servicium dimidii feodi militis. — Tregot debet servicium unius militis et dimidii. — Comes Pontivi tenet Albigni per servicium duorum militum et dimidii, et terram Balduini Wac apud Esnegrevillam per servicium unius militis. F
— Sunt et alia feoda quæ tenentur de aliis dominis, per quorum manus faciunt regi servicium, ut de episcopo Baiocensi, de domino Novi Burgi, de domino de Corci, de domino de Torigni et aliis, quorum feodorum nomina, et nomina tenencium ea, et ubi feoda sedent, et tenentes de supradictis baroniis per feodum loricæ, subscripta sunt. — Item Johannes de Bruecort tenet hoc quod habet apud Sanctum Dionisium Vestitum per servicium unius G
militis.

2. [*Feoda Roberti Bertran*[4].]

Robertus Bertran tenet Briquebec[5] de domino rege per servicium quinque militum. — Dominus rex tenet inde per eschaetam feodum Petræ Villæ, quod debet servicium unius

[1] *E regestis E fol. 25 et F fol. 15. Hujus partis capita quæ ad Normanniam spectant* (§ 1-177), *paucis exceptis, e regesto F defluxerant in quamdam juris normannici compilationem, codicibus latinis 4650, 4651, 10053, 11032, 11033 et 11034 contentam, de qua vid.* Catal. des actes de Philippe-Auguste, p. XXII, *et* Bibliothèque de l'École des Chartes, 4e série, V, 122. *Exstabant etiam in codice quodam deperdito, dicto* Libro Nigro capituli Constantiensis (*Vide supra*, p. 493, not.). *Eadem capita, e codice 11034 descripta, edidit D. Léchaudé d'Anisy* (Mémoires de la Société des antiquaires de Normandie, XV, 168-192).

[2] *Sic E et F. Corrig.* Constantino. *Vide supra*, p. 571, *et infra*, § 6 et 455.

[3] *Lucia de Quesnaio, quæ in regesto scacarii anno 1219 et in chartulario Montisburgi anno 1229 occurrit.*

[4] *Quæ sequantur de feodis balliviæ Constantini* (§ 2-16), *usque ad articulum* Feodum de Tresgoz (*infr.* p. 612 d) *descripta sunt et in regesto C, fol. 126, necnon in regesto D, fol. 170 v°, præfixo hoc titulo:* Feoda quæ barones sive episcopi vel abbates vel milites tenent de domino rege in Constantino vel de alio per menbrum loricæ

[5] *C* Rob. Bertran tenet honorem de Brikebec.

A militis. — Johannes de Harecuria[1] tenet inde, de domini regis dono, feodum Blovillæ,
quod excidit domino regi, quod debet servicium unius militis. — Castellanus de Gavrai[2] tenet
inde, de dono domini regis, feodum de Bella Valle, quod excidit domino regi, quod debet
servicium unius militis, cujus feodi membrum est Renervilla, quam dominus rex tenet adhuc
in manu sua. — Guillelmus de Argentiis tenet inde, de dono regis, Orlandam, quæ excidit
B domino regi, quæ debet servicium dimidii feodi. — Guillelmus de Magnevilla tenet inde
dimidium feodum loricæ. — Ricardus filius Comitis tenet inde Ovritot[3] per dimidium
feodum loricæ. — Ricardus de Fonteneio tenet inde dimidium feodum loricæ apud Ovritot.
— Robertus de Sulli[4] tenet inde terciam partem feodi unius militis. — Domina de
Perches tenet inde terciam partem feodi unius militis. — Ricardus de Corci tenet inde
C apud Buschervillam terciam partem feodi unius militis. — Guillelmus de Sancto Martino
de Ovritot tenet inde sextam partem unius feodi apud Ovritot et Buschervillam. — Ricardus
Hastein tenet inde sextam partem unius feodi apud Ovritot. — Ricardus Bacon tenet inde
sextam partem unius feodi apud Senovillam. — Filius Mathæi de Buisson tenet inde
sextam partem unius feodi apud Sotevillam. — Petrus la Foudre et participes sui tenent
D inde sextam partem unius feodi in Haga. — Jordanus de Getranvilla[5] et participes sui tenent
inde sextam partem unius feodi apud Ketetot[6] et Sanctum Martinum. — Robertus Malvei-
sin tenet inde Rosel per servicium dimidii feodi.

3. *Feoda Ricardi de Harecort.*

Ricardus de Harecort tenet baroniam[7] Sancti Salvatoris de domino rege per servicium
E quatuor militum, sed debebat quinque quando baronia erat integra. — Heres de Petræ
Villa tenet inde octavam partem unius feodi. — Guillelmus Paganellus tenet inde terciam
partem unius feodi apud Treauvillam. — Item dominus Ricardus de Harecort tenet resi-
duum illius feodi in dominico suo. — Auvers cum pertinenciis facit servicium unius militis.
— Guillelmus Pinel tenet inde quartam partem unius feodi. — Ricardus de Tallepié tenet
F inde octavam partem unius feodi. — Guillelmus[8] de Joganvilla tenet inde octavam partem unius
feodi. Item alia medietas hujus feodi sedet in vavassoribus in diversis locis. — Willelmus
de Joganvilla, Gaufridus de Buesevilla, Manasser de Cosances, Philippus de Bello Monte et
vavassores tenent inde unum feodum. — Sanctus Salvator, de dominicis, facit unum feodum,
de quo Guillelmus Pagan[ell]us habet Heinevillam et Treauvillam, et exinde debet de ser-
G vicio suo juxta tenementum suum[9].

4. *Feoda Ricardi de Vernone.*

Ricardus de Vernon tenet baroniam de Nealhou de domino rege per servicium quinque
militum. — Guillelmus de Reviers tenet inde duo feoda et dimidium. — Guillelmus de Wa-
villa[10] tenet inde feodum unius militis[11]. — Guillelmus Roges tenet inde dimidium feodum
H loricæ apud Evrarvillam et Osmonvillam. — Guillelmus de Wac tenet inde dimidium
unius militis. — Herbertus de Morevilla tenet inde sextam partem unius feodi apud Mo-
revillam. — Dominus rex tenet inde per eschaetam sextam partem unius feodi apud More-
villam. — Lucia filia Ricardi de Kesnaio tenet inde sextam partem unius feodi apud Kesnaium.
— Guillelmus de Saucaio tenet inde sextam partem unius feodi apud Colevillam[12]. — Ro-
I bertus Andegavensis tenet inde sextam partem unius feodi apud Runevillam[13]. — Guillelmus
de Uxi tenet inde dimidium feodum apud Bonam Villam. — Guillelmus de Argentiis tenet
inde dimidium feodum apud Orlende. — Gaufridus de Vatone[14] tenet inde octavam partem
unius feodi, de maritagio uxoris suæ, apud Audovillam.

5. *Feoda Willelmi de Humeto.*

K Guillelmus de Humeto, constabularius Normanniæ, tenet de domino rege honorem de
Humeto per servicium quinque militum, et habet de eadem baronia viginti duo feoda mi-
litum ad servicium suum proprium, quæ reperiunt istos quinque milites, quando opus est[15],
ad servicium domini regis. — Item idem constabularius Normanniæ debet domino regi,
de honore de Rumilli, servicium duorum militum et dimidii, quod Engerranus de Humeto
L facit domino regi per manum constabularii, antenati sui. — Guillelmus Grimaut tenet inde
septimam partem unius feodi apud Marregni. — Engerranus de Campo Rotundo tenet inde
feodum unius militis apud Loreium et Campum Rotundum et Altevillam[16]. — Guillelmus

[1] *C* Harecurt.
[2] *C* Cast. Gavreii.
[3] *C* Evricort, *minus recte. Hodie* le Vrétot, Manche.
[4] *C* Nulli.
[5] *C* Gotranvilla.
[6] *E et F* Karetot.
[7] *C* honorem.
[8] *Hæc clausula in E et F desideratur.*
[9] *C* juxta quantitatem tenementi sui.
[10] *E et F* Varavilla.
[11] *C addit* in Constantino et Baiocesino.
[12] *C* Galevillam. *Conjicimus legendum* Golevillam.
[13] *E et F* Bunevillam.
[14] *C* Gathone.
[15] *Voces* quando opus est *desunt in C.*
[16] *E et F* et alibi.

de Bobon[1] tenet inde feodum unius militis. — Renaut de Tot tenet inde feodum unius A militis. — Rollant de Monte Forti tenet inde tertiam partem unius feodi sicut de antenato suo. — Hugo de Girartot tenet inde feodum unius militis. — Guillelmus Maucovenant tenet inde terciam partem unius feodi.

6. *Feoda abbatis de Monte.*

Abbas Montis[2] debet domino regi servicium trium militum de hoc quod tenetur de illo B in Constantino. — Fulco Paganellus tenet de illo Briquevillam et Annovillam[3] per servicium unius militis. — Dominus Muscæ debet servicium unius militis de hoc quod tenet de abbate apud Mesnil Droconis et Sanctum Ursinum. — Thomas de Bosco tenet de eodem abbate feodum unius militis, cujus feodi membrum est Croen, quod tenet Fulco Paganel. Et de eodem feodo tenent Nicholaus de Verdun et Fulco de Gastegni. C

7. *Feoda Fulconis Paganelli.*

Fulco Paganel debet domino regi servicium unius militis[4] de feodo Orvillæ et Mesnil Roges. Hoc autem quod ipse habet in Briquevilla, Annovilla et Tornevilla et Lengrone[5] tenet de abbate Montis, per servicium unius militis quod facit domino regi per submonitionem abbatis. — Haiam Paganel, cum omnibus membris suis, tenet de domino rege per D servicium unius militis, de quo ipse habet dimidium feodum militis ad custodiam castri sui in Constanciis. — Hambeiam et Brehal tenet de domino rege, et in illis non percipit rex aliquid nisi graveriam suam. — Item tenet Croen de abbate Montis per membrum loricæ, sed nescit quale, quia, quando dominus rex accipit centum solidos pro auxilio exercitus, ipse non reddit de Croen nisi quindecim solidos. — Item tenet de constabulario Normanniæ E dimidium feodum loricæ apud Poterel et Lingrevillam, de maritagio uxoris suæ, unde non respondet nisi dicto constabulario. — Guillelmus Paganel tenet Perciacum de domino rege per servicium unius militis. — Galfridus Farsi et Galfridus Rossel tenent inde feodum de Montabol[6]. — Gaufridus Farsi tenet inde unum feodum apud Mesnil Seran. — Robertus de Vilers tenet inde feodum quod habet apud Malpertuis. — Guillelmus Patric F tenet inde hoc quod habet apud Montem Fiket. — Hugo le Danés et participes sui tenent inde feodum de Fulco Hamundo[7]. — Idem Hugo tenet inde feodum suum de Cava Fraxino. — Willelmus de Vallibus tenet inde feodum de Monte Kentin. — Guillelmus de Monte Acuto tenet inde hoc quod habet apud Orbam Haiam. — Radulphus de Perci tenet inde feodum de Segné. Guillelmus de Segni tenet feodum de Kesneio. — Hugo Teillart G et Fulco Sevart, feodum Manseleriæ. — Johannes de Vatone tenet inde feudum de Mesnil Alon. — Jacobus Brito et Hugo Tellart et Fulco Sevart[8] tenent inde feodum suum. — Omnes isti tenent de Willelmo Paganello, de feodo de Perci, per membrun loricæ.

8. *Feoda dominæ de Meautiz.*

Domina de Meautiz[9] tenet de domino Carentonii feodum de Meautiz per servicium H duorum militum faciendum apud Sanctam Scolasticam per manum domini Karentonii, quando guerra est inter regem et ducem, et reddet inde domino Karentonii x libras, II solidis minus, pro auxilio tercii anni.

9. Honor Plesseti, quem dominus rex tenet in manu sua per eschaetam, debet domino regi servicium quatuor militum. — Ricardus de Monasteriis tenet inde feodum unius mi- I litis apud Monasteria et alibi. — Galterus de Sanctæ Mariæ Ecclesia et participes sui tenent inde feodum unius militis apud Fierevillam. — Guillelmus de Montigni tenet inde feodum unius militis apud Asnevillam. — Robertus de Spissa[10] tenet inde feodum unius militis apud Spissam et Gorges et alibi.

10. *Feoda honoris de Lutheare.* K

Honor Luthearæ, quem dominus rex tenet in manu sua per eschaetam, debet domino regi servicium duorum militum et dimidii. — Ricardus de Vauvilla tenet inde feodum unius militis. — Ricardus de Monasteriis tenet inde feodum unius militis. — Robertus Tallefer tenet inde feodum unius militis. — Ricardus de Sancto Germano tenet inde feodum unius militis apud Nae[11]. — Gaufridus de Rotor[12] tenet inde feodum de Rotor per servicium unius L militis.

11. Guillelmus Roges tenet de Guillermo de Vauvilla, de feodo isto, unum feodum loricæ. — Guillelmus Faber[13] tenet de domino Ansgovillæ, de feodo Novi Burgi, quartam

[1] *C* Rohan.
[2] *C* Montis Sancti Michaelis de Periculo maris.
[3] *E et F* Avirunvillam.
[4] *C* regi unum militem ad servicium suum de feodo Orvillæ.
[5] *C* Ingronia.
[6] *Hæc clausula deest in E et F.*
[7] *C* Hamonde.
[8] *C* Huart.
[9] Mathildis, *ut conjicimus.*
[10] *C* L'Espoisse.
[11] *E et F* Naz.
[12] *E et F* Rotoz.
[13] *C* Foquet.

A partem unius feodi apud Morfavillam. — Guillelmus de Pratellis tenet feodum de Monte
Acuto de comite Roberto[a], de maritagio uxoris suæ, per servicium duorum militum, de
quo servicio non respondet nisi dicto comiti. — Galterus de Sanctæ Mariæ Ecclesia et
Thomas de la Fière tenent inde feodum unius militis. — Johannes de Asnevilla tenet inde
feodum unius militis apud Brolium et Asnevillam. — Fulco de Coumendal tenet inde oc-
B tavam partem unius feodi apud Commendal. — Henricus de Abouvilla tenet inde duode-
cimam partem unius feodi militis apud Ouvillam. — Gaufridus de Bosevilla tenet quintam
partem unius feodi de episcopo Baiocensi apud Kernevillam, unde facit servicium per
manum G. de Agneaus, antenati sui.

12. Carentonium, quod tenet dominus rex per eschaetam, debet domino regi servicium
C duorum militum et dimidii. — Mathæus de Malliaco tenet inde feodum unius militis apud
Piquauvillam et alibi, de dono domini regis. — Robertus de Buesevilla tenet inde quartam
partem unius feodi. — Henricus de Buesevilla tenet inde dimidium feodum militis. — En-
geugier de Varrevilla tenet inde quartam partem unius feodi. — Bartholomæus le Bigot
tenet de domino Mathæo de Malli, de feodo quod fuit Balduini Vac, quindecimam partem
D unius feodi apud Greinvillam. — Robertus de Corci tenet in Constantino Kinevillam, quæ
est de baronia de Corci, unde ipse respondet per Petrum de Tilleio, in cujus ballia caput
baroniæ est. — Rogerus de Goganvilla[1] tenet de eodem octavam partem unius feodi apud
Goganvillam. — Ricardus de Asevilla tenet de eodem octavam partem unius feodi apud
Asevillam. — Petrus de Humeto tenet de feodo Radulfi Tesson apud Buschervillam cum
E pertinenciis quartam partem unius feodi. — Item[2] tenet de feodo comitis Cestriæ Cloe cum
pertinentiis per quartam partem unius feodi. — Item tenet de Constanciensi episcopo
quintam partem unius feodi apud Sanctum Laudum et Corfalor. — Item tenet de feodo co-
mitis d'Arundel quartam partem unius feodi apud Mannevillam[3] et Marchesies. — Item
tenet de Roberto de Corci tres partes dimidii feodi loricæ apud Varengeriam cum perti-
F nentiis. — Guillelmus de Argentiis tenet de domino rege quartam partem feodi unius mi-
litis apud Orlonde, quod fuit quondam de honore de Plesseiz. — Domina Quesnaii tenet
Quesnaium de domino rege per servicium unius militis, sed duodecima pars illius feodi est
in insulis[4].

13. Kartrait, quam dominus rex tenet in manu sua per eschaetam, debet servicium
G unius militis. — Feodum de Buhon, quod rex tenet in manu sua per eschaetam, debet
servicium unius militis[5]. — Feodum de Moion, quod dominus rex tenet in manu sua per
eschaetam, debet domino regi servicium quinque militum, quorum duo et dimidium sunt
in ballia Constantiensi et duo et dimidium in ballia Baiocensi. — Robertus de Haia tenet
inde[6] duo feoda militum ad servicium de Moion apud Bellum Coriletum et Vilebaudon.
H — Ricardus de Fonteneto tenet inde feodum unius militis apud Fontel[7]. — Feodum Ma-
thæi de Hermanvilla, quod rex tenet per eschaetam, debet servicium militis apud Moion.
— Robertus filius Fulconis debet servicium unius militis apud Moion, cujus quædam pars
est in dominico domini regis, et residuum tenet Henricus de Cerences[8]. — Robertus de
Briquevilla tenet inde Alnum per servicium unius militis apud Moion. — Robertus filius
J Fulconis tenet inde feodum unius militis apud Moion ad servicium ejusdem castri. —
Gaufridus de Mesnil Radulfi tenet ibidem dimidium feodum ad servicium de Moion. —
est homo ligius domini regis de hoc quod Lancedis de Sancto Verano tenet de eo ad Es-
corci, et de eo quod Robertus de Varennis tenet de eo apud Escorci, et de eo quod An-
sellus de Guibevilla tenet de eo apud Escorci, et de hoc quod Herveus de Brueriis habet
apud Bonam Villam[1], et de hoc quod Paganus Tassiaus tenet de eo apud.....[2], et de eo C
quod Hugo Corcous[3] tenet de eo, [et de hoc] quod Landricus Major tenet de eo, et de
hoc quod Radulfus Botials[4] tenet de eo apud Ver Parvum, et de hoc quod Sevinus de
Stampis Vetulis tenet de eo, et de hoc quod Philippus de Turre de eo tenet apud Montem
Lethericum; et debet custodiam duorum mensium apud Montem Lethericum.

303. Johannes Cornez debet custodiam II mensium apud Montem Lethericum pro feodo D
Vallis Latronis. — Hugo de Sancto Yonio est homo ligius regis de Sancto Yonio, et debet
custodiam II mensium ad Montem Lethericum pro fortitudine Sancti Yonii. — Ursio de
Duison debet custodiam II mensium ad Montem Lethericum pro terra de Serni. — Ar-
raudus de Chesnaio debet custodiam II mensium ad Montem Lethericum pro terra de Fa-
veriis, et est homo regis de hoc quod habet in nemoribus Beatæ Mariæ apud Dordanum, E
et de hoc quod habet in nemoribus de Richervilla, et de hoc quod Garsil[ius] de Dordano
habet apud Roenvillam. — Galterus Nanters est homo regis, et debet custodiam II mensium
ad Montem Lethericum de hoc quod tenet ad Berlanviller. — Gaufridus de Balleolo debet
custodiam II mensium pro terra de Balleolo. — Galterus de Limoiis est homo regis, et
debet custodiam II mensium apud Montem Lethericum pro terra de Limoiis. F

304. Tioinus de Forgiis est homo ligius regis pro terra de Forges et pro terra de Ver,
et de hoc quod Martha tenet de eo, et debet custodiam II mensium apud Montem Lethe-
ricum. — Bochardus de Fonteneio est homo ligius regis pro terra de Fonteneio et pro
terra de Bona Villa, et debet custodiam II mensium ad Montem Lethericum. — Petrus[5]
de Munellis debet custodiam II mensium ad Montem Lethericum de terra de Igni. — G
Yvellacius est homo ligius regis de hoc quod habet ad Biesvre et de Balneolis et de feodo
et dominio, et de hoc quod Gilo Pilutus tenet de eo ad Allodium, et debet custodiam
II mensium ad Montem Lethericum. — Stephanus Mala Terra est homo regis, et debet cus-
todiam II mensium ad Montem Lethericum pro terra de Palesiaco et de domo sua quæ est
apud Montem Lethericum. — Robertus de Repanti debet custodiam II mensium ad Montem H
Lethericum pro terra de Villa Feur. — Symon Rufus Datus debet custodiam II mensium
ad Montem Lethericum ad vim et adjutorium domini regis, et griagium de Sequigni ad
calefaciendum.

305. Philippus de Atheiis debet custodiam II mensium ad Montem Lethericum ad for-
titudinem castri. — Teobaldus Rufus est homo ligius regis de hoc quod habet apud Gra- J
vegni et apud Basiliacum, et de hoc quod Renaldus Aculeus et Fulco de Leirs tenent de
eo, et debet custodiam duorum mensium ad Montem Lethericum. — Fulco de Leirs est
homo regis, et debet exercitum et equitationem pro Judæis et de molendinis castrorum,
et debet custodiam II mensium ad Montem Lethericum. — Gaufridus de Villa Bona debet
custodiam II mensium ad Montem Lethericum pro terra de Villa Bona. — Albertus de K
Mesio debet custodiam II mensium ad Montem Lethericum pro terra de Villa Moisson. —
Guido de Valle Grinosa est homo ligius regis de hoc quod habet apud Montem Lethericum
et de terra communi de Boissiaco, et de hoc quod habet ad Salices, excepto feodo quod
tenet de Johanne de Maciaco, et de nemore de Sequigni, et de hoc quod habet in parro-
chia Longi Pontis, et de feodo quod Bochardus, ejus frater, tenet de eo apud Britignia- L
cum[6], et de Macheri et de Castenereia et de Villa Bona, et tenet de domino rege XX feoda
militum et eo amplius, et debet stationem ad Montem Lethericum.

306. Odelina de Nucerio est vavassoria regis de feodo quod Philippus de Moressart te-
net de ea apud Bossiacum, et debet custodiam II mensium ad Montem Lethericum. — Hece-
linus de Linaiis est homo ligius regis de hoc quod habet apud Linaias, et debet custodiam M
II mensium ad Montem Lethericum pro terra quam Renaldus de Corbolio tenet de eo ad

[1] *F* Villam bonam.

[2] *Hic unum vocem omisisse videtur amanuensis qui regestum C descripsit. In regestis E et F vocis omissæ locus vacuus est.*

[3] *F* Corcus.

[4] *F* Bonciax.

[5] *Voces* Petrus de M. — M. Lethericum *in cod. F omissæ.*

[6] *E et F* Brigtiniacum

A Montem Lethericum. — Thomas Bibens[1] est homo ligius regis de Vado Petroso et de Nemore Lucenti, et de hoc quod Galterus Nantiers tenet de eo apud Gressillum, et de hoc quod Guarinus habet apud Villers et ad Vadum Petrosum, et de feodo d'Eschereum, et debet stationem ad Montem Lethericum. — Robertus de Rubeo Monte debet exercitum et equitationem propter debita Judæorum. — Guido de Vallibus est homo ligius regis de hoc
B quod habet apud Vaus, et de hoc quod habet apud Vilemoisson et ad Morcant[2], et de hoc quod Johannes habet apud Villam Moisson, tam de feodo quam de domanio, et de viaria Sancti Germani, et debet stacionem ad Montem Lethericum.

307. Lisiardus de Chevanvilla debet custodiam II mensium ad Montem Lethericum et exercitum et equitacionem, de domo sua quam habet ad Montem Lethericum. — Radulfus
C miles de Gornaio tenet Villare super Nooreium de rege. — Galterus miles de Lardi est homo ligius regis de eo quod habet apud Lardi, et de duobus dimidiis molendinis, et debet custodiam II mensium apud Montem Lethericum, et illud dicit se tenere de Guillelmo de Barris. — Renaldus de Savigniaco debet II menses custodiæ pro terra Stephani de Britigniaco, et II menses pro terra Droconis de Savigniaco.

D 308. Paleseolum et quicquid est apud Fresnes, excepto feodo comitis Roberti, est de castellania Montis Letherici. Extortum autem fuit ab eadem castellania tempore Philippi de Livies[3] et adjudicatum præpositurae Parisiensi. — Plesseium Comitis Roberti[4] Radulfi et Grigniacum sunt de castellania Montis Letherici, sed extracta sunt ab eadem castellania, et adjudicant sibi præpositi Corbolii, et factum fuit istud tempore Johannis de Corbolio. —
E Bones, Torfol, Malus Campus, Brichia et Faveriæ sunt de castellania Montis Letherici, quas adjudicant sibi præpositi Stampenses. Similiter de eadem castellania est Sanctus Chiron. Hoc factum est tempore Hugonis de Gravella. Testibus Guidone de Valle Grinosa, Guillelmo filio ejus, Hugone de Valle Grinosa, Nicholao de Chevanvilla, Fulcone de Lers, Hugone de Buxi, Renaldo Carnifice, Simone Tiboldo, Bertranno Griario, Guiardo Ro-
F selli, Willelmo Mulier[5] astantibus.

309. Guido de Alneto est homo regis de eo quod habet apud Ver Magnum et de quatuor[6]......., quæ milites tenent de eo apud Dordanum, et debet custodiam II mensium apud Montem Lethericum. — Guido de Parisius est homo ligius regis de firmitate Palesioli et pro firmitate de Orceio. — Hugo de Val Grinose est homo regis de eo quod habet
G apud Fous, et de quinque solidis et IIII^or denariis censualibus quos habet apud Montem Letherici, et de domo sua quæ est apud Montem Letherici, et debet stacionem ibidem. — Galterus de Lardi est homo ligius regis de eo quod habet apud Lardi, et de duobus dimidiis molendinis quæ sunt ibidem, et debet custodiam II mensium apud Montem Lethericum. — Guillelmus Cuichevit de quarterio nemoris de Mastins est homo[7], et debet
H custodiam II mensium apud Montem Lethericum. — Robertus de Varennis est homo ligius de hoc quod habet apud Grootel et apud Petram Omesiam, et de feodo quod habet ad Salices, et de eo quod habet apud Firmitatem, et de hoc quod Garinus, avunculus ejus, habet apud Bonnas, et de terra carrucæ quæ est apud Retolu, et de nemore de Garii, et de domo de Feritate quæ est Fauque, et debet custodiam II mensium ad Montem Le-
J thericum. — Thomas de Brueriis est homo ligius regis de hoc quod habet apud Bruerias et de castellania Bruerarum et de sua parte. — Sedilia de Brueriis est vavassoria regis de terra de Mesnil, et debet custodiam II mensium apud Montem Lethericum.

310. Thomas Mathue debet exercitum et equitacionem pro tribus arpennis pratorum quæ sunt apud Alnetum et de domo Brueriarum, et ideo fuit quitus de debito Judæorum.
K — Hugo de Bastons est homo ligius regis de censiva Veris[8] Grandis et de uno feodo. — Thomas de Mota est homo ligius regis pro quitacione jacendi de castris, et de hoc quod Garinus de Malo Foramine tenet de eo, et pro domo Montis Letherici, ubi debet stationem. — Milo de Alneto est homo regis de molendino de Buisson, et de eo quod frater ejus tenet de eo apud Fontenellas, et debet custodiam II mensium apud Montem Letherici. —
L Henricus de Doleinvilla est homo regis de hoc quod Arnulphus Gascongne tenet de eo apud Lardi. — Ansoldus de Coldreio est homo ligius regis de Coldreio et de Valle Grignose et Limoes, excepto atrio, et de Mulerum, et de eo quod Ansellus de Cheteinvilla tenet de eo, et de hoc quod Sedilia tenet de eo, et de Sancto Teorio, et debet stacionem apud Montem Lethericum. — Girbertus de Turre debet exercitum et equitationem pro
M domo sua de Monte Letherico, et ibidem[9] debet custodiam II mensium. — Bartholomæus

[1] *Vox* Bibens *deest in F.*
[2] *F* Morcatum.
[3] *Ante annum 1204 mortui, teste A. Moutié*, Cartul. de l'abbaye de Notre-Dame de la Roche, p. 318.
[4] *Vox* Roberti *expungenda videtur.*
[5] *F* Muber. *adjecta compendii nota.*
[6] *Locus vacuus in E et F.*
[7] *Voces* est homo *desunt in C.*
[8] *C* Veri.
[9] *Vox* ibidem *deest in E et F.*

est homo regis de medietate de Dampetra, et de hoc quod habet apud Sanctum Albinum, A
et debet custodiam II mensium apud Montem Lethericum.

311. Teobaldus Cocherel est homo regis de domo Montis Letherici, et debet custo-
diam II mensium ibidem, et exercitum et equitationem pro debito Judæorum. — Guil-
lelmus de Orceio est homo ligius regis de quocumque tenet apud Orceium, tam feodum
quam domanium, et de eo quod Thomas tenet de eo apud Estrichi et apud Villam Novam B
et apud Vivarios, et de eo quod Aales de Brueriis tenet de eo apud Orceium et Vilehier,
et de eo quod Guillermus Biherons tenet de eo apud Viviers et apud Villehier, et de eo
quod Henricus de Berchenviller tenet de eo apud Orceium et in granchia monachorum de
Vaus, et de hoc quod Hungerus Rossellus tenet de eo apud Orceium et in Valle, et de eo
quod Boscardus, frater ejus, tenet de eo apud Orceium et apud Maudestor, et debet cus- C
todiam II mensium apud Montem Lethericum. — Odo de Valgregnose est homo regis de
domo sua de Monte Letherici, et ibidem debet custodiam II mensium, et debet exercitum
et equitationem. — Henricus de Leudevilla est homo regis de hoc quod Galterus Corcons
tenet de eo apud Braolium, et debet custodiam II mensium apud Montem Lethericum. —
Guido de Boolun est homo regis de terra de Frecoe, et de hoc quod Robertus de Vilevant D
tenet de eo, et de hoc quod Thomas Bibens habet apud Buisson, et Simon de Nemore, et
debet stacionem ad Montem Lethericum. — Robertus de Logiis ante Ruppem Fortem
est homo ligius regis de Logiis de feodo et dominio, et debet apud Montem Lethericum
custodiam II mensium. — Guillelmus Pastillus est homo ligius regis de hoc quod habet
apud Montem Lethericum, et de hoc quod habet apud Sequigniacum, et debet stationem, E
et de hoc quod Guido de Valgregnose tenet de eo apud Boissi. — Ansoldus de Villari
debet custodiam II mensium apud Montem Lethericum de sua domo de Monte Letherico,
et debet exercitum et equitacionem. — Aupes de Viriaco debet custodiam II mensium de
terra de Viriaco. — Renaldus de Savigni debet custodiam IIII^or mensium, pro terra Ste-
phani de Britigni II menses, et pro terra Drogonis de Savigni duos. — Borez de Lardi F
debet custodiam duorum mensium de hoc quod habet de Renaudo Escharaz, et insuper
exercitum et equitacionem.

312. Balduinus de Sancto Verano debet exercitum et equitacionem et stacionem de
hoc quod tenet a rege. — Rogerus Sine Nappis de Sancto Cyriaco est homo regis de me-
dietate Logiarum ante Ruppem Fortem, et de molendino de Levenpont, et de nemo[re][1] G
de Mastins, et de hoc quod Garsilius de Stampis tenet[2] de eo et de hoc quod Nicholaus
Tadez tenet de eo, et de hoc debet custodiam II mensium apud Montem Lethericum.

Hæc sunt nomina militum quorum sacramento istud scriptum factum[3] fuit et firmatum :
Guido de Valgregnose, Bocardus frater ejus, Galterus[4] Pooz, Guido de Alneto, Bencelinus
de Lunvilla, Hugo de Valgregnose, Guillelmus de Valgregnose, Thomas Caro Macra, H
Thoma de Mota, Hugo de Bastons, Robertus Quartier, Guido de Vaus.

313[5]. Hæc sunt nomina illorum quorum sacramento factum fuit hoc scriptum : Renaudus
Carnifex, Azo Gauterez, Ricardus de Castanaio, Arnulfus de Solario, Simon Teboldi, Ste-
phanus li Gasteler, Jocelinus de Porta, Bertrannus le Grier, Guillelmus de Trapis, Johannes
de Breteigni, Milo de Caprosa, Guido li Ferrons, Guillelmus de Villabon, Herbertus Goes. I

Isti omnes dixerunt quod tempore Hugonis de Gravella diminuta fuit castellania Montis
Letherici ex parte Stamparum de eo quod Ferricus de Duison habet apud Bosnes, unde
debebat custodiam apud Montem Letherici, et de villa Mali Campi et de villa de la Briche
et de Faveriis et de Villa Comportata et de eo quod Galterus Oliverii habet apud Larzi, et
ex parte Corbolii Grigniacum et Plesseium Comitis Radulfi, et ex parte Parisius Palesolium K
et Champlant. — Præterea dixerunt quod, quicunque interfectus fuerit violenter et ne-
quiter infra castellaniam Montis Letherici, inde est forifactum et justicia domini regis. Item
Petrus de Castris commutavit vel emit ab Anselmo de Cheteinvilla tercium justiciæ viariæ
de Castris quod est de feodo regis. Idem etiam Petrus recipit pedagium apud Castra, quod
debet esse domini regis, quod pater ejus nunquam recepit. Item dixerunt et conqueruntur L
quod, quando homines Montis Letherici coquebant ad furnos Guidonis de Valle Grinosa,
ipsi solebant reddere pro quolibet sextario vel coctione duos tortellos qui fiebant de uno
pane; nunc petunt heredes ejusdem Guidonis de quolibet sextario vel coctione duos panes,
et heredes illius Guidonis prohibent ne aliquis faciat de uno sextario ultra XXX panes. Item
talemerarii Montis Letherici conqueruntur quod, cum prædictus Guido de Valgrenose et M
heredes ejus soleant quærere forniliam ad furnos calefaciendos, nunc heredes ejusdem,

[1] *F* de treino de Mastisiensi.
[2] *Voces* tenet de eo et de h. q. N. T. tenet *desiderantur in E et F.*
[3] *Vox* factum *deest in E et F.*
[4] *C* Galfridus.
[5] *Hanc inquisitionem, qua completur caput ad feoda castellaniæ Montis Letherici spectans, damus e regestis C fol. 143 v°, D fol. 185 v°, E fol. 273 v° et F fol. 232 v°.*

A Guidonis compellunt ipsos talemerarios ad forniliam quærendam. Item dicti homines con-
queruntur quod chemini Montis Letherici sunt strictiores quam esse solebant ex parte
Sancti Lazari.

XV. [FEODA GUILLELMI DE SILLI.]

B 314[1]. *Feoda quæ Guillelmus de Silli tenet de domino rege in castellania Firmitatis.*
Ipse tenet VI modios tam bladi quam avenæ in tensamentis inter Ourc et Savière, et
XXXIIII gallinas, et XXXIIII panes, et X solidos II denariis minus nigellorum census. Item ipse
tenet XXII sextaria bladi et VIII sextaria avenæ ad molendinum de Traine, de feodo Petri
Frutarii[2], et tenet Silliacum tam in boscis quam in planis, tam in feodis quam in domaniis,
C cum omnibus pertinentiis, de domino rege. Ipse vero vendidit Petro Tristan, de feodo
Feritatis, totam justiciam quam habebat inter Ourc et Savière, tam in planis quam in boscis,
et in villis et in omnibus locis, excepta justicia corporis molendini de Troine, quam re-
tinet dictus Willelmus ad opus suum. Vendidit etiam dicto Petro circa IIII^or arpennos prati
quæ habebat prope molendinum comitis, et dominus rex concedit eidem Petro ut ea te-
D neat cum alio feodo suo de domino rege.
315. Mons Corneti et Meins Loez, Doys, Rosetum cum castellania sua sunt de feodo
domini regis.

XVI. [COMITATUS BELLI MONTIS.]

316[3]. *Hæc sunt nomina eorum qui tenent feoda in comitatu Belli Montis*[4].
Guillelmus de Bleencurt. — Guillelmus de Vallibus. — Hugo de Wagnonru. — Phi-
E lippus de Fresnai. — Johannes de Tria. — Odo de Ronqueroles. — Johannes de Borriz.
— Hugo de Pomponia. — Walters de Marines. — Guillelmus de Leumeisons[5]. — Godoi-
nus de Sancta Genovefa. — Ren. de la Boce. — Petrus Hidex. — Guillelmus deu Fai. —
Galters li Rous. — Robertus deu Marois. — Th. d'Autrevoisin. — Margareta de Bruires. —
Adam de Campaniis. — Petrus de Croi. — Robertus de Buschoi. — Ren. de Estrée[6]. —
F Simon Degener. — Bernerus de Sancto Lupo. — Acho de Bruieriis. — Hugo de Boviller.
— Guillelmus Bohadras[7]. — Simon de Pissiaco. — Adam clericus de Baterna. — Phi-
lippus de Faiel. — Radulphus de Plesseicio. — Robertus de Gondecort. — Th. de Rou-
leval. — Hugo de Mortuo Fonte. — Girardus de Cergiaco. — Droco de Lardières. —
Galterus de Leumeisons. — Th. de Andevilla. — Ivo de Hondencort. — Adam Choisiaus.
G — Filius Pagani Mauclavel. — Guillelmus de Thorote. — Gauters de Thorote. — Radul-
phus de Francorvilla[8]. — Girardus de Deloge. — Radulphus de Lardières. — Petrus de
Balleul. — Th. Bocardus de Balluel. — Girardus de Val Angeujart. — Ansellus de Insula.
— Ren. Toellez. — Morellus de Hodanc. — Petrus de Fouqueroles. — Guillelmus Theu-
tonicus. — Johannes de Fresneio. — Galterus de Mesnillio. — Bartholomæus de Brueriis.
H — Richier[9] de Borranc. — Petrus de Mariscis. — Johannes de Assi. — Adam de Ja-
veruel. — Simon de Bosco. — Anquetinus de Asneriis. — Thomas de Mor. — Thomas
de Noistel. — Guillelmus de Beelai. — Mathæus de l'Ileste. — Agnes de Ateignevilla. —
Guillelmus Batel. — Robertus Malus Vicinus. — Filius Gautier Tirelli. — Hugo de Con-
flans. — Henricus de Palesellis. — Droco de Meri. — Radulfus de Buri. — Angonus de
J Conceignicort. — Galterus de Flavacurt[10]. — Adam li Chauloiers[11]. — Gervasius Tristanus.
— Th. de Maldestor. — Robertus de Fresnes. — Droco de Moi. — Adam de Villers. —
Petrus Hideus de Chambliaco[12]. — Galterus deu Pereer. — Robertus de Pommereus. —
Th.[13] de Sangi. — Johannes filius Th.[14] — Mathæus de Tria.
317. Th. de Outrevoisin est homo ligius domini regis, et tenet de eo Outrevoisin cum
K omnibus pertinenciis, et id quod habet apud Hemeucurt et apud Montegniacum, et id
quod Petrus Hideux tenet de eo apud Chambliacum et apud Maenecurt. — Bartholomæus
de Bruires est homo ligius, et tenet de domino rege quicquid habet apud Chambliacum,
et feodum et domanium, et XL jornalia tam terræ quam vineæ apud Bruerias, et quicquid
Henricus de Palai tenet de eo, et hominagium, filium Henrici de Monasterio apud Baer-
L num, et id quod Geudoinus de Sancta Genovefa tenet de ipso. — Petrus Hidex, homo li-

[1] *Hoc caput secunda manu in regesto E exaratum est.*
[2] *E et F* Frut. *adjecta compendii nota.*
[3] *Quæ sequuntur* (§ 316-342) *in codice E serius nec una manu adjecta sunt.*
[4] *Hunc indicem typis mandavit Ludovicus Douet d'Arcq* (Recherches sur les anciens comtes de Beaumont-sur-Oise, p. 222).
[5] *F* Leurmesons.
[6] *F* l'Estrée.
[7] *F* Poadras.
[8] *F* Francovilla.
[9] *Ita F. E* Rich. *adjecta compendii nota.*
[10] *F* Flaancort.
[11] *F* li Chevaliers.
[12] *Loco* Petri Hideus de Ch. *in E priore manu annotatum fuerat hoc nomen :* Balduinus de Bello Videre.
[13] *F* Thomas.
[14] *F* filius Thomæ.

gius de feodo Balduini de Bello Videre quod habebat idem Balduinus in vicecomitatu Belli A
Montis, scilicet de XXX^ta libratis terræ quas habebat in pedagio pontis Belli Montis.

XVII. [ANNOTATIONES DE VARIIS FEODIS, QUARUM PLERÆQUE TEMPORE LUDOVICI IX REGIIS REGESTIS INSERTÆ SUNT.]

318. Castra quæ Aimarus de Poitiex tenet de domino rege : Chalankon, Castrum No-
vum, Vernom, Rokemoiere, Noneriæ, Sanctus Julianus, la Torrete, Pierregorde; et con- B
tentio est de duobus istis, videlicet Volta, Bays, utrum sunt de regno vel de imperio.

319. Haimericus de Rochechoart fecit hominagium ligium de Rochechoart et baronia,
et juravit se redditurum domino regi et heredibus suis [forterieiam] de Rochechoart, et
omnes alias fortericias suas, ad magnam vim et parvam.

320. Eraclius de Monte Lauro[1] fecit hominagium ligium domino regi contra omnes ho- C
mines, et recognovit se tenere de domino rege castrum de Monte Boneto et castrum d'Agrein
et castrum de Roca Forti et castrum de Mirmanda et castrum de Vabres et castrum de
Monte Eiros. Hæc castra juravit reddenda ad magnam vim et parvam domino regi et he-
redibus suis, quotiens inde ex parte domini regis fuerit requisitus; et si dominus rex pote-
rit inquirere quod dictus Eraclius teneat alia de ipso, de illis faciet hominagium et securi- D
tatem sicut de prædictis. Idem etiam Eraclius dicit se tenere de comite Tholosæ castrum de
Albenas et castrum Sancti Laurentii et castrum de Wissellis; nec ad diem qua fecit homi-
nagium domino regi Ludovico apud Sanctum Germanum in Laya, die Martis proxima.....[2],
anno Domini M° CC° XX° VI°, receperat dicta tria castra ab episcopo Podiensi, nec ab ali-
quo alio, nec exinde fecerat hominagium alicui alii. — Post modum idem Eraclius recepit E
castrum de Albenas et castrum Sancti Laurentii et castrum de Wissel de domino rege, et
juravit reddenda sibi et heredibus suis ad magnam vim et parvam, et hoc factum fuit in
obsidione Avinionis.

321[3]. Dominus rex habet de comitatu Pertici, pro rachato suo et dono suo et juribus
suis, Mauritaniam cum pertinenciis, et Corbonesium cum pertinenciis, et Belesmum et Be- F
lesmesium, excepto Tilio et pertinenciis Tilii et Manvis cum pertinenciis.

[a] 11 Nov. 1234. 322. Ipsa die beati Martini hiemalis[a] recognicioni quam fecit regina Cipri[4] coram domino
rege et domina regina apud Parisius, de eo quod ipsa tenebat se pro pagata de quadraginta
mil[l]ibus libris turonensium, quas dominus rex ei solverat pro comite Campaniæ, et quod
ipsa volebat et concedebat emptionem illam quam dominus rex fecerat a comite Campaniæ G
de feodis Blesis, Carnoti, Castri Duni, Sacri Cæsaris et eorum pertinenciis, interfuerunt :
dominus Senonensis archiepiscopus Galterus, Ansellus Laudunensis et Ph. Cathalanensis
episcopi, dominus B[artholomæus] de Roya, Franciæ camerarius, Amauricus comes Montis
Fortis, Franciæ constabularius, Stephanus de Sacro Cæsaris, Johannes de Nigella, Adam et
Johannes de Bello Monte, Renaudus de Berona, Guillelmus Menerii, Gaufridus de Capella, H
Ph. de Monte Forti, fratres Templi, scilicet frater Haimardus, frater Gilo, frater Augulfus,
magister Johannes de Curia, dominus Gilo, canonicus Carnotensis[5], et plures alii milites,
clerici et servientes. Actum hoc anno Domini M° CC° XXX° quarto, die prædicta.

323. Uxor Gilonis de Fonte Summæ, femina domini regis, apud Bellum Montem, die
[b] 17 Jan. 1235. Mercurii post vicesimam diem Natalis[b] anno Domini M° CC° XXX° IIII°. I

Galterus de Vendulle, homo domini regis, de eo quod tenet apud Brai, in castellaria
Sancti Quintini[6].

324. Guido de Novilla, miles, homo domini regis, apud Parisius, circa Omnes Sanctos
[c] Circ. 1 Nov. 1242. anno XL secundo[c], de Novilla et pertinenciis in castellania Sancti Richeri.

Johannes de Paagio, scutifer, homo domini regis, de redditibus molendinorum Peronæ, K
apud Parisius, circa Omnes Sanctos anno XL secundo. In castellania Peronæ.

[d] 24 Jan. 1243. Apud Lorriacum, die Sabbati post festum sancti Vincentii[d], anno Domini M° CC° XLII°, fe-
cerunt homagia domino regi isti qui secuntur : Jordanus de Mala Vetula, Hermandus de
Boucagues, de ballivia Biterrensi[7]. — Petrus de la Grave, Petrus de Mirmon, Vagerius de
Mont Olif, in ballivia Carquasseii. L

[1] *Conf.* Catalogue des actes de Philippe-Auguste, p. 427, n. 1933.

[2] *Hic in codd. omissæ sunt nonnullæ voces.*

[3] *Hæc nota anno 1226 vel circ. adscribenda est, cum Perticensis comitatus hoc anno, post mortem Guillelmi, Cathalaunensis episcopi* (Gallia christ. IX, 884), *in regias manus devenerit. Conf.* Bry, Histoire des pays et comté du Perche et duché d'Alençon, p. 240.

[4] *Vide Aelidis reginæ litteras, a doctissimo Al. Teulet* (Layettes du Trésor des chartes, II, 277, n. 2322) *editas. Conf. d'Arbois de Jubainville,* Histoire des comtes de Champagne, V, 335 et 337, n. 2309 et 2316.

[5] *Is est, nisi fallimur, Gilo Cornutus, qui postea Senonensi Ecclesiæ præfuit.*

[6] *Ad quem annum referenda sit hæc annotatio incertam — Clausulæ ad uxorem Gilonis de Fonte Summæ et ad Galterum de Vendulle spectantes in regesto F desiderantur*

[7] *F* Bituricensi

A Johannes de Cantaing, miles, Johannes de Maris, Petrus de Escripigni, armigeri, homines domini regis, ad Candelosam[a], Parisius, anno XL secundo. [a] 2 Febr. 1243

Renaudus de Sancto Dionisio, miles, homo domini regis, apud Compendium, die Jovis post Brandones[b] anno XL secundo. In ballivia Viromandesii. [b] 5 Mart. 1243.

Relicta Balduini de Moy, femina domini regis, apud Noviomum, Sabbato ante mediam
B Quadragesimam[c] anno XL secundo, de ballo puerorum suorum. In castellania Sancti [c] 21 Mart. 1243
Quintini.

Renaudinus de Cinceni, homo domini regis, apud Noviomum, Sabbato ante mediam Quadragesimam. In castellania Chauniaci.

Vicecomes de Pois, homo domini regis, de feodo suo Villæ Novæ in Belvas[ino], in
C castellania Montis Desiderii, anno XL secundo, apud Pontisaram, in media Quadragesima[d]. [d] 22 Mart. 1243

Apud Pontisaram, in media Quadragesima, anno XL secundo, Gobinus de Torneoyson, homo domini regis, in castellania Ribemontis.

325. Balligorius, miles, de castellania Bituricensi, homo domini regis, apud Parisius,
D die Veneris post octavas Ascensionis[e], anno XL tercio. [e] 29 Maii 1243

Guillelmus de Villa Clar, miles, de castellania Exolduni, homo domini regis, dictis die et loco.

Apud Peronam, die Jovis ante festum beati Nicholai[f], anno XL° tercio, fecerunt isti qui [f] 3 Dec. 1243.
secuntur homagia domino regi : Guido de Meseroles, Johannes de Orion, milites; Rober-
E tus de Heurreimenil, Aleaumus de Montibus, Rogerus de Hanchiis, heres domini Richardi de Curcillis, Ingerrannus de Bello Videre, Ingerrannus de Candaso.

Apud Peronam, die Veneris ante festum beati Nicholai[g], anno XL° tercio, Giletus de [g] 4 Dec. 1243.
Boullencourt, homo domini regis, de villa de Boullencourt, in castellania Montis Desiderii[1].

F Domina de Bargale, femina domini regis, de ballo puerorum suorum, in castellania
Ribemontis, in crastino beati Nicholai[h], anno XL° III°, apud Ribemont. [h] 7 Dec. 1243

Apud Sanctum Quintinum, Dominica in festo beati Nicholai[i], anno XLIII°, filia Rogeri [i] 6 Dec. 1243
de Faiello, femina domini regis, et est de castellania Sancti Quintini.

Anno Domini M° CC° quadragesimo tercio, mense Februarii, apud Sanctum Germanum
G in Laya, die Cinerum[j], fecit dominus Hugo de Antogni homagium domino regi de hiis quæ [j] 7 Febr. 1244
de nullo tenebat, videlicet de forterìcia de Villi super Soone et de Charre. Valent bene ducentas libras parisiensium per annum.

326. Apud abbatiam Pontisaræ, die Dominica ante decollationem beati Johannis[k], [k] 28 Aug. 1244
anno XLIIII°, dominus Gilo de Mailliaco, homo domini regis, de terra quam emit a domino
H Johanne de Susanna.

Apud Parisius, in festo sancti Michaelis[l], anno XL° IIII°, dominus Johannes de Lens, [l] 29 Sept. 1244.
homo domini regis, de doario relictæ domini Gaconis de Pissiaco.

Apud Parisius, circa Omnes Sanctos[m], anno XL° IIII°, Hugo de Chacen[eio], armiger, ho- [m] Circa 1 Nov. 1244.
mo domini regis, de terra Busenc[eii]. In ballivia Bituricensi[2].

J Eodem anno et ibidem, Guillelmus de Tianges, miles, homo domini regis, de terra Petri Houdri juxta Bellum Locum. In ballivia Bituricensi.

Apud Compendium, die Mercurii ante Pascha Floridum[n], anno XL° IIII°, Petrus de Bou- [n] 5 Apr. 1245
cli, miles, et uxor ejus, homines domini regis de mota de Manencuria et de homagio Philippi de Hadecuria, qui valet XXX libras per annum. In castellania Peronnensi.

K 327. Apud Parisius, die Martis post octabas Paschæ[o], anno XL° V°, Petrus de Vy, miles, [o] 25 Apr. 1245.
homo domini regis, de terra quam habet in castellania Bestisiaci

Anno Domini M° CC° quadragesimo quinto, die Veneris post Sanctum Dionisium[p], apud [p] 13 Oct. 1245.
Parisius, Mauricius de Credonio fecit homagium domino regi, et juravit ei super sacrosancta evangelia quod castra sua et fortericias suas ad magnam vim et ad parvam tradet ei
L vel ejus mandato, suas patentes litteras deferenti, quocienscumque super hoc fuerit requisitus, præsentibus istis qui secuntur : Joello archiepiscopo Remensi, Johanne Ebroicensi episcopo, H. comite Marchiæ, G. vicecomite Castri Duni, J[ohanne] de Bello Monte, Franciæ camerario, G[aufrido] de Capella, Franciæ panetario, et multis aliis.

Omnibus[3] præsentes litteras inspecturis, Philippus Savarici, dominus Montis Basonis,
M salutem. Noverint universi quod ego juravi tradere excellentissimo domino meo Ludovico, Dei gratia Francorum regi, castrum meum de Monte Basonis ad magnam vim et modicam, quocienscunque ab eodem vel ab ejus mandato, patentes ipsius deferenti, fuero super hoc

[1] *Hæc et duæ clausulæ quæ sequuntur codice F absunt.*
[2] *F* In valle Bituricensi.
[3] *Has Philippi Savarici litteras ex autographo edidit* Alexander Teulet (Layettes du Trésor des chartes, II, 589, n. 3396). — *Quæ ad Mauricium de Credonio et ad Philippum Savarici pertinent ea in regesto F desunt.*

requisitus. In cujus rei testimonium, præsentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Datum anno Domini M° CC° quadragesimo quinto, mense Novembris. A

[a] Dec. 1245. Anno Domini M° CC° XLV°, apud Cligniacum, circa festum beati Nicholai[a], Renaudus de Luzy, miles, homo domini regis.

[b] 9 Jan. 1246. Anno Domini M° CC° XL° V°, apud Parisius, die Martis post Ephifaniam Domini[b], Guillelmus, castellanus Belvacensis, homo domini regis. B

[c] 26 Maii 1246. 328. Anno Domini M° CC° XL° sexto, apud Meledunum, vigilia Penthecostes[c], filius Girardi de Ronceio, militis, homo domini regis de hiis quæ habet in castellaniis Peronæ et Sancti Quintini.

[d] 12 Jun. 1246. Anno Domini M° CC° XLVI°, apud Parisius, die Martis post festum beati Barnabæ apostoli[d], Isiardus de Luzes, scutifer, homo ligius domini regis, et est in castellania Belli Quadri. C

[e] 16 Jun. 1246. Anno Domini M° CC° quadragesimo sexto, die Sabbati post festum beati Barnabæ apostoli[e], apud Pontisaram, Raymondus, vicecomes Turennæ, super sacrosancta evangelia juravit domino regi quod omnia castra sua et fortericias suas ad magnam vim et ad parvam tradet ei vel ejus mandato suas patentes litteras defferenti, quotienscunque super hoc fuerit requisitus, præsentibus istis qui secuntur : Johanne de Bello Monte, Franciæ camerario, Gaufrido de Capella, Franciæ panetario, Renaudo de Triecot, et multis aliis[1]. D

Je Gauchiers de Chateillon, sires de Saint Aignien, fas savoir à touz ces qui ces lestres verront que ge ay juré à rendre mon chastiau de Damfront à mon chier seigneur le roi de France à grant force et à petite, toutes les foiz que ge en seray requis par lui ou par ses lestres pendanz, cumme à monseigneur lige. Et en tesmoignance de ceste chose, ge l'en ai donées ces lestres pendanz seelées de mon seel. Ce fut fait à Paris, en l'an de l'incarnation Nostre Seigneur mil deus cenz quarante sis, au moi de juignet. E

Anno Domini M° CC° XLVI, apud Parisius, die Veneris post translationem beati Bene-
[f] 13 Jul. 1246. dicti[f], Petrus de Sancto Simone, miles, homo ligius domini regis de XL libratis terræ sitis apud Apencort, apud Corbeny et Villaria. In castellania Sancti Quintini. F

[g] 28 Jul. 1246. Anno Domini M° CC° XLVI°, apud Ebroicas, die Sabbati post festum beati Jacobi[g], Johannes de Booleio, homo domini regis de feodo de Croysi. In castellania Paciaci.

[h] 30 Oct. 1246. Apud Sanctum Germanum in Laia, die Martis ante festum Omnium Sanctorum[h], anno Domini M° CC° XL° VI°, Petrus de Claro Monte, miles, homo domini regis de castro Claromontis, et de hiis omnibus quæ habet. Et est in ballivia Carquassonæ. G

329[2]. Hugo Blondellus, de castellania Castri Fortis, homo ligius, apud Fontem Bleaudi.

Bernardus de Brueriis, miles, homo ligius de Seche Bruière, et sicut dixit de vineis Fayci et censu landarum.

Nevelo de Ponte Rotundi, homo ligius de Roissi, Ganvose et Raavilla, ex parte matris suæ.

Johannes de Souci, de castellaria Crispiaci, homo ligius, et est de feodo Petræ Fontis. H

Adam de Sauz, homo ligius, et est de eodem feodo.

Robertus de Morgnevalle, homo ligius, manens in castellaria Crispiaci.

Radulfus de Muro, de castellaria Crispiaci, de eo quod habet apud Roquemont et alibi est homo ligius.

Alanus de Bello Forti, Johannes de Dol, homines ligii. I

Petrus de Macac, de Alunna[3], homo ligius.

Guido de Ballolio, homo ligius, de comitatu Belli Montis.

330[4]. Apud Meledunum, anno Domini M° CC° XL° VIII°, die Veneris post Nativitatem beatæ
[i] 11 Sept. 1248. Mariæ[i], Johannes de Mouciaco, filius Odonis de Alneto, militis, fecit fidelitatem et hominagium de feodo quod habet in castellania Peronæ. — Eodem die, ibidem, Radulphus de Oysniaco fecit similiter fidelitatem de feodo quod habet in castellania Rybemontis. — Eodem die, ibidem, Agnes de Alneio, domicella, fecit similiter fidelitatem de feodo quod habet in castellania Capyaci. K

[j] 22 Sept. 1248. Die Martis in crastino beati Mathæi apostoli[j], apud Castrum Novum super Ligerim, Petrus de Montigneio fecit fidelitatem de eo quod obvenit ei apud Siccam Brueriam de morte matris uxoris suæ. — Henricus de Alto Bosco, eodem die, ibidem, fecit fidelitatem similiter de elemosina quinti ejusdem feodi. L

[k] 25 Sept. 1248. Die Veneris post festum beati Mathæi apostoli[k], apud Milliacum, fecit fidelitatem Fouquetus de Vignolis, scutifer, de eo quod obvenit ei de morte patris sui in castellania Montis Argi. — Eodem die Veneris, apud Corbolium, fecit fidelitatem Guillelmus, presbyter de Radon, de eo quod obvenit de morte fratris sui in ballivia Vernolii. M

[1] *Hæc nota et charta Galcheri de Castellione quæ sequitur in codice F desiderantur.*

[2] *Notas quæ hic num.* 329 *distinctæ sunt et quæ in regesto E desiderantur, e regesto F edimus.*

[3] *Cod. F* Alun, *adjecta compendii nota. Fort legendum* Alvernia.

[4] *Quæ sequuntur* (§ 330-342) *ea nobis suppeditavit unus codex E.*

A 331. Anno Domini M°CC°XL VIII°, die Sabbati post festum beati Martini hiemalis[a], apud Parisius, Galterus de Vendoillis fecit fidelitatem et homagium de feodo quod ipse habet in villa Sancti Quintini. — Eadem die, ibidem, Radulfus filius Clementis de Roy, militis, fecit fidelitatem de feodo quod habet in castellania Noviomi. [a] 14 Nov. 1248.

Die Sabbati post festum beati Nicholai[b], apud Pontysaram, fecit fidelitatem Richeudis [b] 12 Dec. 1248.
B de Piru, de Campania.

Eodem anno, Guillelmus de Belna, de castellania Gyennii, fecit fidelitatem. — Symon de Pissiaco juvenis, similiter. — Tres filiæ domini Symonis[c] senioris, similiter. — Filius [c] de Pissiaco.
Droconis Tonnoiarii. — A. relicta Almaurici de Limolio fecit fidelitatem ratione balli de terra quam idem Almauricus tenebat in Albigesio. — Magister Guillelmus, frater ejusdem
C Almarrici, fecit similiter fidelitatem de parte sua de eadem terra. — Dominus Lambertus, frater ejus, fecit similiter pro parte sua. — Magister Hugo de Lupidomibus fecit fidelitatem de decem libratis terræ sitæ in comitatu Belli Montis. — Dominus Johannes de Hodenc fecit fidelitatem de parte sua de eschaeta terræ domini Morelli de Hodenc, fratris sui.

332. Die Veneris ante sanctum Arnulfum[d], anno XLIX°, fecerunt fidelitatem, apud Pon- [d] 16 Jul. 1249.
D tysaram, Johannes de Fonte, de castellania Peronæ, de feodo quod habet in eadem castellania. — Galterus de Aspiliaco, eadem die, fecit fidelitatem de feodo quod habet in eadem castellania.

Anno XLIX°, die Mercurii in vigilia Mariæ Magdalenæ[e], apud Bellum Montem, fecit fide- [e] 21 Jul. 1249.
litatem Adam de Campan[ia] de feodo quod habet apud Boonel in ballivia Virom[andesii].

E Anno Domini M° CC° XLIX°, die Sabbati ante Omnes Sanctos[f], apud Bellum Montem super [f] 30 Oct. 1249.
Asiam, fecit fidelitatem[g] comes Grandis Prati. [g] Henricus.

Galterus de Ernausart, miles, de castellania Sancti Quintini, fecit fidelitatem, apud Meledunum, de terra quæ obvenit ei apud Villar[ia] Guillani, de morte uxoris suæ, anno Domini M° CC° L°, die Jovis post Penthecosten[h]. — Eodem anno et eadem die, ibidem, Ma- [h] 19 Maii 1250.
F thæus de Brochefautre fecit fidelitatem de terra quæ obvenit ei ex successione patris sui in castellania Ribemontis. — Eodem anno et eadem die, ibidem, Symon de Sancto Germano fecit fidelitatem de terra quæ obvenit ei in castellania Compendii ex successione patris sui.

Magister Arnulphus de Fontibus Lovet fecit fidelitatem de terra quam tenet in ballivia
G Rothomagensi per dimidium feodum loricæ.

Ricardus Taillebois fecit fidelitatem de terra quam tenet in ballivia Baiocensi.

333. Anno quinquagesimo, die Jovis ante sanctum Arnulfum[i], apud Sanctum Clodoal- [i] 14 Jul. 1250.
dum, fecit fidelitatem Johannes Buticularius.

Anno Domini M°CC° quinquagesimo, Sabbato post sanctum Nicholaum[j], fecit fidelitatem, [j] 10 Dec. 1250.
H apud Sanctum Dionisium, Johannes, comes Britanniæ.

Eodem anno, die Mercurii post sanctum Nicholaum[k], fecit fidelitatem, apud Parisius, [k] 14 Dec. 1250.
relicta Johannis Pate. — Eadem die, ibidem, fecit fidelitatem Guillelmus Maleherbe, de feodo de Sicca Brueria.

Eodem anno, die Martis post Annunciationem dominicam[l], fecit fidelitatem, apud Gi- [l] 28 Mart. 1251.
J sorcium, Bartholomæus de Relliaco, in ballivia Gisortii. — Eadem die, ibidem, fecit fidelitatem Hugo Tesson, de ballivia Kaletensi, videlicet de hoc quod obvenit ei ex parte patris sui.

334. Die Mercurii post octabas Paschæ[m], anno Domini M°CC° quinquagesimo primo, [m] 26 Apr. 1251.
fecit fidelitatem, apud Meledunum, Ansoldus de Thorota, in ballivia Virom[andesii].

K Die Martis post Nativitatem Beatæ Mariæ[n], apud Pontysaram, eodem anno, fecit fideli- [n] 12 Sept. 1251.
tatem relicta Najordi de Fenis.

Die Sabbati in crastino Sancti Michaelis[o], eodem anno, fecit fidelitatem, apud Nogentum, [o] 30 Sept. 1251.
Almaricus de Proemont, in castellania Nogenti.

335. Anno Domini M°CC° quinquagesimo secundo, die Martis post festum beati Martini
L æstivalis[p], fecit fidelitatem, apud Pontisaram, Petrus, dominus de Craceio, de terra sua de [p] 9 Jul. 1252.
Craceio.

Eodem anno, die Veneris post festum beati Martini æstivalis[q], fecit fidelitatem dominus [q] 5 Jul. 1252.
Renaudus de Insula, apud Regalem Montem, de terra uxoris suæ, in castellania Feritatis Nebertis.

M Eodem anno, die Veneris post octabas Paschæ[r], fecit fidelitatem Anjorranus de Mese- [r] 12 Apr. 1252.
roliis, in castellania de Dullens, de feodo suo.

Eodem anno, die Mercurii in festo sanctæ Ceciliæ[1], fecit fidelitatem Renaudus Anichart, in castellania Calniaci.

[1] *Anno 1252, festum sanctæ Ceciliæ, 22 Novembris, non in diem Mercurii, sed in diem Veneris incidit. Fort. ad annum 1251, quo 22 Novembris in diem Mercurii concurrit, referenda est Renaudi fidelitas.*

[a] 26 Maii 1252. Eodem anno, Dominica in octabis Penthecostes [a], fecit fidelitatem Radulfus de Estrées, A
in castellania Roiæ, de hoc quod habet de dono regis in castellania prædicta.

[b] 17 Aug. 1252. Sabbato post Assumptionem beatæ Mariæ [b], eodem anno, apud Bellum Montem, fecit fidelitatem dominus Guido de Borbonno, pro se et pro fratre suo quem tenet in ballo.

[c] 12 Sept. 1252. Die Jovis post Nativitatem beatæ Mariæ [c], eodem anno, apud Parisius, fecit fidelitatem Aubertus de Hangesto de terra quam habet in comitatu Claromontis, de morte patris sui. B
— Item eadem, ibidem, fecit fidelitatem idem Aubertus de terra quam habet de morte patris sui in ballivia Virom[andesii]. — Item idem Aubertus est homo domini regis de terra quam habet in Normannia.

[d] 20 Maii 1252. 336. Eodem anno, in crastino Penthecostes [d], fidelitatem fecit, Pontysaræ, Johannes de Prato, de ballivia Senonensi, pro feodo suo sito in castellania Giennensi. C

[e] 25 Aug. 1252. Eodem anno, Dominica in crastino sancti Bartholomæi [e], fecit fidelitatem, Pontysaræ, Robinus de Tebovilla, in ballivia Rothomagensi.

Eustachius de Lisiaco, de castellania Ribemontis, fidelitatem fecit.

Vietus dictus Monachus, de eadem castellania, fecit fidelitatem.

Relicta Bartholomæi de Coudreio, militis, fecit fidelitatem die Mercurii post Reminis- D
[f] 19 Mart. 1253. cere [f], anno eodem, de feodo quem tenet apud Yssiacum.

[g] 24 Mart. 1253. Die Lunæ post Dominicam qua cantatur Occuli [*sic*] mei [g], eodem anno, Parisius, fecit fidelitatem Johannes de Barris de hiis quæ habet in castellania Corboliensi.

[h] 22 Febr. 1253. Sabbato in festo Cathedræ sancti Petri [h], eodem anno, fecit fidelitatem Gilo de Mailliaco, de castellaria Bellæ Quercus, in ballivia Ambianensi. E

[i] 23 Febr. 1253. Dominica in crastino Cathedræ sancti Petri [i], Parisius, eodem anno, fecit fidelitatem dominus Goberdus de Roboreto juxta Sanctum Quintinum de XXV modiis bladi quos percipit apud Clatres in ballivia Virom[andesii].

[j] 5 Apr. 1253. 337. Eodem anno, Sabbato ante Isti sunt dies [j], apud Parisius, fecit fidelitatem dominus Robertus de Sancto Claro de terra Sorelli, tanquam de ballo, pro Robino filio suo. F

Item fecit aliam fidelitatem, tanquam de hereditate, pro uxore sua, de Blevi de Maillebois, tam de feodis quam domanio, de XX libratis apud Drocas, et de XL libratis apud Monasteria.

Johannes de Calniaco debet venire ad homagium regis de viginti libratis quas habet apud Mesengevillam post decessum Johannis de Bello Monte, camerarii Franciæ. G

Similiter etiam Symon de Foullosis, miles, de vinginti libratis terræ ad turonenses quas habet ibidem post mortem ejusdem Johannis de Bello Monte.

Simon de Sarto fecit fidelitatem de feodo quod habet in castellania Laudunensi.

Mathæus, similiter de feodo quod habet in eadem castellania.

Domina de Malremi, de eo quod habet in castellania Calniaci. H

Eustachius de Sani, de eo quod habet in castellania Sancti Quintini.

Colardus de Estrailies, de hoc quod habet in eadem castellania.

Johannes Præpositus, de hoc quod habet in eadem.

Domina Johenna, de castellania Ribemontis, de ballo et doario quod habet ibi.

[k] 25 Apr. 1253. 338. Die Veneris post Pascha [k], anno Domini M° CC° LIII°, fecit fidelitatem Robertus Polin I
de Chevennes, miles, de hoc quod habet apud Dordanum. — Eadem die, ibi fecit fidelitatem relicta Petri de Bormonte, militis, de hoc quod tenet de rege. — Ren. de Chanle, miles, fecit tunc fidelitatem Parisius de medietate de Chanle quam tenet de rege.

[l] 2 Jun. 1253. Die Lunæ ante Penthecosten [l], eodem anno, fecit fidelitatem, Parisius, Guido, filius domini Guidonis de Caprosia, de feodo Nealflæ. — Ricardus de Fornaus, eadem die, fecit K
fidelitatem de terra quam habet in ballivia Baiocensi. — Johannes de Saciaco, miles, eadem die, fecit fidelitatem de hoc quod habet apud Hesiacum, in castellania Aneti, ratione uxoris suæ.

[m] 20 Jun. 1253. Die Veneris post Trinitatem [m], eodem anno, fecit fidelitatem Hugo de Rumigniaco, miles, de hoc quod tenet de domino rege apud Capiacum, in castellania Peronensi. L

[n] 25 Jul. 1253. Relicta Guidonis Mali Vicini fecit fidelitatem, die Veneris post Magdalenam [n], eodem anno.

[o] 22 Febr. 1254. 339. Anno Domini M° CC° LIII°, Dominica in festo Cathedræ sancti Petri [o], fecit fidelitatem, Parisius, abbas de Marciliaco, diocesis Caturcensis.

[p] 18 Mart. 1254. Die Mercurii ante mediam Quadragesimam [p], eodem anno, fecit fidelitatem Robinus filius M
Roberti de Bomez de terra patris sui, in Bitur[ia]. — Eadem die, fecit fidelitatem Petrus de Acigneio, miles, de terra quam dominus rex dedit patri suo in Constantino.

[q] 16 Apr. 1254. 340. Die Jovis post Pascha [q], anno Domini M° CC° LIIII°, apud Parisius, fecit fidelitatem Gaufridus de Mortuo Mari, scutifer, de terra quam habet de morte patris sui in castellania Montis Desiderii. N

A Die Martis post Penthecosten[a], anno Domini M° CC° LIIII°, apud Parisius, fecit fidelitatem [a] 2 Jun. 1254.
Martinus de Ailliaco de feodo quem tenet de domino rege in castellania Falesiæ.

Die Sabbati in vigilia Penthecostes[b], Guillelmus de Andusia, filius Petri Bremondi, fecit [b] 30 Maii 1254.
fidelitatem de terra quam dominus rex dedit prædicto patri suo in senescallia Belli Cadri.

Guillelmus Crispini fecit tres fidelitates, die Jovis post Trinitatem[c], anno Domini præ- [c] 11 Jun. 1254.
B dicto, videlicet pro hereditate paterna, aliam pro terra uxoris suæ, terciam pro caduco
constabularii Normanniæ.

Eodem anno, Dominica post Sanctum Barnabam[d], fecit fidelitatem, Parisius, Guillelmus [d] 14 Jun. 1254.
de Lineriis de terra et feodo quod habet in castellania Exolduni. — Tunc ibi fecit fideli-
tatem Gaufridus de Loupy de xxx libris parisiensium quas percipit annuatim in præposi-
C tura Laudunensi.

Eodem anno, Sabbato post Sanctum Martinum æstivalem[e], fecit fidelitatem Guillelmus [e] 11 Jul. 1254.
de Vernone, miles, de escaeta sororis suæ, apud Plailliacum.

Eodem anno, Sabbato ante mediam Quadragesimam[f], fecit fidelitatem Robertus de [f] 6 Mart. 1255.
Croisillis de feodo quem tenet in castellania Aneti.

D 341. Anno Domini M° CC° LX°, die Martis post Assumptionem beatæ Mariæ[g], apud [g] 17 Aug. 1260.
Fontem Bliaudi, fecit fidelitatem Johannes de Uxeyo de terra quam habet in castellania
Falesiæ.

Anno Domini M° CC° sexagesimo primo, die Jovis in Nativitate beatæ Mariæ[h], Hugo de [h] 8 Sept. 1261.
Courguillel, miles, fecit homagium domino regi, apud Fontem Bliaudi, de Carterano in
E castellania Montis Argi.

Anno Domini M° CC° LX° octavo, die Veneris in festo sancti Bartholomæi[i], fecit[j] comes [i] 24 Aug. 1268.
Guerrelensis homagium domino regi de placito spadæ quod habet apud Hareflue ratione [j] Otto.
uxoris suæ.

342. Poncius de Monlor, in senescalcia Belli Cadri, fecit homagium domino regi anno
F incarnationis Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, die Martis in festo
beati Mathæi evangelistæ[k], de castro de Monbonnet et de castro de Mirmande, quæ castra [k] 21 Sept. 1277.
idem Poncius tenet in feodum a domino rege. Item de castro d'Aynac et de castro de
Burset et de castro d'Agrain, quæ idem tenet in retro feodum a domino rege.

PARS POSTERIOR.

G

XVIII. CIVITATES ET CASTRA QUÆ REX HABET IN DOMANIO[1].

343. *Heæ sunt civitates quas rex Philippus habet in domanio suo.*

Abrincensis civitas. — Constanciensis. — Baiocensis. — Lexoviensis. — Sagiensis. —
Ebroicensis. — Rothomagensis. — Cenomannensis. — Andegavensis. — Pictavensis. —
Turonensis; procurationem in domo archiepiscopi et thesaurarii et decani. — Bituricensis.
H — Aurelianensis; episcopus exercitum. — Parisiensis; episcopus exercitum. — Seno-
nensis; exercitum. — Silvanectensis. — Belvacensis; episcopus exercitum et procurationem.
— Ambianensis; episcopus exercitum tantum. — Attrebatensis. — Tornacensis. — No-
viomensis; episcopus exercitum et procurationem. — Suessionensis; episcopus exercitum.
— Laudunensis; episcopus exercitum. — In Remensi civitate habet dominus rex exerci-
J tum et procurationem, et in Katalaunensi; et in Morinensi filius ejus[l]. — In Eduensi habet [l] Ludovicus.
similiter rex Philippus exercitum. — Lingonensis; similiter exercitum. — Meldensis; exer-
citum. — Trecensis; exercitum. — Masticonensis; regalia. — Carnotensis; exercitum et
procurationem et regalia extra civitatem. — Altisiodorensis; exercitum tantum et procura-
cione[m], si feodum Giemi recederet de manu ejus. — Claromontensis; exercitum ultra Li-
K gerim.

344. *Hæc sunt castella et forteliciæ quæ Philippus rex Francorum tenet.*

Cæsaris Burgus. — Barbefluvius. — Wavreium. — Karentonum. — Castrum Viræ. —
Falesia. — Cadomum. — Eximium. — Bona Villa super Tosquam[2]. — Pons Audomari. —
Gratemesnil. — Gloz. — Britolium. — Mons Fortis. — Briona. — Bellimons. — Verno-
L lium. — Molinelli. — Pons Archiæ. — Vallis Rodolii. — Castrum Gaillardi. — Gaillion,
post decessum Cadulci. — Goletum. — Verno. — Paciacum. — Brehervallis. — Anetum.
— Gaienvilla. — Medunta. — Mons Calveti, medietas. — Calvus Mons. — Gisorcium. —
Nealpha. — Mellentum. — Pontisara. — Pissiacum. — Archiæ. — Belemcombre. — Fons
Girardi; G[alterus] ju[venis][3] habet. — Feritas in Braio. — Mortuum Mare. — Golleni Fons.
M — Gornaium. — Formelis, post decessum episcopi Belvacensis Philippi. — Lyons

[1] *Ex regestis A fol. 60, et B fol. 69.* — [2] *Corr.* Tolcam. — [3] *B habet* G. III.

345. Lens. — Hennin. — Bapalmæ. — Perona. — Bella Quercus. — Hesdinum. — A
Capium et Ranin[1]. — Clari. — Corbeia. — Roia. — Mons Desiderii. — Villa Nova in Belvasino. — Compendium — Chosiacum. — Thorota. — Amblegni. — Bestisiacum. — Petrifons. — B[r]ueriæ juxta Laudunum. — Velliacum. — Cerniacum. — Condatum. — Crespeium. — Gonessia. — Corbolium. — Mel[e]dunum. — Samesium. — Chastelier. — Moretum. — Gressium. — Capella. — Buxiæ. — Evera. — Castrum Nantonis. — Mons B
Johannes de Rogiervilla non comparuit, sed mittit Robertum de Nigelvilla pro se, dicentem ipsum Johannem non debere nisi quinque dies.

J Mathæus de Moy, miles, comparuit pro se, mittens pro se dominum Johannem de Chanteleu prætextu senectutis suæ.

Guillelmus de Lanquelon, miles, non comparuit; sed Rogerius de Vatast, miles, faciet servicium pro ipso, post servicium quod faciet pro quodam alio.

Johannes de Pissiaco, miles, comparens pro se, dicit se debere xl dies pro exercitu,
K [ratione] tutelæ puerorum suorum, et vadit pro ipsis.

Robertus d'Estouteville, miles, comparuit pro se, dicens se debere duos milites et dimidium, et obtulit Robertum Affagart et Guillelmum de Stratis[13]; vadunt pro ipso ad exercitum.

Nicholaus Bourdet, armiger, comparuit pro se, et vadit ad exercitum; et erit ibi miles,
L vel proponet alium militem.

Johannes de Stanserillo comparuit pro se, et obtulit Johannem de Thois[14], militem, qui vadit ad exercitum pro eo.

[1] *Index 3*, de Queue *vel* de Quene.
[2] *Sic in indice 3; ed.* Pochel.
[3] *Sic in indice 3; edit.* Bello Angervilla.
[4] *Sic in indice 3; ed.* Rouclion.
[5] *Ed.* Cenville. *Teste Polyptycho Rotom.* (*Supra*, 278 c) *ecclesiæ de Escreinvilla patroni erant Jo. Recuchon, miles, et Nic. Tourbert, armiger.*
[6] *Index 1*, de Topin.
[7] *Sic in indice 3; ed.* Fisc.
[8] *Index 3*, Guillelmus de Odetot, miles, pro Guillelmo Berneguel, milite; *ind. 1*, Guill. Bellenquel.
[9] *Id est* Sancti Wandregisili.
[10] *Ed.* Vanast.
[11] *Ed.* Estiant, *index 1*, *rectius*, Estelant.
[12] *Sic in indice 3; ed.* Maben.
[13] *Index 3*, de Hestroy.
[14] *Index 3*, Huon de Tois, miles, pro Johanne de Faussières; *index 1*, Johannes de Franchiesnes.

Gauffridus Martel[1], comparens, mittit Guillelmum Martel et Johannem Martel, fratres, filios ipsius; et Anjorandum de Montigny et Nicholaum de Thillou, milites, quorum quisque faciet XL dies, et omnes insimul XX dies. A

Johannes de Graeneville[2], miles, comparuit, dicens dominum regem tenere terram suam, et ad exercitum vadit excusare se apud ipsum.

Nicholaus de Oseville[3], miles, comparuit pro domino de Menilio Haquet[4], dicens ipsum debere XX dies, et vadit ad exercitum pro eo. B

Johannes Mallet, miles, comparuit se quinto de militibus. Nomina sunt hæc : Guillelmus de Queneville, Johannes de Granvilla, Nicholaus de Sana[5], Guillelmus de Avenis et idem dominus, milites.

Cambellana de Tanquerville mittit Galterum Branche, Rogerium de Nemore et Johannem de Poissy[6] pro duobus militibus et dimidio. C

Petrus de Cauda dictus Daiet, miles, comparuit; vadit ad exercitum pro Petro Poiet, armigero.

Robertus de Bordevilla comparuit pro domino de Fesques[7], milite; vadit pro ipso.

Johannes de Campo Lupi, miles, comparuit, dicens se debere decem dies pro se; item, comparuit pro Odoardo[8] de Godarvilla, milite, debente XL dies. D

Guillelmus de Menil comparuit pro Nicholao de Bec[9], milite, et vadit pro ipso ad exercitum.

Johannes de Poissy comparuit, et erit miles in exercitu; et vadit pro Guillelmo de Bosco Guillelmi[10], et pro uno milite Martelli, et pro Cambellana. E

Ansellus de Blaru, miles, comparuit pro Roberto de Villequier de Portu[11], et vadit pro ipso ad exercitum.

Domina Sancti Germani mittit Engerrannum[12] de Villers, et Robertum de Lonter[13], milites; non debet exercitum nisi unius militis.

Galterius Sancti Martini, miles, comparuit pro se; et vadit pro quarta parte unius feodi pro Guillelmo dicto Thobert[14], armigero. F

Guillelmus de Menille, miles, comparens pro Johanne dou Bec[15], armigero; et vadit pro ipso pro dimidio feodo.

Gaufredus de Capella, miles, comparuit pro se, et vadit in exercitum pro uno feodo, ratione suarum terrarum de Faeles. G

Robertus de Morvile[16], miles, comparuit pro se, qui debet exercitum XX dierum pro dimidio feodo.

§ 5. Baillivia Viromandensis.

Comes Suessionis[17] comparuit et vadit ad exercitum se quarto militum pro debito regis, quod[18] confitetur, et ducit secum sex milites ultra suum servicium. H

Johannes de Trito[19], miles, comparens pro se, ducit secum Mathæum de Brouilly, militem.

Dominus Guillelmus de Longa Valle comparuit se secundo militum pro debito regis, et ducit ultra Guillelmum de Longa Valle, Johannem de Vandrignon, Gillonem de Hadecourt[20], Johannem de Cans[21], milites pro se et ultra servicium debitum. I

Robertus de Nova Villa, miles, et Johannes de Nova Villa comparuerunt, dicentes se debere exercitum ad[22] gagia domini regis.

Radulphus de Ambleni[23], miles, comparuit, dicens se debere exercitum ad gagia domini regis eundo et redeundo.

Hugo de Baines, miles, et Anselmus Vardi, serviens, comparentes per literas domini K

[1] *Index 3*, Guillelmus Marcel *vel* Martel.

[2] *Index 1*, de Grainvilla.

[3] *Index 3*, Osonville, Osoinvilla *vel* Osonivilla.

[4] *Index 1*, domina de Mesnillo Haquet; *index 3*, domina de Mesnillaquet.

[5] *Index 1*, de Saana.

[6] *Idem, ut videtur, qui paulo inferius dicitur comparuisse* pro Guillelmo de Bosco Guillelmi, pro uno milite Martelli et pro Cambellana.

[7] Fesques, c[on] Neufchâtel-en-Bray (Seine-Inférieure); *habet tamen index 3* Robertus de Bout de Ville, miles, pro Guillelmo de Fiscampo; *index 1*, Robertus de Bodevilla.

[8] *Indd. 1 et 3*, Chanteleu *vel* Cantu Lupi *et* Godardus.

[9] *Ed.* Bez; *indd. 1 et 3*, de Becco.

[10] *Index 3*, Johannes de Paceyo armiger.. .. pro domino Gaufrido de Bosco Guillelmi.

[11] *Ed.* Pilogier de Pertu; *index 3*, Villequier; *addit index 1*, de Porro.

[12] *Sic in indice 3; ed.* Argardum.

[13] *Rectius fort.* de Lonroi; *occurrit in indice 1* Robertus de Longo Rege.

[14] *Index 1*, Tombert.

[15] *Ed.* Douber; *sed in indice 1 occurrit* Johannes de Becco.

[16] *Fort.* Morville *prope* Le Héron, c[on] Darnetal (Seine-Inferieure).

[17] *Johannes de Nigella.*

[18] *Ed. male* quo.

[19] *Idem fort. ac* Johannes de Triecos *in indice 1*.

[20] *In indice 1*, de Hardecourt.

[21] *Ib.* de Canis.

[22] *Ed. male* de.

[23] *Ed. male*, Amblain, *ind. 1*, de Ambligniaco.

A regis, Rogerum[1] et Henricum de Campo Repulso, clericos regis, custodes regaliæ Remensis et de Dulmensi[2] præsentaverunt.

Idem Hugo de Baines comparuit pro Gaufrido Quicos, Gauterio de Cheroisy, Guioto de Selorni, Johanne G., Goberto de Molento, Godardo Milone[3] de Ressy.

Idem Anselmus comparuit pro Johanne le Payen.

B Petrus de Sollon[4], pro Guyoto de Tourny.

Hugo de Ressy, pro Johanne de Hude.

Johannes de Colombes, Johannes de Soissons, Johannes Rebois Demensi[5], Galterus de Sapine, Johannes de Gessy, Vandronieres et Poessars pro Droardo de Irion.

Guyotus de Tapignère, Johannes Gronon, pro Galtero Buiron et Guillelmo de Alneto.

C Item, Balduinus de Vendo, miles, comparuit pro regalibus Laudunensibus.

Radulphus de Trabis, miles, comparuit pro Anjorando domino de Coq, et ducit decem milites pro ipso domino; dubitat tamen quantum debeat pro exercitu. Nomina militum sunt hec : idem miles, Hugo de Basentin[6], Adam de Quardineto[7], Rogerius d'Andel, Johannes de Trabis, Mathæus de Fayello, Johannes de Montigny, Johannes de Cullis, Guil-
D lelmus de Prato, milites.

Johannes de Audenarde, dominus de Roussy, armiger, comparens, nesciens quantum servicium debet regi, Robertum de Radigniaco, Petrum Discon milites ducit, et vadit in exercitum.

Johannes Charbonnel, miles, comparens pro domina de Villers, matre sua, dicens ipsum
E non debere exercitum, nec ad gagia regis; vadit non obstante hoc ad exercitum pro ipsa.

§ 6. Baillivia Silvanectensis.

Ansellus de Gollicort[8], miles, dicit se nihil debere nisi custodiam XL dierum.

Rogerius de Seri[9], miles, comparens, dicit idem.

Simon de Magniaco, armiger, comparuit, idem illud dicens.

F Theobaldus de Bailliaco[10], miles comparens, non credens debere exercitum, vadit ad exercitum.

Mathæus de Clery, Robertus de Chailly, milites, comparentes pro Johanne de Roca Guidonis, milite, debent duos milites; pro ipso vadunt[11] ad exercitum.

Guido de Neris[12], miles, comparens, dicit se debere exercitum; vadit.

G Petrus de Chistre, armiger, comparuit pro se, et debet XL dies pro terra sua de Montegny[13].

Johannes de Hengny, miles, comparuit pro Johanne de Montchevrel[14], qui debet exercitum; vadit pro ipso ad exercitum.

Comes Domni Martini[15] mittit pro se Johannem et Henricum de Tria[16], fratres, et Gi-
H rardum de Fayello, qui pro eo vadunt ad exercitum.

Guillelmus de Guery, miles, comparens, non credens debere exercitum; tamen vadit pro voluntate regis.

§ 7. Baillivia Senonensis.

Abbas Sanctæ Columbæ Senonensis[17] comparuit personaliter, dicens quod numquam vidit
J monasterium suum facere exercitum per milites; sed per servicium pecuniæ, videlicet VIII.XX libras pro exercitu, et pro uno summario XVII libras Parisienses.

Hugo de Conflent, miles, marescallus Campaniæ, comparuit pro rege Navarræ et ducit secum LX milites pro debito regi servicio.

Stephanus Mener, Adam Allutarius comparuerunt pro Villa Nova Regis[18], juxta Senones,
K et dicunt se non debere exercitum domino regi nisi ex sua mera gratia, nisi tantummodo ire cum mandato domini regis tanto spatio quod una die possint redire ad Novam Villam de sole vel de die.

Electus in abbatem de Ferreriis[19] comparuit personaliter, dicens se non debere exer-

[1] *Ed. male* et Rogerum.
[2] *Id est* de pago Dulmensi (le Dormois), *qui ad Remensem diœcesim pertinebat; ed.* Dunensi.
[3] *Rectius fort.* Godardo et Milone.
[4] *Fort.* Solon, *prope* Cœuvres, c^on^ Vic-sur-Aisne (Aisne).
[5] *Lectio corrupta, ut videtur.*
[6] Bazentin, c^on^ Albert (Somme).
[7] *Index 1,* Cardoneto.
[8] Gilocourt, c^on^ Crépy (Oise).
[9] Séry, c^on^ Crépy (Oise).
[10] Bailly, c^on^ Ribecourt (Oise).
[11] *Ed.* vadit.
[12] Néry, c^on^ Crépy (Oise).
[13] Montigny, c^on^ Crépy (Oise).
[14] Montchevreuil, *prope* Fresneaux-Montchevreuil, c^on^ Méru (Oise).
[15] *Ed.* Damni Martini.
[16] *Ed.* Terra.
[17] Abbaye de Sainte-Colombe *prope* Sens (Yonne).
[18] Villeneuve-le-Roi, ar. Joigny (Yonne).
[19] Abbaye de Ferrières, ar. Montargis (Loiret).

citum cum equis et armis, nisi tantummodo unum summarium de xvii libris Parisiensibus, A
et gentes suæ[1] vi.xx libras Parisienses, videlicet Ferrariæ[2] lx libras, et terra de Beausse
lx libras.

Johannes de Longa Aqua, miles, et Johannes de Coire comparuerunt, dicentes se debere nihil domino, nec ab ipso aliquid tenere.

Johannes de Saservilla[3] comparuit personaliter cum equis, et vadit ad exercitum. B

Petrus de Laon comparuit pro se cum equis et armis, et vadit ad exercitum.

Henricus de Moreto[4], armiger, comparuit pro Theobaldo de Moreto, milite, qui non poterit comparere propter infirmitatem sui corporis; vadit.

Adam de Milleduno[5] comparuit pro se et pro vicecomite Milleduni, fratre suo; et ducit
pro ipso tres milites. C

Johannes de Castro et Simon, ejus frater, comparuerunt pro se cum equis et armis, et vadunt ad exercitum.

Petrus de Pouy[6], armiger, comparuit pro se cum equis et armis; vadit.

Guillelmus de Vernou[7] comparuit pro se cum equis et armis; vadit.

Robertus de Capella, miles, comparuit pro Galtero Cambellano, milite, qui non potuit D
comparere propter infirmitatem sui corporis; ducit pro ipso Cambellano quatuor milites, videlicet Guillelmum de Capella, Galterum de Saucayo[8], Galterum de Boteviller, Johannem de Boletot, milites; vadunt.

Johannes de Folere, miles, comparuit pro magistro Johanne de Grangia, subdecano
Carnotensi, ratione hereditatis; vadit. E

Ansellus de Morteri[9], miles, comparuit pro se cum equis et armis; vadit.

Giletus de Villasser, armiger, comparuit, dicens se nihil debere domino regi, nec aliquid tenet ab eodem.

Petrus de Alliaco[10], miles, comparuit; dicit idem.

Petrus de Grangiis, armiger; comparuit; dicit idem. F

Girardus de Corpaley[11], armiger, dicit idem.

Simon de Gastino[12], miles, comparuit; dicit idem.

Johannes de Burgo Bauduin, Simon de Nigella[13], milites, Gilbertus et Simon de Nigella, armigeri, debent solummodo unum militem, ut dicunt.

Adam de Guereyo[14], miles, comparuit pro Simone de Valle Johannis[15], milite; vadit. G

Robinus de Corbello[16] comparuit pro se.

Ægidius de Chivreio[17], miles, comparuit pro se, mittens in exercitum Johannem de Florie, militem, pro terra de Gastinée.

Robertus de Corboliis[18], armiger, comparuit pro se, pro quarta parte cujusdam feodi.

Adam de Borron[19], miles, castellanus de Moreto ad hereditatem, ut dicit, comparuit H
pro se, et vadit in exercitum; sed tamen non debet exercitum, ut dicit.

Vicecomes de Fessardo[20], debens exercitum, comparuit pro se, et quia inutilis erat, misit pro se Guillelmum Giroller, militem, qui vadit in exercitum.

Ausbertus de Andresello[21], miles, comparuit pro se, dubitans quale servicium debeat;
vadit tamen ad exercitum. I

Johannes Doré, miles, comparuit pro domina de Capella ratione suæ terræ de Bituria, quæ debet exercitum; vadit pro ea.

Hugo de Capellota[22] comparuit pro se, et remittitur propter paupertatem et infirmitatem suam.

Gaufridus de Capella, miles, comparuit pro se; ducit secum unum militem pro feodo K
quod tenet in baillivia Senonensi; novus miles est Johannes de Veteri Vico[23].

Sabaudi debent; *id est* ses gens doivent; *ed.* gentis.

[2] *Ed.* Ferrariis.

[3] *Fort.* Césarville, c^on Malesherbes (Loiret). *Verbum* comparuit *ab edit. omissam supplevimus.*

[4] Moret, ar. Fontainebleau (Seine-et-Marne); *ed.* Morete.

[5] Melun (Seine-et-Marne).

[6] Pouy, c^on Marcilly-le-Hayer (Aube); *ed. male, ut videtur,* Peny.

[7] Vernou, c^on Moret (Seine-et Marne); *ed.* Vernon.

[8] *Rectius fort.* Souceyo, *id est* Soucy, c^on Sens (Yonne).

[9] Mortery, c^on Provins (Seine-et-Marne).

[10] Ailly *prope* Courtry, c^on Le Châtelet (Seine-et-Marne)

[11] Courpalay, c^on Rozoy-en-Brie (Seine-et Marne).

[12] *Rectius fort.* Gastinis, *id est* Gastins, c^on Nangis (Seine-et-Marne).

[13] *Fort.* Nesles, c^on Rozoy-en-Brie (Seine-et-Marne).

[14] *Rectius fort.* Gurceyo, *id est* Gurcy, c^on Donnemarie (Seine-et-Marne).

[15] Valjouan *prope* Villeneuve-les-Bordes, c^on Donnemarie (Seine-et-Marne).

[16] *Rectius fort.* Corbolio, *id est* Corbeil (Seine-et-Oise).

[17] Chevry, c^on Ferrières (Loiret), *vel* Chevry-en-Sereine, c^on Lorrez le-Bocage (Seine-et-Marne).

[18] Corbeilles, c^on Ferrières (Loiret).

[19] *Fort.* Bourron, c^on Nemours (Seine-et-Marne).

[20] *Ed. male* Essardo.

[21] Andrezel, c^on Mormant (Seine-et-Marne); *ed.* Andesolo

[22] La Chapelotte *prope* Villeneuve-la-Guyard, c^on Pont-sur Yonne (Yonne).

[23] *Fort.* Viévy *prope* Césarville, c^on Malesherbes (Loiret).

A § 8. Baillivia Aurelianensis.

Heredes deffuncti Pagani de Aurelianis mittunt pro se Radulphum Boelli, militem, et amplius non debent, ut dicit idem miles; vadit.

Johannes de Alneto, miles, comparuit pro se, et vadit.

Johannes de Alleman[1], miles senex et impotens, mittit pro se Johannem, filium suum, B armigerum; vadit.

Relicta Johannis de Grandi Campo mittit Petrum Quarrelet[2], fratrem suum, pro se, qui miles erit si necesse fuerit; vadit.

Dominus de Pusato[3], miles, comparuit personaliter; ducit secum duos milites, videlicet Manasserium de Bremur et Haemericum de Marolis[4], milites; vadunt.

C Philippus de Personis, miles, comparuit pro Guillelmo d'Escraesne[5], milite, qui comparere non poterat propter infirmitatem suam; paratus est idem Philippus facere servicium dicti Guillelmi secundum quod idem Guillelmus facere tenetur; vadit.

Johannes dictus Farisi[6], serviens, comparuit pro se.

Guillelmus de Cortanve, miles, comparuit pro se.

D Berthelotus, dictus Filius Regis Burgundiæ, comparuit pro se, et debet servicium regi.

Petrus Boche, miles, comparuit pro se, debens servicium regi.

Guillelmus de Channayo[7], miles, comparuit pro se, debens servicium regi.

Gaufridus le Sennier comparuit pro se, debens exercitum.

Guillelmus Doré, miles, comparuit pro Radulpho de Insula, milite, debente exercitum.

E Rogerus de Soissons comparuit pro Mathæo de Batigly[8], milite, et vadit pro ipso.

Simon de la Bernaudière[9] comparuit pro se; debet exercitum.

Guillelmus de Montebernay comparuit pro Beneventa domicella[10]; vadit pro ea.

Stephanus de Monayo[11] comparuit pro Margareta de Batigly, domicella; vadit pro ea.

Guillelmus de Pontchevron, miles, comparuit pro se.

F Gauffridus de Bratono, miles, comparuit pro se.

Petrus de Flori, armiger, comparuit pro se.

Guillelmus d'Escrignolles, armiger, comparuit pro patre suo, debilitato, ut dicit Guillelmus de Pontchevron.

Item, idem Guillelmus, pro decano Parisiensi, fratre suo, Guillelmum de Agens, mi- G litem, mittit.

Johannes de Pratis, miles, comparuit pro se.

Dulcis de Pratis, armiger, comparuit pro se.

Johannes de Chantelou comparuit pro se.

Rogerius de Belna[12] comparuit, dicens se debere exercitum ad gagia regis.

H Gaufridus Nudi comparuit pro se, dicens similiter.

Egidius de Grivelles, armiger, comparuit pro se.

Jodoinus de Alumpna[13], miles, comparuit pro se.

Ernoldus le Boutellier comparuit pro Mathæa, domina de Cornocyo[14], quæ debet exercitum.

J Johannes le Bouteiller, armiger, comparuit pro se.

Johannes d'Alou[15] comparuit pro Guillelmo de Chaulantes[16], presbitero.

Johannes de Grivelliis, miles, comparuit pro se.

Theobaldus de Chambon, miles, comparuit pro se.

Johannes de Charmont, miles, comparuit pro Bartholomæo, fratre suo.

K Hogelinus Grenoille, armiger, comparuit pro se.

Guillelmus Gallart, armiger, comparuit pro se.

Philippus de Besserville, armiger, comparuit pro se.

Johannes Bocher, armiger, comparuit pro se; pauper est; remittitur.

Philippus de Lisserville, armiger, comparuit pro se; pauper est; remittitur.

[1] *Ed.* Alleana; *rectius in indice 1*, Alemen.

[2] *Aut fort.* Agnelet. (*Cf. indicem 1.*)

[3] *Id. est* du Puiset; *ed.* de Pusaco.

[4] *Fort.* Marolles *prope* Trancrainville, c^on Janville (Eure-et-Loir).

[5] *Ed.* Escraosne; *in indice 1*, Escraines.

[6] *In indice 1*, Pharesi de Chicy.

[7] *In indice 1*, du Chesnay.

[8] *Ed.* Mathæo Ratigly; *inferius autem* Margareta de Batigly (*cf. ind. 1*); *fort.* Batilly, c^on Briare (Loiret).

[9] *In indice 1*, Bernardière.

[10] *Ibid. reperies* Bienvenu d'Orliens.

[11] Monnay, *castellum prope* Ingré, c^on Orléans.

[12] *In indice 1 occurrit* Renaut de Biaume *sive potius* de Biaune.

[13] *Id est* d'Allonnes. (*Cf. indicem 1.*)

[14] *Rectius fort.* de Cornayo. (*Cf. in indice 1*, Agnes de Corney.)

[15] *Fort.* Allou *prope* Sandillon, c^on Jargeau (Loiret).

[16] *In indice 1*, Chalantras.

Piogerius de Cainolles[1], miles, comparuit pro se, et dicit se nihil tenere a rege. A

Huguelinus[2] de Monte Regali, armiger, comparuit pro se; pauper est; remittitur.

Johannes Pertoffaut, armiger, comparuit pro se.

Gaufridus de Nancrayo[3], burgensis, comparuit pro se.

Adam de Mota comparuit pro se.

Radulphus le Gay comparuit pro se. B

Henricus de Vermiaco[4] comparuit pro se; remittitur.

Guillelmus de Manquecort[5], armiger, comparuit pro se.

Johannes de Brena comparuit pro se; remittitur.

Petrus de Boigne[6] comparuit pro se; remittitur.

Jocelinus de la Brouèse comparuit pro se; remittitur. C

Gaufridus Brandoys comparuit pro se; remittitur.

Philippus Cauchet, miles, comparuit pro se.

Gaufridus de Sancto Sisismundo[7] comparuit pro se.

Stephanus Bochet comparuit pro se; remittitur.

Guillelmus de Osereaus comparuit pro se; remittitur. D

Johannes de Fay, clericus, comparuit pro se; remittitur.

Ansellus de Campis comparuit pro matre sua; remittitur.

Guillelmus Moncelli comparuit pro se.

Philippus Moncelli comparuit pro se.

Adam Clericus comparuit pro se. E

Dyonisius Boschi[8] comparuit pro se.

Henricus de Bernevilla, armiger, comparuit pro domina[9] de Jupeau.

Guillelmus d'Agoneau, miles, comparuit pro domina[10] de la Couvre, et remittitur.

Odinus de Porta, armiger, comparuit pro se, et remittitur.

Philippus, filius vicecomitis de Fessart[11], comparuit pro se. F

Guillelmus de Marvillari[12], armiger, comparuit pro se.

Petrorinus de Possinvilla, armiger, comparuit pro Johanne de Vico Novo[13], milite.

Guillelmus de Oserellis excusavit Adam de Jolemanno[14], armigerum, pro infirmitate proprii corporis sui, qui remansit Blesis infirmus, ut dicit.

Philippus Chevart, armiger, qui comparuit pro se. G

Ernaudus le Botoillier comparuit pro se.

Herveus de Lonsant[15], miles, comparuit pro se, dicens se non debere exercitum nisi expensis regis.

Guillelmus Douart, armiger, comparuit pro se.

Fulco de Borris[16], armiger, comparuit pro se. H

Philippus de Crenellis, armiger, comparuit pro se, dicens similiter.

Johannes du Seau, armiger, comparuit pro se, dicens similiter.

Henricus de Lus[17], miles, comparuit pro filia defuncti Gilonis de Bos; remittitur.

Guillelmus de Menillo comparuit pro domino de Villereau.

Guillelmus le Fauconnier comparuit pro se, debens exercitum. J

Adam de Jaliniano[18] comparuit pro se, debens exercitum.

Domina de Lime[19] comparuit pro se, debens exercitum.

Domina de Beauneauy[20] comparuit pro se; remittitur propter paupertatem.

Stephanus la Sure comparuit pro se, et quia similiter[21] est pauper, remittitur.

Guillelmus de la Buche comparuit pro domina de Bery, quæ debet unum militem; vadit K in exercitum.

[1] *Rectius fort.* Rogerius de Cameroles. (*Cf. in indice 1*, Regnault de Cameroles.)

[2] *Ed.* Huquelinus; *in indice 1*, Huguenin.

[3] Nancray, c^on Beaune-la-Rolande (Loiret).

[4] *Rectius fort.* de Vriniaco (*cf. in indice 1*, Henri de Vrigny), *nunc* Vrigny-aux-Bois, c^on Pithiviers.

[5] Manchecourt, c^on Malesherbes (Loiret); *ed.* Manquetort.

[6] Boynes, c^on Pithiviers (Loiret).

[7] *In indice 1*, de Saint-Cismont, *id est* Saint-Sigismond, c^on Patay (Loiret).

[8] *Idem qui in ind. 1 dictus est* Denise de Bogi.

[9] *Ed.* domino; *in indice 1*, la dame.

[10] *Ed. iterum* domino. (*Cf. in indice 1*, la dame de la Quesvre.)

[11] *Ed.* Fossart. *Rectius in indice 1*, Fessart.

[12] *Ed.* Marvileno; *in indice 1*, Marville.

[13] Neuvy-en-Sulias, c^on Jargeau (Loiret), *vel* Neuvy-en-Dunois, c^on Bonneval (Eure-et-Loir); *ed.* vice novo.

[14] *Paulo inferius occurrit* Adam de Jaliniano.

[15] *Rectius fort.* Lonsaut.

[16] *Rectius fort.* de Lorris.

[17] *Fort.* Lutz *prope* Coulmiers, c^on Meung-sur-Loire (Loiret).

[18] *Paulo superius occurrit* Adam de Jolemanno.

[19] *Rectius, ut videtur*, dominus de Lime, *mulierem enim pro se comparere non potuisse arbitramur. Ibi fortasse agitur de* Guillelmo de Liners *sive potius* de Limers. (*Cf. indicem 1.*)

[20] *Corrigere oportet, nisi fallimur*, dominus de Beaujency. (*Cf. indicem 1.*)

[21] *Ed.* Similis.

A Anjorandus de Allogio[1] comparuit pro se, et remittitur quia inutilis est.

Comes Blesensis debet domino regi Franciæ decem milites de comitatu Blesensi ad usus et consuetudines quas debent homines de comitatu Campaniæ, scilicet quod debent habere gagia de comite Campaniæ, ex tunc quod discedunt ab hospitiis suis donec ad eadem redeant. Et hoc feodum cum homagiis emit rex Franciæ a comite Campaniæ, et re-
B manserunt homines de feodo Campaniæ ad usus et consuetudines quas consueverunt esse in comitatu Campaniæ. Vadunt ad exercitum.

Item, debet dictus comes decem milites de terra sua de Viromandia, qui similiter debent habere vadia sua eundo et redeundo, ut dicunt vicedominus Carnotensis et dominus Calvi Montis, qui ducunt duos[2] milites ad exercitum.

C § 9. Baillivia Constanciensis.

Guillelmus de Chantelou, miles, comparuit pro se dicens se debere exercitum domino regi per XXX dies pro tribus quarteriis loricæ; vadit.

Guillelmus de Apenticio, miles, comparuit pro se; vadit ad exercitum.

Duodecim pares de Terra Vasta debent unum militem quem mittunt, scilicet Guillelmum
D de Ferreriis, militem.

Idem Guillelmus pro se septimam partem unius militis debet; vadit.

Robertus de Samayo comparuit confitens quod debet dimidiam loricam; et remittitur propter impotentiam suam.

Abbas Sancti Michaëlis de Periculo Maris mittit pro se quatuor milites, videlicet Petrum
E de Traegos[3], Georgium de Grimovilla[4], Johannem de Sancto Dionisio, Robinum Avenel, milites; vadunt ad exercitum.

Reginaldus de Quartereto[5], miles, comparuit dicens se debere tertiam partem unius loricæ; vadit ad exercitum.

Guillelmus de Meautis, miles, dicit quod non debet nisi duos milites ad Vallem Sanctæ
F Scolasticæ.

Radulphus Tesson, miles, comparuit pro se dicens se debere domino regi militem pro baronia, et unum militem pro lorica de Parato[6], quorum nomina sunt hæc: Nicholaus de Landellis, miles, Richardus de Grolly[7], qui erit miles, ut promisit; vadunt ad exercitum.

Aymericus de Huçon comparuit, et mittit pro se Robertum de Camville[8], militem.

G Guillelmus Paganelli comparuit dicens se debere domino regi duos milites, quorum nomina sunt hæc: Radulphus de Gardino, Guillelmus Paganelli[9], milites; vadunt ad exercitum.

Odo[10] de Monte Forti comparuit dicens se debere domino regi duos milites et dimidium, quorum nomina sunt hæc: Oliverius Nepos, et Oliverius de Monte Forti et Georgius de Sancto Petro, pro dimidio.

H Robertus de Berti[11] comparuit dicens se debere domino regi unum militem; ipsemet vadit.

Gillebertus Mallemains, miles, comparuit pro se et pro fratre suo; debet duos milites quos ducit, videlicet Guidonem de Menillio Adeline et semetipsum.

Guillelmus Avenel, miles, comparuit; debet duos milites, videlicet semetipsum[12] et
J alium.

Nicholaus de Sancto Dionisio debet unum militem pro se, de feodo suo.

Rogerius de Pirou comparuit; debet duos milites quos ducit, videlicet semetipsum et Johannem de Pirou, et insuper tertiam partem unius militis pro quo servit in exercitu.

Robertus Avenel, miles, comparuit ad dies decem.

K Richardus dictus Monachus comparuit, et debet viginti dies exercitus in comitatu de Mortain, ut dicit; vadit tamen ad exercitum, et acquittare debet Robertum de Rupella, militem, de XIII diebus.

Johannes de Juvigniaco, armiger, comparuit et mittit unum militem pro se, videlicet Guillelmum Mansel; et dicit idem armiger quod non debet istud nisi in comitatu de Mor-

[1] *In indice 1*, Enjoran de Laleu.

[2] *Melius fort.* dictos.

[3] *Index 3*, Cresgoz vel Tresgoz.

[4] *Nunc* Grimouville *prope* Regnéville, c^on Montmartin-sur-Mer (Manche); *ed.* Granavilla, *index 3*, Grimovilla.

[5] *Sic index 3; ed.* Rogerius de Quartento, *et, e conjectura,* de Karteret; *nunc* Carteret, c^on Barneville.

[6] *Corrigendum censemus* de Perceio.

[7] *In indice 3 occurrit* Richardus de Croileyo *cum* Nicolao de Landis

[8] *Idem qui in indice 3 dictus est* Radulphus de Canovilla; *hoc autem cognomen samptum fuisse videtur a villa quæ nunc dicitur* Canville, c^on La Haye du Puits (Manche).

[9] *Adde* junior, *ut in indice 3.*

[10] *Idem qui dictus est in indice 1*, Eudo, *sed in indice 3 semel* Hugo *et bis* Yvo.

[11] *Rectius fort.* d'Everci, *nunc* Évrecy, ar. Caen (Calvados).

[12] *Pro* semetipsum, *ed. male* Bruetgisum; *ex indice 3 constat ipsum venisse ad exercitum cum Petro de Sancto Dionysio.*

tain, et idem miles qui vadit debet pro se quartam partem loricæ, quam solus debet in exercitu. A

Gaufredus Boterel mittit pro feodo suo unum militem, videlicet Rolandum de Bocahou, militem.

Gaufridus d'Orenge, miles, mittit pro se unum militem, scilicet Nicholaum Avenel; et debet idem Nicholaus, miles, pro se quartam partem unius militis. B

Guillelmus de Vernon, miles, non comparuit, sed mittit pro se quinque milites pro sua baronia, videlicet Johannem de Saint Marcou, Guillelmum de Vauvilla[1], Johannem de Fontanis, Girardum de Campenevilla[2], Matheum Roussel, milites.

Guillelmus de Monasteriis et Thomas de Octeville, milites, et Robinus de Monasteriis[3], armiger, non comparuerunt; sed mittunt Petrum de Rupe Forti, militem, pro triginta diebus. C

Guillelmus de Husson, miles, comparuit pro se; propter infirmitatem suam mittit unum militem, scilicet Guillelmum de Monte Acuto, pro xx diebus.

Dominus Johannes de Harecourt comparuit pro se, dicens se debere quatuor milites quos ducit[4], Angerandum de Villers[5], Guillelmum Patris, Hugonem de Beseu, Guillelmum de Codrayo, milites. D

Jannetus filius Hugonis, miles, comparuit pro Guillelmo de Sancto Britio, qui debet exercitum unius militis pro feodo Virey.

§ 10. Ballivia præpositi Parisiensis.

Reginaldus de Plesseyaco, miles, comparuit pro archidiacono Meldensi[6], et facit servitium ratione hereditatis archidiaconi. E

Odo de Haute Veine[7], miles, comparuit pro se, et vadit ad exercitum.

Guillelmus de Bouville, armiger, comparuit pro se, et vadit ad exercitum.

Guiotus[8] de Vers comparuit pro se, dicens se debere exercitum cum sumptibus domini regis. F

Johannes de Chetainville[9], miles, senex et impotens, mittit Gaudricum, filium suum, pro se.

Robinus de Maengecourt, armiger, comparuit pro se.

Philippus de Machiaco, armiger, comparuit pro se cum equis et armis, et vadit ad exercitum. G

Philippus de Gilardville, armiger, comparuit pro se.

Johannes de Codrayo, miles, comparuit pro se, et vadit ad exercitum.

Philippus de Valle Grinosa[10], armiger, comparuit pro se et matre sua.

Johannes de Nemore, miles, comparuit pro domina de Saint Yon[11], pro exercitu quem debet regi Franciæ facere. H

Richardus de Mongeto, miles, comparuit pro se; sed quia pauper est, remittitur.

Thomas de la Bretonnière[12], armiger, comparuit; dubitat se debere exercitum propter uxorem suam.

Johannes de la Bretonnière comparuit pro se, et vadit apud Tholosam auditurus voluntatem regis. I

Guido de Valle Grinosa[13] comparuit pro se, et vadit ad Tholosam auditurus voluntatem regis.

Johannes de Rauraeyo, Guillelmus de Fescon, milites, Richardus de Vatote[14], armiger, debent unum militem quem mittunt, videlicet Henricum de Grandi Curia[15], militem, pro feodo de Poinges alias de Auffreges[16]. K

Robertus de Saintevilla, miles, comparuit pro se; et debet exercitum, et remittitur.

Philippus de Sancto Yvone comparuit pro se, et obtulit Petrum d'Abeville[17]; qui vadit in exercitum pro ipso Philippo et etiam pro se.

[1] *Sic in indice 3; ed.* Rovilla.
[2] *Index 3*, Campenoisevilla.
[3] *Index 3*, Guillelmus *et* Robinus de Monte Tirel *pro* de Monasteriis.
[4] *Ed* dicit.
[5] *Index 3*, Engerrannus de Villariis.
[6] *Cod. 12814 in indice 3 habet :* Reginaldus de Granchia, miles, pro archidiacono Meledunensi.
[7] *Ed.* Hautenerice; *ind. 3*, de Alta Vena.
[8] *Ed.* Guictus; *ind. 3*, Guiotus de Ver.
[9] Cheptainville, c^on^ Arpajon (Seine-et-Oise).
[10] *Fort.* Vaugrigneuse, c^on^ Limours (Seine-et-Oise).
[11] *Ed.* Sacyntyon.
[12] *In ind. 3*, Torellus, Corellus *aut* Sorel de Britoneria.
[13] *Ed.* Vallegrisiose.
[14] *Ind. 3*, Roière *pro* Rauraeyo (*melius* Rovrayo) *et* Fescamp *pro* Fescon; *ibidem, pro* Vatote *habes* Witot, *id est, nisi fallimur,* Vitot, c^on^ Le Neubourg (Eure).
[15] *Ed.* Gruidecuria.
[16] *Ind. 3* pro feodo de Offinei et de Purnoy. — *Hodie* Auffargis et Poigny, c^on^ Rambouillet (Seine-et-Oise).
[17] *Id est* Abbeville, c^on^ Méréville (Seine-et-Oise); *ed.* de Beu, *quam lectionem emendavimus ex ind. 3*, § 2.

A Philippus de Guidonis Curia[1], miles, comparuit pro se, dubitans quale servicium debet; tamen vadit ad exercitum ad audiendum mandatum domini regis.

Robertus de Villa Petrosa[2], miles, dicit sicut prædictus Philippus, et vadit ad exercitum quem non credit debere.

Hugo de Villataeyn[3], armiger, comparuit pro se; non credit debere exercitum, tamen B vadit, et erit miles si regi placuerit.

Odo de Montefaucon, miles, comparuit; non credit debere exercitum, tamen vadit ad servicium suum.

Galterus de Gages[4], miles, comparuit pro Johanne de Gages, milite, dicens ipsum Johannem debere in exercitum xxv dies.

C Item comparuit dictus Galterius pro Petro de Gagiis; dicit ipsum Petrum debere exercitum per spatium quinque dierum.

Petrus de Voesinis[5], miles, comparuit pro se; non credit debere exercitum; vadit tamen ad servicium regis pro voluntate sua facienda.

§ 11. Baillivia de Gisortio et de Vernolio.

D Frater Johannes Meledunensis, monachus Sancti Thaurini Ebroicensis, comparuit procurator pro abbate dicti loci et conventu, qui dicunt non debere exercitum domino regi.

Item, idem frater Johannes, procurator abbatissæ et conventus Sancti Salvatoris Ebroicensis, comparuit dicens ipsam abbatissam et conventum non debere exercitum domino regi.

E Dominus de Valle Guidonis[6] comparuit personaliter, recognoscens se debere domino regi tres milites pro exercitu pro media parte de Aquigné, quos secum ducit; et sic vocantur: Johannes le Boché, Guillelmus Noturum[7] et Lucas de Chemiré, milites.

Johannes de Feritate Frenelli comparuit pro se et hominibus suis, dicens quod ipse necdum homines non debent domino regi exercitum, sed custodiam quadraginta dierum F apud Brethueil.

Jacobus de Montigniaco, miles, comparuit pro Johanne de Corbie, qui dicit perfecisse exercitum veniendo Turonis et redeundo ad hospitium suum.

Gaufridus de Roncerollis, miles, comparuit pro se; et debet x dies.

Petrus le Brun, miles, comparuit pro Johanne, fratre suo, et vadit ad exercitum.

G Domina de Capella non comparuit, sed misit Guidonem de Galenda et socium suum, milites, ad exercitum.

Henry de Cornelle[8], miles, comparuit pro se pro octava parte cujusdam loricæ.

Guido de Mauvesin, miles, dominus de Sancto Andrea[9], comparuit pro feodo Sancti Andreæ, et vadit in exercitum.

H Mahi de Chaumont, miles senex, mittit pro se debente exercitum Johannem Bernerel[10], militem.

Johannes[11] de Ivreyo[12], miles, comparuit dicens se debere tres milites quos misit pro se, scilicet Guillelmum de Corcelles, Johannem de Crozilles, Bertrandum de Tilleriis, milites.

Guillelmus Roille, miles, comparuit dicens quod non debet nisi custodiam per mensem J ad castrum de Nogento.

Amauricus de Promont[13], miles, dicit idem.

Robertus de Ruis[14], miles, Hugo de Senonces[15], armiger, Petrus de Maumoncel, Henricus Morelli, Johannes de Mucemont, armiger, Stephanus..... armiger, Petrus de Challeto[16], armiger, dicunt idem.

K Guillelmus de Iseyo[17] comparuit dicens se debere xl solidos pro exercitu, si rex levare voluerit.

[1] *Fort.* Guyancourt, c^on Versailles (Seine-et-Oise).

[2] *Fort.* Ville-Pierreuse *prope* Saint-Cheron, c^on Dourdan (Seine-et-Oise), *vel* Villepreux, c^on Marly-le-Roi.

[3] *Fort.* Viltain *prope* Saclay, c^on Palaiseau, *vel prope* Jouy-en-Josas, c^on Versailles (Seine-et-Oise).

[4] *Ind. 3,* Garges *vel* Guerjes *id est* Garges, c^on Gonesse, *aut* Garches, c^on Sèvres (Seine-et-Oise).

[5] *Id est,* Voisins; *plura hujus nominis loca exstant* (Seine-et-Marne, Seine-et-Oise).

[6] Laval (Mayenne). *Vid. libellum cui titulus :* Notice hist. sur la commune d'Acquigny, par l'abbé Lebeurier, p. 21.

[7] *Lectio corrupta.*

[8] *Sive ut in ind. 1,* de Connella.

[9] Saint-André, ar. Évreux (Eure).

[10] *Index 3,* Berlenguel; *occurrit* Mesnilium Bernenguel, *vel* Belanguel *in opere docti ac desiderandi sodalis nostri, Augusti Le Prevost.* (Dictionnaire des anciens noms de lieu du département de l'Eure.)

[11] *Index 3,* Robertus.

[12] Ivry-la-Bataille, c^on Saint-André (Eure).

[13] Provemont, c^on Étrépagny (Eure).

[14] *Fort.* Les Rues *prope* Bosc-Roger-en-Roumois, c^on Bourgtheroulde (Eure).

[15] *Id est* Senonches; *ed.* Senantes; *ind. 1,* de Senonchiis.

[16] *Fort.* Le Chalet *prope* La Vieille-Lyre, c^on Rugles (Eure).

[17] *Fort.* Ezy, c^on Saint-André (Eure).

Girardus de Ligny, miles, comparuit dicens se debere octavam partem unius militis pro A terra de Senonches.

Richardus de Rupe, miles, comparuit et vadit pro alio; et mittit unum militem pro se, videlicet Gaufridum de Rupe, militem, pro xv diebus; et faciet quinque dies pro fratre suo.

Guillelmus de Meso[1] Henrici, miles, comparuit pro domina de Pruilleio, debente sextam partem cujusdam feodi. B

[a] Margareta.

§ 12. Baillivia de Stampis, et alia quæ servantur per dictum Boeleve pro regina Franciæ[a].

Gaufridus de Guillerville[2], miles senex impotens, mittit Johannem de Guillerville, filium suum, pro se.

Johannes de Vere[3], miles, comparuit pro se, et remittitur.

Richardus de Nemore, miles, comparuit pro se. C

Johannes de Urmonio[4] comparuit pro se; vadit.

Petrus le Minier, armiger, comparuit pro se; remittitur.

Guillelmus et Johannes Erra, milites, comparuerunt dubitantes utrum debeant exercitum nec ne; vadunt tamen ad exercitum.

Johannes dictus Chaus, serviens, nesciens utrum debeat exercitum regi, mittit pro se D Johannem de Erravilla[5], armigerum.

Robertus de Clary, miles, comparens pro patre suo, vadit in exercitum.

Petrus de Beauvers[6], miles, debet exercitum; comparuit, et vadit in exercitum.

Rogerius[7] et Petrus de Ivry[8], homines reginæ, vadunt in exercitum.

Johannes de Boterville[9], miles, comparens pro se, remittitur quia senex et inutilis. E

Johannes de Boenvilla[10], miles, comparuit pro se; remittitur.

Johannes de Boenvilla et Ansellus de Villamain[11] comparuerunt, nec remissi fuerunt.

Petrus de Meraio, miles, comparuit pro domina de Maula[12], et vadit pro ipsa.

Petrus d'Abeville[13] comparuit pro se et vadit primo[14] pro Philippo de Sancto Yone, et post pro se ipso. F

Gerardus de Percheio[15], miles, comparuit dicens se nescire debere exercitum regi; tamen vadit pro voluntate regis.

Guido de Bosco, miles, Robinus [de Vignoy[16]], et Johannes de Achis[17], Hugo, frater ejus, armigeri, non comparuerunt, sed mittunt unum militem quem debent solummodo pro ipsis, scilicet Guidonem de Belocher[18], militem. G

Philippus de Bornayo, armiger, comparens, nesciens quod servicium debet regi, promittit quod erit miles, et vadit in exercitum.

§ 13. Isti sunt qui recepti fuerunt Turonis ante ordinationem bailliarum.

Fulco de Allunto[19], excusatus pro infirmitate, misit tamen Fulconem de Bona Valle, Guillelmum de Montagu, Guillelmum de Landa, milites, qui vadunt ad exercitum. H

Haubertus de Nemosio, canonicus Parisiensis[20], comparens, dicit quod non debet exercitum.

Johannes de Mauchancy[21], miles, comparuit pro se; vadit Tholosam[22] pro exercitu.

Dominus Nicholaus Sancti Germani comparuit, et dixit se non debere nisi custodiam.

Dominus Herveus[23] de Leon, miles, mittit pro terra de Noyon, Johannem de Mucegros, Richardum de Mesnil, Robertum de Valleclina[24], Guillelmum Calletot, milites, qui vadunt J ad exercitum.

[1] *Ed.* Mesio.

[2] Guillerville *prope* Linas, c^on Arpajon (Seine-et-Oise).

[3] Vayres, c^on La Ferté-Alais (Seine-et-Oise).

[4] *Rectius fort.* de Urmeio, *id est* d'Ormoi *ut in ind. 3.*

[5] *Rectius fort.* Ittavilla, *id est* Itteville, c^on La Ferté-Alais (Seine-et-Oise).

[6] *Ind 3.* de Bello-Visu; *fort.* Beauvoir *prope* Évry-sur-Seine, c^on Corbeil (Seine-et-Oise).

[7] *Ind. 3*, Reginaldus.

[8] Ivry-sur-Seine, c^on Villejuif (Seine).

[9] *Rectius fort.* Botervillers, *id est* Boutervilliers, c^on Étampes (Seine-et-Oise).

[10] Boinville *prope* Chalo-Saint-Mars, c^on Étampes.

[11] *Fort.* Villemain *prope* Grisy-Suines, c^on Brie-Comte-Robert (Seine-et-Marne).

[12] *Ed.* Mercaco *et* Marla. *Cod. 12814 in ind. 3 habet* Mereio *et* Maaule, *id est, ut videtur,* Méré, c^on Montfort-l'Amaury *et* Maule, c^on Meulan (Seine-et-Oise); *attamen pro* Mercaco *legere possis* Mercato, *id est* Le Marché *prope* Levy, c^on Chevreuse (Seine-et-Oise).

[13] *Ed.* Aubeville; *cf. ind. 2, § 10 et ind. 3, § 2.*

[14] *Ed.* vadit post.

[15] *Fort.* Le Perchay, c^on Marines (Seine-et-Oise).

[16] *Aut* de Vignory; *utrumque cognomen ex indice 3 supplemus.*

[17] *Ind. 3*, de Arsiz.

[18] *Ind. 3*, de Bolohier.

[19] *Vox corrupta; idem Falco dictus est rectius* de Aunou *in indice 3, § 2.*

[20] *Ind. 1, § 13,* Aubert de Nemours, clerc.

[21] *Ind. 3, § 3,* Mauquenchi.

[22] *Ed.* Tholose.

[23] *Ed.* Henricus.

[24] *Ibid.* Waravilla; *rectius fort.* Warcliva, *id est* Verclives, c^on Fleury-sur-Andelle (Eure).

HOMINUM AD EXERCITUM FUXENSEM VOCATORUM

INDEX TERTIUS.

MONITUM.

Tertium hunc indicem, vernaculo sermone scriptum, e quodam volumine in Camera computorum asservato edidit[a] Andreas de la Roque; nobis autem potius visum est latinum reddere exemplar quod duo exhibent Bibliothecæ imperialis codices: alter[b] a quodam clerico, Feliz nomine, exaratus circa annum M.CCC.IV (*vide supra*, p. 724), alter[c] paulo recentioris notæ, sed ante annum M.CCC.L, nisi fallimur, ab ignoto quodam amanuensi confectus; quibus addendus est codex jam supra laudatus Petri de Stampis in Archivo imperiali servatus[d], ubi ille Thesauri regii custos hunc indicem a se ipso extractum fuisse monet. Exstant præterea in eodem Archivo[e] volumen, et in Bibliotheca imperiali codex[f] quarto decimo sæculo descriptus, ubi ejusdem indicis gallicam translationem reperimus cum latinis codicibus et contextu jam edito conferendam. De cæteris monitum primo indici præfixum ut consultum ire velit benevolum lectorem hortamur.

[a] Traité du ban et arriere ban, preuves, p. 33 et suiv.
[b] Lat. 10932.
[c] Lat. 12814.
[d] JJ. 1 primo.
[e] J. 1040, n. 23.
[f] Fonds fr. 5291.

A De Camera compotorum habui quendam rotulum cui signum est 8; item ejus superscriptio a parte extra est talis[1]:

Milites et armigeri et alii qui debent servicium domino regi et venerunt in exercitum Fuxensem, et confessi sunt per cedulas suas servicia sicut scripta sunt in rotulo isto[2].

De quo rotulo ego extraxi ea quæ secuntur[3].

B § 1. [Comites, milites banerii, etc.]

Dux Burgundiæ adduxit secum VII milites banerios[4] qui sunt se quinquagesimo militum[5]; et dux habebat alios milites.

Comes[6] Britanniæ adduxit LX milites, de quibus sunt XVI banerii.

Comes Flandriæ adduxit XIII milites banerios et XL alios milites.

C Comes Boloniæ adduxit XXXIII milites et LXX scutiferos; sed dicit quod[7] ad expensas regis.

Comes Drocarum misit pro se X milites[8], scilicet Guill. de Caieu, Jehan de Caieu,

[1] *Ed.* Rolle de la Chambre des Comptes ainsi signé 8. *Volumen ab Andrea de La Roque editum eadem nota signatum erat ac latinum exemplar cujus gallicam reddebat translationem; Archivi autem imperialis volumen numerum* VI, *romanis litteris expressum, a tergo exhibet :* VI. Servicia militum et aliorum qui fuerunt in exercitu Fuxi *Codex gall. 2833, in Bibliotheca imperiali servatus, brevissimum ejusdem rotuli continet fragmentum, cui titulus hic præfixus legitur :* De quodam rotulo Cameræ compotorum extraxit magister Petrus de Stampis quæ infra scribuntur, etc. *Qui quidem Petrus Thesauro cartarum die 27 Aprilis anno 1307 præfectus est.* (Mémoires présentés par divers savants à l'Acad. des inscr., 1re série, t. I, p. 381.)

[2] *Ed.* Si comme ils sont ci escrips, 1271; *rectius* 1272. *Vol. Arch.* Si comme il sont ci escrips. Et fu cest rolle estrait de un livre à verdes aisselles du Trésor de la Chapelle. *Cod. lat. 12814 habet :* sicut scripta sunt in isto libro, extracta de quodam rotulo Cameræ compotorum signato sic 8.

[3] *In cod. P. de Stampis, fol. LXXI, iste titulus his verbis exprimitur :* Præterea de quodam rotulo Cameræ compotorum, cujus signum est tale 8 et ejus superscriptio a parte exteriori talis est : Milites et armigeri, *etc. sicut in contextu;* extraxi ego P. de Stampis prædictus notabilia quæ sequuntur.

[4] *Cod. P. de St.* barones.

[5] *Cod. 12814 male* qui sunt de L militum.

[6] *Ed. et vol. et cod. 5291,* le duc; *unde conjicere licet volumen latinum translatum fuisse post annum 1297 quo Britannia in ducatum erecta est.*

[7] *Cod. 12814,* sed dicit hoc.

[8] *Nomina horum militum e cod. 12814 reddimus quum in aliis desint.*

Mahiu de Caieu, G. l'Esroullié, Rob. l'Esroullié, Symon du Hous, Joh. des Barres, Milonem Balcinne, Godardum, Bernardum Mulet.

Episcopus Nivernensis misit duos milites pro ecclesia sua, et ad tantum tenetur ut dixit.

Comes Donni Martini misit duos milites quos debet ad serviendum per XL dies pro terra sua de Monceyo et pro terra sua de Trie; et insuper misit alios IIII de gratia[1].

Comes Pontivi[2] dicit quod debet domino regi servicium quinque militum per XL dies ratione comitatus Pontivi; et insuper ipse[3] venit ad mandatum regis se duodecimo militum, quorum III erant banerii, videlicet[4] : Johannes de Nigella, filius ejus vicedominus de Pinqueigni et Guillelmus de Pois, milites.

Episcopus Carnotensis[5] debet servicium trium militum per XL dies, ut dicit.

Comes Blesensis[6] debet servicium domino regi pro terra sua de Guise decem militum; et dicit quod debent habere vadia sua[7] a rege eundo et redeundo.

Item, dicit idem comes quod ipse est par de Viromandia, et sic usi sunt ejus antecessores, ut dicit, nec debent[8] ire in exercitum nisi in exercitum regis.

Item, dicit idem comes quod ipse, ratione comitatus Campaniæ, debet regi[9] X milites cum expensis regis, eundo et redeundo; et sic usi sunt ejus antecessores, ut dicit.

Milites[10] banerii regis Navarræ, scilicet Hugo de Convlans[11], marescallus Campaniæ, Hugo de Convlans, filius ejus, dominus de Croissilles, dominus de Toureste, Radulphus de Toureste, frater ejus, dominus Attrebatensis, dominus de Arzillières, dominus de Broies, dominus de Paceyo, dominus Gauffridus de Joinville, dominus de Saint Fale.

Comitissa Nivernensis misit duodecim milites banerios, scilicet, etc.; item, VII alios sine baneria, scilicet, etc[12].

Hii sunt milites comitissæ Nivernensis, videlicet: Johannes de Solleray, Petrus de Rasseau et Stephanus frater ejus, Gaufridus de Moz, Guillelmus Gaubers, Guillelmus de Chaulinis, Petrus des Barres, Guillelmus Coutremoret, Petrus de Moris, Guido Ferrechat, marescallus Nivernensis, Guillelmus de Ruilli, Gaufridus de Males, milites banerii. — Isti sunt sine baneriis: Guillelmus de Craigues, Johannes de Mota, Seguinus de Sinchau, vicecomes de Clameci, Guinomerus miles ejus, Guillelmus de Ternant et Hugo de Bosco, milites.

Episcopus Constanciensis[13] debet servicium quatuor militum per XL dies ratione baroniæ Sancti Laudi Constanciensis.

Episcopus Abbrincensis misit quatuor milites pro XL diebus.

Dominus Herveus de Lione[14] debet servicium per XL dies unius militis pro feodo de Castro Novo, et quatuor militum pro terra quæ fuit domini Guillelmi de Pissiaco[15]. — De baillivia Gisorcii est.

Dominus Robertus d'Yvry debet servicium trium militum per XL dies eundo et redeundo. — Gisorcii[16].

Comitissa Marchiæ misit X milites, scilicet, etc.

Comes Rutinensis venit cum IIII.XX.X equitibus armatis, quorum VII erant banerii et XXVI erant milites, IIII.XX.XVII scutiferi et XXVI balistarii[17].

Comes Flandriæ venit apud Tholosam se quadragesimo militum, quorum XXII[18] erant banerii.

---

[1] *Comes Domni Martini, necnon ii qui sequuntur inter milites balliviæ Parisiensis in cod. 12814 inscripti sunt; hic autem locus sic se habet:* Johannes de Trie, Henricus de Trie, milites, pro comite de Domno Martino, qui debet II milites ad serviendum per XL dies pro terra sua de Monceyo et pro terra sua de Trie. Et insuper comes prædictus mittit de gratia domino regi Theobaldum de Trie, Guerardum de Faiel, Pipernel de la Court, milites, et Reginaldum de Brocia, militem. Et jam fecerunt quilibet XXIIII dies.

[2] *Cod. 12814, hic et inferius,* de Pontiz.

[3] *Cod. 12814,* et sciendum est quod.

[4] *Hæc nomina e cod. 12814 reddimus.*

[5] *Cod. 12814,* Guillelmus Mortier, Philippus de Montibus et Guillelmus de Quillemont, milites, pro episcopo Carnotensi, qui debet, etc.

[6] *Quæ ad comitem Blesensem pertinent, ea in cod. 12814 gallice scripta sunt.*

[7] *Cod. 12814,* lor gaiges et lor despens.

[8] *Ib.* et ainsi ont usé..... qu'il ne doivent.

